Observ. I. Sal alkali debite calcinatum, cujusmodi est sal tartari imo et sal urinosum ex ossibus comparatum aliaque, facile dum aeri exponuntur liquari: Ex quo sequitur summe rara esse, ac summe porosa salis alkali contexturam. Cum enim corporum omnium liquatio necessario praesupponat hiatus per quos intromitti queant extimi cunei, solutionem molientes poros, sequitur illa magis hiare dividique, quae facilius exsolvuntur, quaeque vim cuneorum extrinsecus adidentium magis experiuntur. sed ex omnibus salium speciebus quae concrescunt in formam solidam, nulla est quae pateat magis actioni cuneorum aqueorum aeri natantium quam sal alkali quodcumque, nulla quae citius in aere liquescant; quod sal alkali summe porosum, ac multo plures obtinet poros quam reliqua salia concreta. porosa illam contexturam salis alkali provenit facilis ejusdem solutio ab acidis indiscriminatim, quod sine partium acidorum intromissione, porosaque salis alkali contextura fieri vix posse sese probabitur in sequentibus. ac porro constat alkali lixivium, siccâ forma obtineri non posse, nisi integra fiat partium aquearum evaporatio; reliqua vero salia concreta in aqua aqueis dissoluta etiam mediâ tantum facta superflui humoris consumptione in solidos coire crystallos: unde manifeste colligitur, sal alkali lixivium multo pluribus pervium esse poris quam sal quodcumque aliud, quod forma siccâ sistere sese aptum est. Enim vero cum concretio omnis fluidarum molecularum tota e dependeat ex strictâ unione superficierum, patet illa fluida concretioni aptiora fore quorum partes laeviores erunt, aptioresque quae sese immediatius contingant, illa vero difficilius in corpus solidum abitura quorum partes asperiores erunt et mutuo contactui minus comparatae. Cum autem moleculae, quae intimius sese tangunt, ac per ampliores superficies magis excludant fluidorum ambientium partes atque adeo minus pateant actioni eorumdem, mirum si facile vel in mediis fluidis concurrant concrescantque; e contra vero quia in fluidorum partes quae per minores superficies tangere se se aptae sunt multo plura relinquunt intervalla per quae fluida irruere [?] fuga

ex facili salis alkali liquatione in aere vel aquâ 1° ptr ejus summa porositas.

+ celae forsan. cur possent ita hiare ut cuneis aditum praeberent

ex facili ab acidis dissolutione sal alkali 2°. ptr ejus porositas. ptr 3° ex eo quod - - - alkali lixiviosum elici non solum facta totali aquae evaporatione.

unde pendeat concretio.

cur salia quaedam in aquâ concrescant.

Na. l'alkali est subtil, acre, huileux, amer, penetrant, astringent..

Na. varia alkalia differunt ratione pororum, qui variant in figurâ, magnitudine, profunditate, frequentiâ.

subire possint, concurrentesq; moleculas aut coalitum affectantes à mutuo contactu inhibere, atq; in diversa loca repellere; planum est nullam in fluidis istiusmodi corporib. fieri posse concretionem: itaq; quoniam ita se hnt salia lixiva ut non nisi humido penitus exhausto coeant in solidum corpus, dicendum illa præ reliquis salium concrescibilium specieb. scabra, inæqualem, ac summe porosa obtinuisse contexturam.

alkalia salia præ cæteris salium speciebus scabram porosamque superficiem obtinent.

alkalia acrimoniæ sensum inducunt.

Observo 2°. Salia alkalia tam lixivia quam urinosa acrimoniæ sensum inducere: Cum autem acrimoniæ sensus, erosionis quædam sit species ac divulsionis multiplicis; sequitur aspera et multis horridam spiculis esse salium alkalium superficiem. Cum enim rosio ac divulsio asperi tantum corporis proprium sit, nec quod simpliciter acutum est, aliud quam simplicem punctionem ac divisionem in solidis corporib. præstare possit, necessario colligendum quæ corpora rodendo ac divellendo apta erunt, illa non levem, imo et asperam et echinnatam obtinuisse superficiem: quamobrem alkalium partes, ut potè in multipliciter rodentes, vellicantes ac divellentes, scabras ac multis in locis prominentes echinnorum instar statuemus.

ratione acuminis patiunt acida discisionem alkalia rosionem et abrasionem ratione scabritiei.

Quod ut clarius pateat distinguendum sedulo inter rosionem seu abrasionem quæ fit corporum et dissolutionem eorumd. quæ non nisi quadam partium discissione perficitur. quippe licet vulgo rodi abradiq; dicantur corpora quæ dissolvuntur ab acidis, propria tamen isthæc dissolutio rosionis nomen non meretur sed potius ut sic dicam discisionis cujusdam. Cum enim acida limarum instar non agant, sed acicularum aut cuneolorum acutorum quæ adacta in poros corporum solidorum eorumd. latera discindunt coguntq; ad quandam discissionem patet tametsi ex æquo ab acidis fiat corporum dissolutio atq; ab alkalinis, ea disparem tamen esse utrorumq; actionem: ut rodere et abradere proprie dicantur alkalia, scindere discinderesq; vero propria acidorum et vicissim ac si pereq; acuminata alkalia futura sint atq; acida: quæro undenam repeti possit discrimen saporis, si enim ita est ut alkalia sint acuminata, quidni pungant acidorum more sensumq; punctionis et aciditatis inducant? quorsum abrasionis quod idem atq; acrimoniæ sensum excitabunt, nisi aspera donentur superficie. illud est certe quod vix intelligi potest. jam vero nitro polita aspera alkalium superficie: detergendi facultas alkalib. innata melius explicari potest; quis abrasionem illam ac detersionem sordium quam facile præstat + quæ plerumq; noscimus magis ac magis figere ac compingere pinguia et sulfurea corpora quæ sordium specie vestes inquinant arduum id sane captu: quanto melius detersionis opus absolvetur: si intelligamus alkalium partes solutas ob mire aspera superficie, strigilium instar dum motu fluidi circa sordes moventur, eas sensim carpere abraderesq; implicatas sordium partes.

varii alkalium et acidorum sapores à variis eorundem figuris.

detersionis virtus in alkalib. à scabritie repetenda.

^ quam si acuminata illa statuantur

+ lixivium vulgare pertet aculeorum ac spiculorum ope perfici

Na. Tachenii Hippocrates chymicus il ny a rien qui penetre tant que l'alk.

Observo 3.° Salia alkalina facilè pervadere corporum plerorumq; meatus, utcumq; illi minutissimi sint, imò et pleraq; corpora dissolvere, ex quo sequitur minutissimas esse alk. partes ac rigidas. Cum enim quidquid recipitur per modum recipientis recipiatur: planum est alkalium partes proportionatas esse debere poris corporum quib. insinuantur et si quidem illi minuti erunt, minutae similiter futurae erunt alkalium intromittendorum moleculae. Deinde cum dissolutio quam praestant alkalia corporum solidorum perfici non possit nisi vim cunei exerceant illa in latera pororum quos subeunt, nec vim cunei ullatenus exercere queant, nisi solidam obtineant contexturam, ut patet attendenti sequitur et solidas quoq; esse alkalium partes.

alkalia facilè permeant corporum meatus, eademq; dissolvunt. unde alkalium tenuitas partium ac rigiditas.

Quaeres, si ita asperum ac inaequale supponatur alkalium corpus quomodo intromitti possint in poros corporum et cunei vim exercere ad dissolutionem eorumdem perficiendam?

quomodo alkalia corporum poros permeare valeant.


R. abundè satis ex dictis intelligi, quomodo vel aspera corpora si quidem exilitate summa adepta sint, penitissimos quosq; solidorum corporum recessus penetrare possint. nihil enim obest quominus moleculae hinc inde echinnatae subeant porum rotundum: si modo diameter illius non superabit latitudinem pori. multo major est difficultas ubi determinanda ratio quâ alkalium partes dissolvant corpora solida cuneiq; vim exerceant. si tamen advertamus cunei vim innumeris modis atq; à diversae figurae corporib. exerceri posse: non erit cur adeò propositâ moveamur difficultate. Et enim verò constat vulgari experientiâ non modò dissolvi corpora ope vulgarium cuneorum qui ex amplâ basi in aciem desinunt; sed et quoq; ab aliis quorum figura valdè discrepat à cuneo vulgari regulari: quippe si ita se habeat molecula quaedam porum aliquem ingressura, ut facilè subeat ostium illius difficulter verò pergere possit ob sensim gracilentem pori cavitatem, utcumq; se habeat peneque figuram nihilominus tamen vi actâ convellet ejus d. latera nimirum patet ex figurâ XVI moleculam pentagoneam A quae subit ostium pori vel fistulae 1. 2. 3. 4. quae sensim gracilescit ab ostio 1. 2. in 3. 4. si vi agatur pergatq; in B. paeraeque convellere latera fistulae removereq; in 1 C. et 2. D. ac si rei verâ cunei formas fuisset.


qui alkalia corporum dissolutionem moliantur.

alkalia moliri possunt corporum dissolutionem, cum eorum poros ostio subeunt, et pergere vix possunt, tumq; vel aspera instar cunei, vel maxe adhaerere meatibus inhibent.

FIG.ª C XVIª.

il ne faut point faire attention a la pointe de cette fig jusques a la ligne marquee





Verum ō ex eo solum p̄tes alkalium dissolvere p̄nt solida c̄pora qd̄ ~~enim~~ cunei vim exerceant in poros eorumd.; sed ex eo quoq; qd̄ inhibent liberū fluxū mā̄ æthereæ, atq; adeò licet cunei in modū forte ō agerent alkalium partes, faveret t̄n aspera et inæqualis eorum superficies c̄porum dissolvi; imò magis q̄m si cunei formē obtinuissent figurā ut in sequentib. patebit, ubi de c̄porū dissolutione.

cc ab acidis solvunti, ō solvunti ab alkalinis: unde concludi qd.. alkalia ab acidis ō penès molem sed figuram discrepant.

Observo 4°. nonnulla c̄pora dissolvi à salib. alk. quæ lædere nequeunt acida: unde colligere licet duo, nimirū diversa ēē alk. et acidorū figuram, nec penès molem t̄m duplex illud p̄tium genus inter se discrepare. Isto enim æqualis sit acidorum et alk. figura certè ex æquo illo subitura s̄nt c̄porum ōium poros, ex æquo cunei vim exercitura ex æquo demū quoq; dissolvent. Axioma nempè ē, æqualia æqualib.. addita semper facere æqualia. Si dicas alk. licet penès figura acidis æqualia s̄nt, mole t̄n inæqualia ēē, seu multò minorē obtinuisse magnitudinē. Quæro, cur densiora c̄pora quorū adeo pori strictiores s̄nt ō dissolvantur facilius a salib. alk. q̄m ab acidis quæ videlicet multo crassiora s̄nt: cur, inq̄m, solida ferè ōia c̄pora solvantur ab acidis, pauca ōiō ~~=~~, nisi quæ sulfurea, ab alkalinis. Respondebis fortè certam requiri p̄portionē inter p̄ticulas c̄poris dissolventis et poros corporis dissolvendi; adeoque cum alk. p̄tes tenuiores s̄nt, q̄m ut vim cunei exercere possint in c̄pora solida, quorū nempe pori ampliores s̄nt, ō mirum si illibata relinquantur ab alk. p̄tib.; et ab acidis, quorū p̄ticulæ crassiores s̄nt, tam facilè dissolvantur. Verum ut fatebor libens ōiō requiri p̄portionē inter p̄ticulas c̄poris dissolventis et poros c̄poris dissolvendi: negaverim t̄n defectu p̄portionis alk. p̄ticularū repeti ex nimiâ ea tenuitate quâ impares s̄nt cunei vi exercendæ. quippe si res ita esset, ne illa quidem pinguia c̄pora ullatenus dissolvere possent, quorū videlicet

solvuntur solida ferè ab acidis sulphurea ab alkalinis.

dissolutio sulphureorum ab alkalinis, alkalinorū tenuitati officit.

pori ampliores sūt multo meatib. cporū solidorū, ut conjicere licet ex levitate oleosorū cporū ac fluiditate nullorum: unde ex eo multo minus exsolvere possint alkalia pinguia ac oleosa cpora qm solidiora quoque quorū pori magis strictiores magisq. pportionati sūt cuneolorū minimorū actioni suscipiendæ.

poris amplioribus donantur oleosa qm solida.

Porro ō video quo fundamento statuantur ptes alk. acutiores exilioresq; pticulis alium acidorum, qd enim acrius feriant gustus organū altiusq; penetrare videantur linguæ papillas, nihil facit ad exilitatem illam summam acutiemve ptium alkalinarū statuendas; imo obstat exilitas summa pticularū salinarū, quominus acriter feriant gustus organū. Et vero videmus acida quo minutiora evadunt tanto minorē punctionis sensu excitare; quo vero crassiora sūt tanto acutiorē inducere. atq; illud quidem plenè congruit legibus communicaois motus, quib. constat mota cpora, quo crassiora sūt tanto vehementius impellere hæc quib. occurrunt. Deinde vero repugnat experiēa alkalia vehementius organū gustus ferire qm acida potentiora cujusmodi sūt spiritus nitri, vitrioli &c.... quæ linguæ admota discindunt papillas ejusd. qm qm una voce censeatur illa acidorū oium fixiora crassioraque.

exilitas ptium alkalinarum acrimoniā efficeret.

cpora quo crassiora eo magis feriunt.

acida potentiora magis feriunt organum gustus qm alcalia.

Dices energia illa saliū alk. ō tamen ex ipsâ tenuitate ac acutieq; deducendam esse, sed et præsertim ex ipsa soliditate quâ superant acida, quorū pticulæ flexiles sunt?

R. rigiditatem illam saliū alk. præ acidis fictitia esse nec ullo niti fundamento. quorsū enim acida flexibilia supponamus quæ cunei vim exercent summā, quæq; solidiora convellunt corpora atq; in fluore convertunt. an dices flexibilitate illam acidorū tueri constante illam fluiditatē eorumd. sed jam antea probavimus fluores acidos flexilitatē servare præ aquâ quæ in glacie convertitur, longè aliâ raoe. neq; enim flexibilitas ptium fluidorū ullatenus confert fluiditati perpetuo conservandæ: sicut enim aqua cujus ptes acidis flexiliores supponunt perp[illegible] expetua fluiditate servaret, quod tn experiēa repugnat: siquidem constat aquā in glacie concrescere quo tempore spiritus acidi perpetuā tuentur fluiditatē. Deinde vero obstat acidorum flexibilitas quominus intromittentur in poros ea

alkalia ō st acidis rigidiora.

acida non sunt flexibilia.

acidorum fluiditas ō oritur a flexibilitate.

corporis solidorũ, si meatus namq; paulo devii sunt, ita ut spiculum acidum, dum subit solida corporis p̄tem ^collidat^ reflecti inde necesse habeat tantò majori vi, quãtò flexibilitas ejusd. major futura ē, elateriisque exercitium juvatura. parito militant adversus flexibilitate acidorum quæcumq; attulimus contra flexibilitatem p̄tium aquearum.

Dices saltem negari n̄ posse tenuitatem majorē salium alk. præ acidis: nimirũ constat salia alk. præsertim illa quæ volatilia dicuntur facile evaporari, licet arctè claudantur in vasis vitreis secus q̃m contingit in spiritib. acidis, qui diu servati in vasis etiam n̄ clausis minimā patiuntur suarũ p̄tium jacturã: sic sal volatile viperinũ puta reconditum in vase vitreo per medium obturaculum suberinum dilabitur, haud quaquam dissipato spiritu acido vitrioli

ex alkalium volatilitate n̄ p̄bt eorum tenuitas.

Rx Ex facili dissipaõe salium volatilium alk. n̄ posse deduci tenuitatē ac subtilitatem eorumd. majorē: id unũ colligere licet nimirũ p̄ticulas salium alk. aptiores ēē motui suscipiendo conservandoq; q̃m p̄tes acidas. alioquin quoniam compulsus lapis facilius longiusq; movetur q̃m ejusd. molecula in tenuissimũ pulverē redacta, dicendum foret lapidē ipsũ p̄prio pulvisculo tenuiorē ēē, q̃d nemo sanæ mentis concesserit. g̃o tota evaporisaõis alk. volatilium caã, n̄ in summa eorum subtilitatem q̃m præ acidis obtinent; ꝺ in certam figurã quâ facilius motum suscipiunt conservantq; referenda est.

alkalinor. volatilitas ex certâ figurâ quâ facilius suscipiunt motum eumq; conservant.

Quæres itaq; quænã illa sit p̄tium illarũ alk. contextura ac dispõo cujus raõe facilius motum suscipiunt conservantq; quam p̄tes acidorum?

Rx accomodatiorē nullam ēē figurã motui suscipiendo conservandoq; q̃m quæ superius tributa ē salib. alk. echinata intellige, quæ nimirũ multò plurib. in locis patet occurrentib. fluidorũ p̄ticulis à quib. motum suũ mutuantur, seu enim ignis vim experiantur p̄tes salium alk. volatilium, seu motus simplicis ætherei fluidi cuncta permeantis; certè illa facilius motũ ab utroq; illo agente suscipient q̃m spicula salium acidorũ oblonga leviaq; Cum enim sales alkalini volatiles undiq; promineant; prominulis suis angulis sese offerunt examini corpusculorũ igneorum in destillaõe, aut æthereo fluido salium volatilium massa transfluenti, ac proinde q̃a multis in locis verberantur, magnã motus q̃ntitatã pro raõe molis admittunt. Contra verò q̃a acida ævem obtinuere superficie, circa q̃m dilabi facile queant

Echinata superficies motui suscipiendo et conservando est accommodatior.

ignea corpuscula aut fluidū ethereū: ō mirū si tam difficulter in motū cieantur, egreq; ptium suarū evaporatiōem patiantur. qd ut clarius fiat, ponamus sal alk. se habere ut stelliformes corpus A.B.C.D.E. F.G. acidum vero ut fusiforme H.I.K.L. figurarum XVII XVIII patet contemplanti stelliformes corpus posse impeti in A.B.C.D.E.F.G. a quocunq; in

FIG. A XVII





FIG XVIII



fluido ethereo, nec fusiforme lubricū corpus H.I.K.L. nisi difficulter hoc ē perpendiculariter incedant fluidorū corpuscula, posse in motum cieri, si enim obliquè fluidorū ptes fusiformes impetant corpus, ob superficiei lævitatē facile glissent, aliorsumq; cum tota fermè sua suscepti motus qntitate detorquentur.

Bene quidem, inquiet aliquis, ita comparata alkalium figura aptior erit motui suscipiendo qm acidorū fōa; sed qui poterunt alkalia in hunc modū comparata susceptum motum conservare, quæ multo ampliorē obtinent superficiē qm acida, occurruntq; adeo multis ptib. fluidorū per quæ transferuntur. Equidem fateor haud leve incommodum suboriri ex ampliori superficie in corporib. quæ moventur per media fluida, indeq; difficilius multo ō nulla corpora susceptum motum conservare atq; illud quidē jam antea insinuavimus, ubi de fixitate ptium terrearum sermonē habuimus. si tn advertamus alkalium molē [a] acida superare imo et [b] raōe molis etiam multo majorē motus qntitatē ~~suscipere~~ conservare; statuendum saltem id nobis erit alkalia motum diutius conservandū eē qm acidorū longiusq; iter percurrendū à salib. alk. qm ab acidis. Verum ō modò habenda raō extensionis superficiei corporum quæ moventur per fluida sed et figuræ; equaliter enim extensa quoad superficiē ac molem pro diversa figura facilius

cur acida difficilè sint volatilia

ob. alkalia propter majorē superficiem minus posse motum susceptum conservare.

Responsio.

a. b. est ce qu'il faudroit prouver. ce qui est prouvé dans la page suivante.

cpora æqualis quoad molem extensa si varié figurata varié moventur, facilius aut difficilius pro figuram.


aut difficilius moventur et servant motum susceptum; siquidem enim figura cporis hujusmodi sit, ut findendo fluido comparata sit, facilé per fluidum trajicietur, nec nisi parva suscepti motus qtitate coicabit si contra figura cporis findendo inepta sit, difficulter fluidum pervadet eidemq; statim magna sui motus ptem coicabit: ita videmus quadratu cpus. pdum alteru plane pergens in äere, eidem facilius sui motum communicare qm si tota plani hujusce quadrati particulæ mutetur in Rhomboidea

ad motus facilitatem cōsideranda ē figura cporis et rao quâ illud movetur.

aut si quadratum moveatur pdum alterum suoru angulorū, licet alioqquin hoc sensu multo major superficies ejusd. pateat ocurrenti fluido nam patet ex fig. XIX quadratum A motum pdum planu 1.2.3.4. multo minus patere äeri obvio qm si moveatur secundu angulum solidum 1.3. cum hac deternaōe objiciat duo latera 1.2.3.4. et 5.1.6.3. quæ duo simul sumpta ampliora sūt plano lateri 1.2.3.4.

cpora ē aëri magis patent superficie, ē idirco majorem motus qtitatem deperdunt.

figura 19 non data locus





corpora ē majori donantur superficie ē ideo difficilius mobilia.

Itaque ex eo qd amplior ē superficies salium alk. qm acidorū haud quaqm colligendu, difficilius motum susceptum conservare posse, dum moventur per aliquod fluidum resistens: sed potius habenda rao figuræ saliū alk., attendendu potius num figura salium alk. findendo fluido aptior sit qm figura salium acidorū. atqui res ita se habet, quippe licet acida spicula si moveantur pdum alterū extremum, facilius findant obvium qdcumq; fluidū: nihilominus tn quoniā pter summam exilitatem ō pnt externorū fluidorū à quib. moventur impetum suscipere pdum alterutra acie, adeoq; nec deternaōem requisitam ut moveantur instar sagittarum; fit ut turbinatim aut transversim moveantur, quo sensu difficulter pnt findere ac divellere fluidi ocurrentis ptes. secus autem res accidit in salib. alk. quæ licet ampliorē molem obtineant quam acida, ocurrantq; adeo multo plurib. fluidi trajiciendi ptib. pter

tamen figura findendo comparatam, suscepti motûs qntitate etiam pro raoe molis majore conservant. Cum enim alk. moleculae echinorum instar aut radiosi cujusd. cporis sese habeant, fit ut prominulis suis angulis totidem velut aciebus findant disgregantq; fluidi occurrentis ptes; adeoq; nullam fermè patiantur remoram nisi dum mediam sui molem, cui innituntur solidi anguli. Verùm quonia media haec alk. moles pro raoe quantitatis extensionis multò majores ex dictis motûs qntitatem suscipit, qm minutior acidoru moles; et minore quoq; proportionaliter ejusd. qntitate coicat obviis fluidis # oiò necessum est.

majoremq; conservet.

Dices rursum tenuitatem ptium alk. prae acidis abunde satis colligi ex facili eorum perspiraoe: nimiru constat salia volatilia per obturacula suberina facilè sibi viam facere, quae ad multos annos spirituum acidorum effluxum inhibent.

ob. ex facili alkalium ascensu ptium eorum tenuitatem supra acida.

Rx. ex eo o posse colligi tenuitatem ptium alk. majorem, id unu statui pt mobilitatem nempe majorem ee ptium alk. qm acidaru; Cum et acida intra multos annos etiam in vasis apertis levi facta suaru partium jacturâ consistunt: quare si tam facilis fiat salium alk. volatilium dissipao vel sola eorum figura quâ facilè motum suscipiunt in causa erit, nequqm verò molis exilitas.

R. n. nivo o raoe tenuitatis sed mobilitatis ascendunt alkalinae partes.

Sed an non praeterlabuntur salium alk. ptes vasoru obturacula in quib. haerent acidoru ptes? an non si facilè praeterfluent obturaculorum poros alkalinas ptes quas metiri non possunt spicula acida, inde suma tenuitas alk. molecularu, proindeq; major acidoru moles deduci poterit.

ob. alkalium ptr tenuitas ex eo qd obturacula penetrent, in qu o faciunt acida, cae in obturaculis sistunt.

Rx. Nec etiam ex eo colligi posse tenuitatem majorem salium alk. prae acidis imò potius exilitatem majorem ptium acidaru quae obturaculoru contexturam dissolvunt, ut observare licet in aquis Stygiis, quae nisi vitreis obturaculis concludantur suberina quaeq; aut lignea alteriusve generis sensim erodunt. ut autem hujusce phaenomeni raoem eruamus supponendum lignu suberinum qd in obturacula usurpari solet mirè porosu ee, ita ut vel aëris ptes facilè admittat dimittatq;: constat enim vitream fistulam, altero sui extremo ~~[illegible]~~ occlusa obturaculo suberino facere locu aëri introituro, dum celebratur experimentum Torricellianu: ita ut mercurius ois penitus concidat. constat, similiter vasa suberina inepta ee continendo mercurio, ex quo sequitur suberis poros multo ampliores ee, qm quis primâ fronte putarat, qui videlicet elasticas aëris ptes mirè implicatas imò et crassiores hydrargiri moleculas dimittere point. Jam si suber admittere poterit ptes aëris et mercurii ipsius: quidni et salium volatilium moleculas per patentes hiatus elabi sinat? cum

R. n. imò ptr acidoru exilitas, ex eo qd obturacula dissolvant.

notanda ae suberis porositas, qui ad obturacula usurpatur.

suberis pori exitum praebent mercurio.


longe alia conditio sit salis volatilis et mercurii, moles nempe multo tenuior
qd ō erit cur si forte moveantur alk. volatilium p̃tes in vasis per obt-
acida non sistunt in obturaculis
obturacula suberina foras eliminentur: neqi idem dicendum erit de e-
rãe tenuitatis ō rãe minoris motus.
p̃ticulis salium acidorum ut ut tenuiores supponantur, licet enim facile e-
per patentes poros suberis ex aquo difflari possint: qa tn minor ē motus
quo sursu feruntur, haud ita facile superare p̃nt pororũ ambages
quin multis in locis impingant magnaqi sui motus p̃tem coꝛ̃ent fistularum
lateribꝰ. hinc fit ut tandem nondum emenso itinere collabantur, ho-
tenuissimos obturaculorũ poros subeunt acida, ō verò alkalia, hinc alk. p̃tr major moles.
hareantque variis in locis cum autem harere ō possint alicubi quin
simul ac semel minutioribus suberis meatib. occurrant quæ pro acum-
inatâ suâ graciliqi figurâ subire possint: fit ut sensim et sine sensu
tota obturaculi moles spiculis acidis confodiatur, quoniã vero ita non
potest confodi suber quin variis in locis atherea mãe fluxus
cur acida distringant obturacula vasorum qbs continentur, ō vo alkalia.
impediatur, fit ut brevi totũ obturaculum corruat atqi in friabilē
quandam substãam convertatur. uno verbo salia volatilia alk.
rapido suo motu ampliores suberis aut lignorum quorumcumque
meatus facile superant, minutiores poros subire ō p̃nt, hine fit
ut nulla illata labe vro obturaculis dissipentur. Contra vero spicula
acida ut minori motu sursum efferuntur per spiracula majora
varie contorta difficulter elabi p̃nt, et p̃pter accomodatã figurã
minutiores obturaculorũ poros subeunt, nexumqi intimiorem
alkalia permeare possunt per vias per quas permeabat succus nutritius.
p̃ticularũ lignearũ dissolvunt. vel si mavis salia volatilia per fistulas
ligneas, per quas antea succus nutritius ligno suppeditabatur, evadunt,
acida vero fistularum lignearum contextura aggrediuntur ac ro-
dunt pro summâ sui penetrantiâ: unde multo major ex eo
acidarum p̃tium tenuitas argui debet q͞m crassities, habito e-
respectu ad molem salium alk.: acida enim minutiores ligni poros
subeunt quos pervadere ō p̃nt alk. molecula, repugnantibus
nimirum figurâ ac mole amplioribus.

vasorum fictilium permeão ab alkal. ō p̃bat eorum exilitatem.
Porro nec magis suadet exilitatem p̃tium alk. præ
acidis qd terracea vasa non vitreata quib. concluduntur, perva-
dant ac demũ perfringant. quippe certum ē acida multo
facilius exitu sibi ~~per~~ patefacere latera vasorũ istiusmodi q͞m sal. alk. tum
fixa tum volatilia, imò et eorum contextura dissolvere in
minutissimas p̃ticulas, qd præstare ō p̃nt alk. quæ quidem multũ
temporis requirunt, ut per angustiores vasorum fictilium poros
trajiciantur, nec nisi in conspicua frusta quadam dissitione
producta comminuunt. qd autem fixa præsertim alk. desilire cogat

fictilia, haudquaqm arguit cunei formē alk. figuram: quippe jam
antea statuimus cujuscumq; figuræ cpora vim cunei exercere posse
si modo faveat pororū figura.; sed neque sufficit cuneiformis fig
figura respectu fluidarum ptium ad solidorum dissolutioem
sed insuper advocandum auxilium maæ subtilis ut firmissima
solidorum contextura dissolvatur. sed de his ubi de fermentatōe

Colliges sal alk. satis apte describi posse in hunc
modum qd nempe sit sal porosum, quaad superficiē *salis alkali definitio.*
suā inæquale, et Echinni instar in tota sua
superficie accuminatum. Ex quo ulterius sequitur q.
ptiusse sal alk. admodum, satis acidi generari in terræ visceribus. haud
difficulter tn intelligi pt concreti salis ob echinnato suo typo separao
finge enim typū concavū multis aculeis hispidum: finge similiter
impleri illum molli quada maa concretioni apta, certe quia mollis
maa sese accomodavit figuræ typi congruitque omnib. ejusd. ptibus *sal alkali non ex typis ut*
quis capere posset typi a concreta maa interius, separaoem: quin *acidum originem duxit.*
potius quoniā typus echinnatus variis in locis transfixit mollem
advenientem maam, inde ut cederentur pori necesse eiā videtur
ut confracto typo ejusd. aculei saltem maneāt infixi in materiā
concretā, ac proinde nulli concretæ maæ pori emersuri sunt.
imo solidum unū quis cum concreta maa constituturi erunt. &
quamobrē sequitur alk. ad sui generaoem nullos supponere
typos in ipsis terræ visceribus. nihilominus tn constat salia
alk. resolvi in aquā et terrā; inquirendus semper manet modus
quo sal et terra in eam foam concurrunt, et quia per se concurre-
re nequeunt terræ ptes cum aqueis in foam salis alk. sine aliquo typo
quod jam antea ē impugnatum; sequitur q. ex aqueis immediate
terreisve invicē junctis sal alk. coaluisse. quid igitur superest
nisi ut dicamus ex certa mutuaque unione spiculorū acidorum *sal alkali ex acidis terreisq*
cum ptib. terreis emersisse sal alk. neque vero arduus est modus *partibus emersit.*
quo spicula acidorū cum moleculis terreis possint concurrere in
sal prære alk. ponamus enim in terra gremio moleculas terrestres
undique porosas et spongiæ vulgaris æmulas certe si supervenit
spiritus quidam acidus, quo plerique in locis terra referta est; aliud

nihil ex facto illo concursu qm̄ merum sal alk. suboriri poterit. Cum enim terrae moleculae innumeris in locis porosae sint, admittent hic atq; illic spicula acida, quae quidem cum ō penitus absorbeantur, sed altero sui extremo promineant, hispida et echinnata undique molem constituet planeq; similem illi qm̄ Fig. XX representat.



in quâ A moleculam terrae porosam multipliciter sistit, numeri verò 1. 2. 3. 4. 5. 6. acida infixa quorū media pars extram moleculam terream exeritur echinatamque reddit superficiem.

Quaeres I. si quidem acida coeant illa cum moleculis terreis cur ex concursu cum ptib. terreis ō emerget quidam fermentationis motus atque adeò disturbentur inde congestae in unū terreae ptes.

cur acidis cum terrâ coeuntibus ō oriatur fermentāo.

Rx. totum illud repeti ex laxiori terrae contextu. agitur enim hic de sincera terra quae summè friabilis ē laxaque. unde cum ppter pororū amplitudinē admittat facile acidorū spicula, quin ea inferant illa vim in latera pororum quib. terra pertenditur aut consuetum inhibent cursum mae ethereae; mirū ō ē tam facile subire ptículas acidorū compage terream, quin tn suboriatur fermentativus ullus motus, atque ulla divulsio terrearum molecularum, imò potius ex accessione acidorum moleculae terreae firmitatem majorē adeptura erunt. Cum enim acida moleculam terream variis in locis confodant, adeò ō ejusd. contextum convellent, ut arctiore firmioremque sint reddituræ, quomodo videmus flaccidiora cpora, cujusmodi snt panni acciculis variè affixis rigiditatem quandam acquirere aut dissilientia aut infrustula dissolvenda ligna clavorū infixorū ope firmari.

Quaeres 2.° undenā pori emergant in sale alk. aut potius unde ō oes moleculārū terrearū pori accedentib. acidis spiculis

implearitur, indeq; suboriatur solidum prius opus quam multipliciter porosum.

Re illud totum referendum ex inopia acidi majore vel minore quae moleculis terreis afflatur. si enim illud moleculis terreis ubertim effundatur, quoniam statim acida spicula obvios terrae poros subintrant, solidum aut potius salsum planè corpus excitandum erit: si contra minori copiâ supervenit acidum, ita ut moleculae terreae utcumque solidum opus aut salsum efformare videantur, inde tn alk. sal suboriri possit. si enim salsum in terrae visceribus genitum vehementer exagitetur; ita ut permultas acidorum ptes dimittere cogatur, ō poterit quin salsa molecula faessat in genere alkalinam. quomodo videmus nitri moleculam quae salsa ē si urgeatur igne, decessu ptium acidarum alk. sal tandem prodere.

Verum ne quis gratis allatam putet salis alk. generaem advertat quaeso ad ea quae geruntur in nitrariis, in quib. terra nitro eod. turgida, variis lotionib. spoliata, aeriq; rursus exposita nitrum lapsu temporis colligit, concretis videlicet spiculis acidis nitrosis cum moleculis terreis, unde postmodum distinctae duae ptes, altera acida, alkalina altera proficiscuntur.

Scio equidem ō defuturum qui neget terram ad nitri generaem concurrere, statuatq; terram se habere tm per modum uteri velut cujusd. et meri conceptaculi in quo nitrosae ptes in aëre volitantes tractu temporis colligantur. nihilominus tn si rem totam ad calculum revocemus planum fiet terram ō modo occasionem colligendarum nitri ptium, sed et quoq; multas sui ptes ad nitri generaem contulisse. ut enim libens fatebor multas nitri ptes in aëre volitare, ita negaverim vel illas, solas in terrae loculis congeri; nimirum praeter nitro-aereas ptes quas intestinis motibus agitata tellus vomit, quaeq; verè nitri mirè subtiliati naam obtinent; sunt et innumerae aliae indolis acidae quae pro vario cursu terrearum diversi generis in diversa coeunt, salini-formia pora vitriolum puta alumen &c ..... quae acetosos liquores acerrimos distillata profundunt. jam si ita e ut atmosphaera spiritu vehat acidum diversi generis, quidni et nitrosum quoque suo alkali destitutum, qd terrae partibus accrescens in verum nitrum faessat. Equidem vidimus terram urinâ aliisq; aialium excrementis saturata nitro facilius gravidam fieri qm quae sincera e, vel eo solo nomine qd excrementa alk. sale quodam volatili referta sint, spiritumque adeò nitrosum facilè absorbeant figantque in verum nitrum, salsum ex acido et alk. coalescens. quis ē ō nisi quibusd. in locis confodantur, variiq; adeò pori remaneant, alk. planè corpus inde emersurum erit; neq; tn obstat quominus ex concretis acidis cum moleculis terreis utcumq; &c

si copiosa acida terrae misceantur et uniantur, inde sal salsum.

ex minori acidorum copiâ terra unita consurgit alkali.

salsum potest acidorum excussione converti in alkali.

terra nitro spoliata, aeriq, exposita nitrum iterum refert.

terra concurrit ad Nitri genesim; ō verò se habet instar uteri.

tout cela ne prouve point qi terra concurrat.

terra alkalib. satiata facilius citiusque acidis turgescit.

autem dixerit nitrum hujusmodi brevi collectum diversum esse à vulgari illo qd ex terris ut sic dicam maeribus nec pinguefactis educitur. certè pare utrumq; spiritus acidi copiam suppeditat; par in utroque acido virtus, ac proinde suspicioni vix ullus locus nova nitri generaoem quae fit in terrâ, eád. antea privatâ, nova ea simpliciter concretione nitri integri anteà in aere habitantis; quin potius quoniam post multiplicem terrae nitro gravidatae elixiviaoem, notabilem terra patitur ponderis jacturam, extra omne dubium videtur positum illam ipsam in singulis nitri generaoib. suum quoque symbolum, hoc e nullas sui partes contulisse, verit ut eo revertamur unde digressi sumus salis alk. generaoem acidi salis cum terra concurrentis opus esse, sed per pergamus ad alia.

post multiplicem terrae nitro gravidae elixiviaoem terrae pondus deprimi.

sal alkali 2ex volatile et fixum.

Insinuavimus jam antea, sal alk. aliud esse vola volatile, aliud fixum, seu qd idem e, aliud levi igne sursum efferri aliud vero ne quidem per summa ignis tortura moveri posse, cogique ad superiores vasorum ptes. inquirendum go unde tanta salium alk. discrepâa. qd ut clarius disquiramus celebre prius resolvendu problema aliquot ante annos propositum Deturne videlicet sal alkali fixum naale nec ne: aut potius, sal ne alk: omne volatile sit ex sua naâ, nec nisi arte fixum reddatur? quippe hujus explicao luce nobis foenerabitur ad ppositae difficultatis enucleationem.

an oe sal alkali suâ naâ sit volatile.

cur ō ō

sal alkali 2ex syncerū et ō syncerum.

sal oē alkali suâ naâ ē volatile.

Quacirca sedulo distinguendum sal alk. in sinceru et non sincerum. sinceru vocabimus illud qd summè porosu nec terreas ullas sulfureasve ptes obripuit. Non sinceru verò qd terreu ē, extraneoque sulfure inquinatum vel ut uno verbo dicam qd assumit in societatem ptes alias quae alkalinae ō snt, quaeq; alkali pprietatib. exercendis officiunt hoc posito. statuo sincerum oe alkali ex sua naa volatile esse, quod sic evinco.

pbr. 1o. quoniam quae sua st volatilitatem cparant, seu volatilia ē volatiliora evadunt repetitis sublimaoib. ex ossit. calcinatis.

Sal alk. tam qd volatile prolicitur, qm qd fixu ex calcinatis obtinemus obtinemus detractis terra sulfureq; ac salib. acidis superfluis quib. alkalina vis obtundebatur, volatilitatem majore acquirunt, e aut à statu fixitatis ad volatilitate perducuntur go illa oia ex sua naa et pprio marte volatilia sunt, seu ita comparata ut facile motu suscipiant, susceptumq; conservent: atqui ita se habent alk. quaelibet tam fixa qm volatilia, go alkalia cuncta ex suâ naâ volatilia snt prob. min. q experieâ, quâ constat I.o sal volatile viperinum, cornu

cervi &c. ... sublimata ex ossib. calcinatis aut sale tartari fixo, multò volatiliora ac multo magis alkalia inde evadere. 2° compertum e salia cujusqi generis fixa, detractis terrâ sulfure acidisqi extraneis, volatilitate summa acquirere. nam videmus sal fixum tartari calcinatione paratum, si exusto alumini misceatur, igne reverberii totum ad volatilitatem produci; qd idem experiere, si sali tartari fixo in aquâ calenti soluto per vices inspergas cremorem tartari in pulverem redactum, factâ quippe destillatione, cum semel fermentatio duorum salium desinere coeperit, obtinebis spiritum volatilem ejusd. energiae atque illud qd cornu cervi suppeditat, ex quo etiam vulgari arte, sal volatile crystallinum extrahere sublimando licebit. atque his alisque artibus salia quaeque fixa ad nativam volatilitatem restitui poterunt.

plr experiâ.

plr. experiâ.

sal tartari fixum alumini usto mistum volatilitatem comparat.

modus eliciendi spum volatilem seu sal volatile cristallinum ex tartaro fixo et cremore tartari.

Sed an non, inquiet aliquis, isthaec salis tartari aliorumque volatilisatio nova salis generatio dici poterit, ô simplex superfluorum ac fixantium detractio?

Ad neutiqm simile quid venire posse in mentem illi, qui adverterit, volatilisatum salem tartari fixum, inde alkalinam non mutasse naturam, imò expeditiorem inde factum ad proprietates alkali facilius exercendas; quippe ille citius abripit acido quib. admiscetur, citius cum iisd. fermentationis init motum, ac multo plures absorbet acidi partes; argumentum sanè, ô nova induisse naturam sal alk. fixum tartari, ut potius inde magis alk. evaserit. quod ut clarius innotescat, examinandus modus fixationis salium volatilium; examinandum, inqm, num vel fixatio ipsa salium alkalinorum eorum naturam destruat atqi in aliam convertat, quidve de novo sali volatilisato superveniat dum fixatur. hinc enim faciles dignoscemus quid fixo sali dum volatilisatur, vel accedat vel detrahatur.

sal tartari volatilisatum naturam retinet alkalinam imò et auctiorem.

alkalinis fixis volatilitate augetur perfectiorum; virtus alkalina, primò ô invertitur natura.

Ac I° quidem certum e acidorum simplicium ope sal volatile puta cornu cervi fixari, nimirum si sali volatili affundas spiritum nitri ad satietatem usqi emerget protinus verum nitrum, qd destillatum, rursus acidum suppeditabit et alkali fixum ad modum nitri vulgaris. unde autem sal alk. fixum prodiit nisi ab ipso sale volatili cornu cervi, et quid aliud ex sale illi fixitatem accersivit qm ipse spiritus nitri acidus ei d. strictè conjunctus. Deinde verò constat ligna herbasque aperto aut clauso et suppresso igne concremata, dispar oio salis fixi pondus emittere, nimirum parvam ejusd. salis copiam suppeditant igne aperto calcinata, insignem verò suppresso. unde autem discrimen illud ptatur serio inquiramus ... sed videmus ligna quae nudo igne uruntur, fuliginem atram emittere,

neque volatilibus fixitatem acidis fixantur volatilia.

quae mutationes volatilib. fixitate contingant.

cur
ligna q̃ aperto igne cremantr parum salis fixi retinent, multũ verò et copiosum quæ igne clauso

quæ collecta sal volatile multum suppeditat. contrà verò nullam fuliginem exeri potest in lignis quæ clauso igne cremantur, quorũ adeo excussa fuligo rursum lignis unde manârat afflatur. Ex quo intelligitur qd sal volatile dissipatur in lignis aperto igne combustis, fixari in his quæ clauso calcinantur; neque enim aliunde repeti pt auctum pondus salis in lignis suppresso igne crematis, qm ex ipso illo sale volatili retento aliàs dissipando. Jam si ita ē ut sal volatile difflandum fuliginis specie fixũ evadat, certè ab externo aliquo illud futurum. quid igitur ē, qd sali volatili lignorũ compedes injicere possit? equidẽ multa. 1.um quidẽ acidæ ptes quas multas ligna quasi complectuntur. ex primo nempe experimento constat acidis alkalia volatilia fixari posse. 2°. verò sulfurea pars crassior quæ similiter sali volatili juncta ejusd. motum retendere apta ē. ac 3°. demũ terrâ quæ sulferis ope eidem sali ligari pt. qd autem hæc tria ad fixaoẽ hujus opus concurrerint ē patet ex eo qd sal alk. illud fixũ acida minori copia absorbet qm illud idem volatile, nec ita subitaneâ suscipit fermentaoem novis admixtũ acidis. sulfureæ ptis existeam in hoc sale fixo satis indicat tinctura flava qm spiritus vini ex hoc extrahere aptus ē. Deinde verò à sulfure est qd difficiliùs exsolvatur qm salia volatilia quæ simplici aëris contactu exsolvuntur. propedit namq; sulfur aquearũ ptium intromissione, nec adducam lubricitatẽ illam qm contrahit aqua ab exsoluto sale alk. fixo, qd certè ō nisi in pcipiũ sulfureũ comodè referas, ac demũ qd sal fixũ ejusmodi terreas planè externas ptes comprehendat; probat ejusdẽ soluti in aquis percolatio iterata, quippe centies percolatum aut calcinatũ ōnullas semper terreas ptes in filtro relinquit.

in plantis insunt acida.

Sal volatile fixari pt
1° acidis.
2°. sulphureis.
3°. terreis.

alkali volatile ubi fixatum pauciora sorbet acida seipso volatili, lentiùsq; fermentescit.

sulphur inhibet facilem alkalium fixorum solutionem.

sale soluto aqua lubrica fit.

sal alkali fixum aquâ solutum centies percolatum aut calcinatũ centies terram promit.

Jam si volatile sal dum fixatur aliam nullam subeat mutaoem qm quæ fit per adjectionẽ acidarum terrearũ aut sulfurearũ partium certè nullus ē locus dicendi fixatũ eundem dum volatile redditur, quoad naam suã pati notabilem et ut loquuntur essealem mutationem: statuendũ potius volatilisaoem salium fixorũ alkalinorũ per simplicẽ detractionẽ impedimentorũ, adjunctarum videlicet ptium terrearum acidarũ aut sulfurearũ ad pristinã et nativã volatilitatẽ perduci. qo à primo ad ultimũ verũ ē sal alk. qdcumq; si sincerũ ē, et planè liberũ à consortio reliquorũ pcipiorũ à naa suã volatile ēē, haud secus enim ac mercuriũ, qd licet acidorũ adjunctione fixũ videatur in sublimato corrosivo et præcipitato ejusd, omnino ō mutasse geniũ, larvamque solum induisse dicimus, qui nimirùm in liquamen fugax ac currens

alkalina salis volatilis naa ō mutatur fixiraoe.

tota mutaõ salis alk. fixi in volatile, seu volatilis in fixũ est adjectio vel detractio.

mercurius adjectione fixatur.

facili negotio detractis acidis spiculis figentibus restitui pt, similiter nec sal volatile mutasse naam dicemus utcumque illud fixu et ad motum iners videamus; cum et pari modo quo mercurius submotis compedibus, nativa possit recuperare volatilitatem:

detractione liquescit.

salia alkalia fixa à volatilibus oriuntur.

Quamobrem si sermo sit de alkali sincero, verè nobis affirmare licet, nullum in universo dari qd suapte naa volatile ē sit. si tn ppositu problema paulùm mutabimus, ita ut dum quaeritur ne detur in reru naa sal qddam alk. qd fixum sit, sensus sit: an vol. etiam ante oem ignis operaoem re ipsâ dentur in mixtis salia alk. quae intensissima ignis vim eludant, veramq; fixitatem mentiantur certè ō video qui negare illa possint: ut at enim volatilia sint salia calcinaoe protecta, cum semel superfluis extraneisq; cporib. liberata sunt, fatendum tn illa qdiu statum illum servatura erunt, verè fixa ee, quae sic vehementiori igne sursum efferri possint. fatendu ē illa ipsa reverâ in mixtis nihil conferente igne, magna saltem ptem hunc statum adepta fuisse, priusq; in mixtis extitisse, qm illa ustioni subjicerentur. Enim verò quid repugnat quin salia alk. volatilia multiplici fermentaoe ac confusione cum aliis pcipiis quae insunt in mixto ē onullas acidi terrae ac sulfuris ptes sibi alliciant, strictèq; eisd. uniantur? an non ita confusa fit pcipioru oium miscella inter fermentaoem quae in vegetabilibus et aialib. fit, tametsi illa lenis ē, qm inter vehementem illum ustionis motum? an pt mira illa diversitas fructuum, floru, folioru, in vegetabilib., ptiumq; organicarum contextura mirabilis suboriri, nisi mltipliciter miris ac ineffabilibus modis pcipia solvigantur, atterantur, conjugiaq; ineant inter se diversa! Equidem vix illud intelligi potest.

ante ignis operam mixtis insunt alkalia q ignis vim eludunt.

confusus est in fermtaone ut in combustione. ptium motus..

dra plantaru ptes à diversis ppiorum attritionib. et connubiis

Neque obstat qd aliqui dicunt, ad stabiliendam perpetua volatilitatem in salib. alk. mixtorum, artificiosamq; salis fixi generatione, nimiru exsiccatas plantas, aut ligna diu aquis immersa parum aut nihil salis fixi emittere: contra verò virides adhuc plantas aut ligna nusqm imersa permultum: quippe inde nusqm colligi potest volatilitas salium alk. in plantis aut lignis. id unu erui potest, videlicet corruptiva fermentaoem succi nutritii quâ plantae exarescunt eò intensionis pervenisse huncque motum in singulis pcipiis indidisse ut pleraq; ptes saline anteà fixae, pp̄ter attritione variam quam patiuntur, excusserint jugum aliarum, quib. tot velut retinaculis colligabantur, fugamq; cum reliquis pcipiis capessiverint. vel etiam

ob. plantae et ligna siccata aquis mersa parum salis fixi emittunt, multum viridia nec aquis demersa

Pf.

aqua cui ligna immerguntur sensim ac sine sensu salinas ptes pro sua naa exsolvisse secumq; solutas abripuisse, ac proinde ō mirum si postqm plantæ exaruerunt aut ligna diu immersa sunt, tantillum salis & fixi copiā largiantur. sed demus sal volatile qd in viridi planta aut ∴ ligno in fixū ignis vi convertendū fuerat deefecisse; ac proinde concluderdū grave quidē salis fixi in plantis aut lignis præextitisse.

Multo minus oberit qd ex adducto, sale fixo nativo plantarum concludunt nimirū fore ut cporū terreorum quorūcumque salia continuō volatilitatē [stragazz] præferrent, qd tn experiēcā repugnat, qa constat diversa terrarū genera ut sunt terra lemnia magnesia et argillæ onullæ, nihil nisi spiritū volatilē alk. suppeditare. Enim verò ī parū facit ad fixadem salium alk. seu illa obruantur ptibus ~~ter~~ terreis seu aliis pcipiis. neq; ex eo qd alk. eruantur è terrestribus cporibus adductis arguere licet alkalia in reliquis cporibus minus fixa ex se et ante oem ignis operadem nativam sua volatilitatem servare; quippe id unum requiritur ad salium volatilium fixadem nempe ut illa in motum cieantur, consequeque vi motus suscepti ~~cū~~ aliis pcipiis admisceantur. quoniā verò terrarū omne genus et argillarum ita comparatum ē ut planè iners sit ad motum intestinū suscipiendū, ō mirū si quæ salia volatilia fovent in gremio suo illibata tueantur naam ac volatilitatē. cum autem in vegetabilib. et aialib. perpetuā vigeat succorū oium fermentaō adeoq; et singula pcipia mltipliciter atteri, combinariq; necesse sit, sequitur sal alk. qd utrumq; gerunt variis mutaōib. obnoxiū fore, ac proinde ob assumptas diversi generis ptes gravitatem quandā et inertiam ad suscipiendū motū eisdem accersendam eē. nihil igitur ē qd negemus in mixtis salis alk. duas illas species ~~quar~~ altera fixa, volatilis altera dicitur.

ad salium alk. volatiliū fixadem sufficit ut in motum cieantur aliisq; confusē pcipiis misceantur.

in plantis ob continuā succorū fermtaōnem salia alk. facilè atteruntur, aliisq; mixta pcipiis facilè fixantur.

His ita præmissis poni facile pt discrimen sal inter fixū atq; volatile, tametsi enim æquè ad sensu fermentabunt cum acidis cito citius tn volatilia qm fixa, idq; ppter explicatiorē ut sic dicā naam seu ppter numerosā pororū catervā, quā singulæ volatiliū moleculæ pertusæ sunt, cujus raōe oblata spicula salis acidorū multo plurib. in locis absorbent. verbo, salia volatilia magis ad desiderata alkali naam accedunt; fixa minus. Cum enim ut jamjam dictum ē salia fixa alk. ita fiant ppter adjunctas tum acidas, tum terreas, tum sulfureas pticulas quibus penè obstrui possint pori nativi salis volatilis unde suboriuntur ~~ptes~~, ~~pticulas~~; planū ē illa tanto magis à genuina salis

volatilia alk. citius cum acidis fermentescunt quam fixa.

salia alkalia volatilia magis alkaliū naam redolent quam fixa.

alk. nata recessura quanto magis eorum pori impediendi aut occupandi erunt adeoq; et exercitium proprietatum salis alk. ut tale est.

Neque longe nunc repetenda ratio e fixitatis salium alk. quae calcinatione parantur, nimirum patet attendenti ea corpora quae molem obtinent majorem aegrius obsequi motib. impressis aequalibus, quam quae minori donata sunt. at vero quoniam salia fixa, quae ut jam diximus ex volatilium soboles sunt, etiam reliquorum principiorum accessione conspurcata sunt majoreq; ideo molem adepta quam sal volatile sincerum. nihil mirum quod tam difficulter igni obsequantur fixaq; ac velut immota remaneant in fundo vasorum in quib. continentur, utcumq; igne vehementissimo urgeantur; neque enim ignis licet intensus par est movendis ac impellendis indiscriminatim quibuslibet et cujuscumq; molis corporib. liquare quidem et sedum integrantes moleculas exagitare pot, non pellere atque in longum spatium trudere. quamobrem tota ratio cur fixa alia sint salia alia volatilia in hoc posita videtur, quod fixa majorem obtineant molem volatilia minorem; fixa minus atteri dividiq; possunt ob soliditatem majorem quam acida infixa contulerunt sulfureaque pars tuetur. volatilia ob raram substantiae conditionem, facile in minimas partes resolvi possint.

alkalia calcinatione fixantur ob immensam suam molem.

fixitatis et volatilitatis ratio in salibus à majori aut minori mole repetenda.

Quaeret forte aliquis discrimenne etiam aliquod intersit salia inter volatilia, imo et inter fixa quoque.

R. Licet salia volatilia operose rectificata penes saporem nullam exhibeant differentiam, etc. tamen unde quis omnino nullum inter illa discrimen stabilire possit, siquidem illud saltem constat omnia pariter acidorum spicula excipere: neq; ex hac facta mixtione idem in singulis evenire. prae reliquis enim illud habet sal volatile salis armoniaci et urinae dum excipiunt spiritu aeruginis acidum, quod frigidam fermentationem exhibeant. Contra vero sal vol. sanguinis eidem spiritui acido immersum fervorem intensum producere nec sine spuma et bullarum plerarumque eruptione; quod sane arguit contexturam in salib. istis volatilib. diversam. neque vero spiritus idem iisd. additus aut similibus diversa fermentationem ullo modo producturus est juxta illud aequalia ex aequalibus addita, aequalia semper factura sunt.

diversa est variorum salium alkalinorum volatilium contextura licet idem sapor.

probatur ex vario fermentationis modo cum uno eodemq; acido.

QUOD spectat ad lapides pretiosos, equidem illi eo præsertim nomine resolvi se ē patiuntur: qd ut plurimu ē tam ex Elementariis pticulis qm ex diversi generis mixtis in una massa confluentib. compinguntur. quippe certum est in mineris lapidu pretiosoru occurrere perpetuo mineralia diversi generis pro diversitate lapidum, magnesias item varias arenas arenulas aut crystallos rupeas ex quib. ad minima solutis exactèq; permixtis verisimiliter putandu ortum habuisse lapides pretiosos id qd satis indicat artificialis lapidu pretiosoru generaō. videmus quippe ex crystallo montana ærugine et croco martis sdum aliqm pportione assumptis, igneq; vehementi fusis emergere smaragdu D.G. coloris dilutè viridescentis, smaragdi instar orientalis. similiter ex crystallo et minio Topasius; ex crystallo minio et croco martis crysolitus orientalis: ex cristallo minio magnesia pedemontana et Zaffera {qua magnesiæ singularis species ē ex terra, plumbo, cupro et lapide caraminali conflata} saphirus orientalis aut granatus mutatâ pportione: et sic permulti alii lapides egregio spectaculo componuntur. quamobrē difficultas resoluōis lapidu pretiosoru eod. fermè recidit ac proposita resoluō metallorum quæ earum compoēm ingrediuntur; proindeq; argumentu inde repetitu ē magis urgebit qm qd ducitur ex ipsis metallis cui satisfecisse nos arbitramur. unum est Talcu qd negotiu facessere poit, qd per aliquot menses igni vitrarioru expositum aliā nullā mutaōem experitur qm coloris qui in amœnissimu comutatur, adeo c stricta ē unio ptium componentium singulare illud mixtu. qā tn ē unus ē ignis ēporu analista sed ad resoluēm earu, multiplex genus menstruoru adhiberi pt: impossibilis ē videtur talis resoluō saltem in sulphur et terra, apta si usurpentur menstrua oleum inducentia de quidem gloriatur Laurembergius. Et verò videmus quotidiè auru argento confusu utcumq; igni tractetur non posse ullatenus ab argento separari, qd tn facili labore perficitur ope aquæ regiæ quæ auru in mediis etiam argenti ptib. solvit intacto argento. qm ob rē licet ignis vi ē poit Talcum Elementares ptes dimittere ē video qui adhibito menstruo ad hoc opus accomodato res perfici nequeat? verbo licet Talcum nusqm resolvatur in suas ptes componentes; certu tn illud ex terra pingui atq; salina profluxisse qd sufficit, ut statuamus verè illud ex iisdm strictè et indissolubiliter conflari.

Porro calcinaõ lapidū vulgarium satis arguit tum lapides vulgares tantum et lapideas alias concretiones ex Elementis chymicorū componi; nimirum abominandus ille odor sulfureus qui ferit nares in calcariis plus satis demonstrat sulfurearū ptium existeam in lapidib. vulgarib. salq; illud corrodens qd specie pelliculæ albicantis se prodit in superficie aquæ in qua calx extincta ē, abundè evincit salis existeam in lapidib. vulgarib. ut fermè nullū occurrat mixtū, qd saltem aliquod Elementū elabi ō sinat: et licet daremus impossibilem ēē resoluõem mixtorū ōnullorū, atque adeo ex eo probare ō liceret compoõem eorumd. ex Elementis chymicis. valeret tn argumentū à resoluõe petitū pro majori pte mixtorū āalium nempè vegetabilium et mineralium plerorumq; unis exceptis lapidib. ac metallis perfectiorib. nec proinde systema chymicorū Elementorū mutandū foret qd exceptis ttm metallis atq; lapidib. ad reliqua mixta sese extenderet et pbabiliter saltem ad metalla lapidesve traduci poẽt. si modò enim in numerosa illa āalium vegetabilium et mineralium caterva nobis occurrent laudata chymicorū Elementa, atq; ex his cōmodè atq; ex mecanicis legib. explicari poterunt pprietates oẽs mixtorū hujusmodi: quorsū ad ignotas māe pticulas recurramus quarū fōa penitus ignoratur, cum vel hac unâ raõe respuantur Elementa chymicorū qd ex paucis numero cposib. educi ō poĩnt; an non eid. contra sentientes errori imersos putandū atq; ille qui negaret hūanū cpus mecanicas suas operaões iisd. aut consimilib. instrumentis perfici atq; iisd. mecanices legib. obnoxias ēē, vel ex eo quod hūanū cpus machinarū instar vulgarium penitus resolvi ō poĩt et quomodo horologia hydraulica &c.....

Dices 3°. si ex eo qd ignis ope resolvantur mixta in distinctas tres aut quatervè substãas concludamus infuisse illas prius in mixtis continuò fore ut longè alia dentur Elementa mixtorū qm quæ hactenus chymici prodiderunt. Enim verò constat ōnulla mixta plantas putà ubi consueta pūpia dimiserunt distillaõe, calcinata igne aperto vitrū rursus salem ac terram suppeditare. quis autē chymicorū fateatur vitrū Elementarē fuisse ptem mixti resoluti.

Resp. ex eo qd diuturnâ cinerum plantarū calcinaõe emergat vitrum haud tn inde argui posse in plantis vitreas moleculas prius extitisse. neq; enim vitrum resoluõe ptium mixti fit, sed novâ potius resolutarū ptium combinaõe salinarū putà pticularū et terrearū quæ ignis vehementiâ liquatæ ac fusæ in vitrum convertentur novæ speciei mixtum. id qd casu evenit quatenus nimirū intensior ignis gradus ad integram salis eductionē ex capite mortuo adhibetur, ō oĩs quippe ignis gradus indiscriminatim comparatus ē resoluõi mixtorū, imò obest in plerisq; vehementior ignis quominus componentes ptes Elementares dispescantur; ut patet in calcinaõe mixtorū quæ igne aperto fit quippe illa tota in cineres et fuliginē simpliciter resolvantur ex quib. postmodū distillaõe in vasis clausis instituto debitoq; ignis gradu singula Elementa

comparare licet atq; ut scrupulus oīs auferatur, neque ex eo qd. vitrum omn emergit in calcinatione forti mixtorū colligere unquā licet extitisse prius in vitrum in mixta videndum, nam ex sale fixo et capite mortuo ē mixtis edu-eductis pari ignis vehementia vitrū perinde excitari poīt, atqui constat ex quolibet sale fixo et capite mortuo simul liquatis vitrū conflari posse; qō ex eo qd vitrū in calcinatione mixtorū quandoq; se offerat, haud tn dicendum extitisse prius illud in mixto, sed ex ptib. mixti prius resolutis rursumq; ignis vi sociatis emersisse.

DICO 4.° haud ita facilè determinari posse numerū Elementorum in mixtis ac vulgò existimarunt chymici qui perpetuo hærent in definiendo ignis gradu qui desideratur ad mixtorū resolutōē. at verò constat pro diversâ ignis applicatōē mixta in discrepantes resolvi pticulas. videmus enim Guiacum idemq; de aliis dicendum igne aperto exustū in camino resolvi in cineres et fuliginē contra verò distillatum in retortâ alias longè pticulas oleum scilt. spiritū acidū aquā et carbones suppeditare, quæ oīa mirè quantum inter se discrepant. deinde verò si fuliginē collecta rursum distillemus promit illa salem volatilem alk. cujus nec granū quidem colligere licet ex guiaco integro sine prævia calcinatōē destillato

R. jam satis assiduo chymicorū labore innotuisse modū resolvendi magnā ptem mixtorū et quem singula ignis gradū postulent, distinctas ut largiantur pticulas Elementares quæq; inepta sint quæ ignis operâ resolvantur planè quippe ē nulla mixta leni ignis gradu vehementi alia alia vehementissimo destillanda. plurimū similiter ē unâ sed plerisq; destillatōib. opus ēē ad confusas primū ptes segregandas, perspicuus tandem modus modus quo in prima resolutōē junctæ ptes ulteriori ignis opera aliorūq; adjectione dissocientur. qd autem indebite aut vario modo tractata mixta in discrepantes ad sensum ptes resolvantur, id unū arguit ē qualibet indiscriminatim ignis actione analysin mixtorū perfici posse, sed uno alterove modo determinato. neq; tn discrepantes adeò censenda sūt ptes guiaci puta igne aperto exusti, atq; in cineres et fuliginē resoluti à ptib. ejusd. guiaci ex retorta distillati, quippe ex ipso cineres fixū salem suppeditant, fuligoq; peræq; ac guiacū ex retortâ distillatum in oleum spiritū salinū et aquā dispescitur. neq; obstat qd additur, nimirū resolutam fuliginē suppeditare salem volatile alk. qui totus videtur acidus in spiritu guiaci ē exusti sed distillati: quippe totū illud discrimen ē tam ex igne diversi generis moleculas producente qm ex modo secretionis ptium antea in guiaco latitantium: quippe guiacū duplex salis genus continet acidū aliud aliud alk. qui quidē pro varia ignis actione modo extricantur, modo occultantur et obvelantur reliquis elementis. Enim verò si igne aperto resolvatur qo guiacū; quoniā multò vehementius sucutiuntur ptes omnes componentes

fit ut tum acida tum alk. ptes facto concursu mirè atterantur: qa verò attrita salia acida facilè subeunt haerentq; sulfureis ptib. quae fuliginis specie avolant à guiaco difficulter etiam renovatâ fuliginis resolutione secerni possunt à sulfureis ptib. quae olei specie se produnt unde ex fuligine guiaci spiritus acidus comparari vix pt: contrà verò quonia alk. ptes vehementi motu attritae una cum oleosis abripiuntur quibuscu difficulter conjugiu ineunt {notum quippe salia volatilia sulfureorum ptium contexturâ dissolvere} fit ut institutâ fuliginis destillatione excutiantur illa à ptibus sulfureis et modo siccâ formâ, modo fluida sese offerant. qd autem ptes salinae vel antea in guiaco existentes abierint in spiritu ejusmodi alk. vel ex eo probari pt qd exustu guiacu parva oio salis fixi copia suppeditet, insignem verò idem ex retorta destillatum: qd arguit in calcinatione permultas ptes alk. quae in vasis clausis in sal fixu abeant abreptas rapido deflagrationis motu; atq; in fuligine cum aliis concurrisse. jam vero nihil miru si destillatu guiacum spiritum acidu suppeditet o vero alk. Cum enim motus qui per vasa clausa ab igne conciatur guiaco, multò mitior sit illo qui conciatur ab igne imediatè agente, nec proinde tanta exoriatur turba confusioq; in ptib. integrantibus guiaci, fit ut quae ptes magis expeditae sunt sensim à caeterarum consortio extricentur, proindeq; primo phlegma, postmodu verò ptes acidae ac demum oleum fixu eliciantur, manente in fundo vasis terra sulfurea crasso et sale volatili fixato refertâ.

Obiter tn advertendu spiritu acidu guaiaci haud ita simplicem ee ac vulgò creditur. neq; enim ex acidis solum spiculis phlegmate dissolutis constat sed et quoq; sale quodam salso. si enim spiritus guaiaci coralliis affundatur, abstractus liquor postqm nimiru acidae ptes coralliis infixae sint salsu refert saporem exquisitum sicut sal in phlegmate demersum nec cum acido nec cum alk. fermentationem inire potest, nec ullam syrupo violarum admixtu, mutationem coloris inducat ex quo intelligitur in spiritu illo acido guaiaci destillato delitescere praeter acidas ptes nullas etiam ptes alk. quae cum acidis junctae in salsum migrarint, atq; e converso existimandum in spiritu volatili alk. è guajaci fuligine extracto contineri acidas permultas ptes ut salsus potius aerius et ad alk. vergens spiritus dicendus ille sit qm merè alk. Ut verò ubi admiscatur ille salib. fixis alk. indeq; abstrahitur, majorem inde volatilitatem contrahit maximo argto dicendi gravidu dune ee spiritum aut alkalinas potius ejusd. ptes acidis spiculis quae cum inter rectificationem salib. fixis inhaeserint nativae suae volatilitati permittunt salia alk. quib. sese adjunxerat in prima guaiaci resolutione.

Sed an non inquiet aliquis, salsus ille spiritus diversus à spiritu volatili alkalino et acido atque adeo praeter quatuor aut quinque Elementa chymicorum et illud quoq; adjiciendum erit?

R. Licet spiritus ille salsus penes ônullas proprietates à spiritu acido et alk. discrepare videatur, qa tn retinet ille essentiales salis ex aqua proprietates; idcirco ô tam diversu elementu, qm statu diversu elementi salini arguere. neq; enim protinus diversa mixtoru elementa statuere licet ex eo qd eductæ ptes quoad affectiones ônullas inter se discrepent, alioquin futuru et innumera sint mixtoru pricipia. quippe varia conditio terræ aquæ salis ac sulfuris in oib. penè mixtis tum quoad volatilitatem et fixitate, pondus et levitatem colore sapore aliasq; penè innumeras affectiones. itaq; sufficit si quæ ptes eliciuntur è mixtis quoad essentiales conveniant proprietates, licet alioquin penes accidentia ônulla diversè se prodant, qd variè totum in varia combinatoem propriorū ejusd. generis aut in misceleam heterogeneoru referendu ē. Enim verò facilè intelligimus licet stamina sulfurea puta quæ essentiales sulfurum ptes censenda sunt variè invicē implicata in diversis mixtoru speciebus diversas exerere proprietates. planū similiter si staminib. iisd. vel unius mixti sulfureis admisceantur diversi generis salia aut terra varia proportione, variū inde forè sulfuris ejusd. statum, varias proprietates imutatis essentialib. ptib. staminieis. qd idem produci pt ad aquam terram et salem.

Porro dum salem velut elementum unū mixtoru consideramus id unū statuimus ô quidē unius ēē generis ptes salinas essentiales. quippe certa certum ē. acidas ptes salium ab alk. dissentire, salsasq; ex concursu acidi et alk. emergentia ab utroq; pricipio ônihil differre, sed diversa ēē saliū specie contendimus. qa tn singulæ species salium primigenia in eo conveniunt qd scilicet ex aequo aqua solvantur, ex rigidis constent pticulis, idcirco salia licet penes aliquas affectiones diversa velut unū elementu accipimus. qd si tn quis obstinatè contenderet acidas ptes salinas satis ab alkalinis discrepare, inde ut velut diversa mixtoru elementa constituantur non habuerit me valde repugnantem. si quis etiam salsum qd realiter inest in mixtis in aliud quoq; assumere elementu voluerit, licet illud ex primigenis acido et alk. emerserit, libens ne plus nimiu videar disceptator, assentiar: proindeq; nomine elementi salini triplex habendu erit genus pticularu salinaru, aliud acidaru, alkalinaru aliud, aliud salsarum. interim tn meminisse oportet inter varia illa elementa mixtorum primaria et legitima nulla ēē præter aquā et terrā, reliqua verò ônisi lata significatōe elementi nomen mereri quippe ut antea diximus et sal et sulfur ipsa mixta sint et composita et ex aqua et terra. neque tn licet sal atque sulfur primaria ô sint mixtoru ptes, idcirco protinus è numero chymicoru elementoru sunt expungenda, cum ex æquo concurrant ad ad mixtoru vulgarium compoem; atq; his etiam præcipuè mixtorum proprietates tribuendæ sint. et verò constat in sulfure aut sale variè constitutis

penè omnium mixtorū actionē pendere, ut nihil terra nihil aqua conferant præter stimulum admotū aut remora salino aut sulfureo pcipio vehementiùs ut illa vim exerant suā aut mitiùs hoc vel illo modo citiùs aut tardiùs &c... proindeq; nihil ē qd salem ac sulfur licet simplicia cpora ō sunt, qa tn verè insunt in mixtis è numero elementorū componentium excludamus, eandemq; ut ut ex simplicioribus composita pro elementis, latâ quidē significatione et veluti ptes componentes sumamus. Verum ut mentē nostrā in totum aperiamus distinguenda diversi generis mixta juxta ordinē elementorū componentium, et primaria quidem dicenda quæ ex simplicioribus materiæ partibus componuntur, cujusmodi sunt sal atq; sulfur, quæ ex aqua et terra simpliciter coaluerunt: secundaria verò quæ tam ex primariis elementis qm ex secundariis quæ ipsa primaria mixta sunt, hoc ē ex aqua et terra sale et sulfure composita sunt. Tertia verò quæ ex primariis et secundariis simul combinatis emergunt, cujusmodi sunt sales metallici qui ex mixtis secundariis et primariis ortum habent: ut sal saturni præcipitata mercurialia, lunaria &c.... quæ ex metallo mixto secundario et sale quodam acido invicem combinatis efformantur, quo sensu vel mixta ipsa hoc ē metalla elementares salis metallici partes statui possunt.

Sed an non, inquiet tandē aliquis, licet reverâ elementa chymicorū è singulis penè mixtis educantur, verum ē illa priùs in mixtis ead. forma qua educuntur ō extitisse sed aliqm illa ignis vi mutationem experta?

R. equidem singulas mixti ptes dum ignis opera resolvuntur ō nullā pati mutationem, ita tn ut inde naturam ō mutent. Enim verò vix excuti possunt varia mixtorū elementa, quin simul alia aliis permisceantur, quin etiam crassiores ac fixæ ptes quadantenus extenuentur et ad quandā volatilitatē perducantur, proindeq; ō nullas induant pprietates quib. ante resolutionem ō gaudebant nihilominùs tn quoniā prædictæ ptes constanter retinent essentiales suas pprietates terra quidem friabilitatē, aqua flexilitatē sal acutiem atq; rigiditatem sulfur lentorē aliasve primarias pprietates, nihil ē qd exinde ptes ejusmodi ut ut quadantenus immutatas penes accidentia quædam tanqm producta nova ō vera mixtorū elementa reputemus: idem namq; in resolutione mixti dicendū qd in arte factorū resolutione, puta domûs quæ vi pulveris pyrii à fundamentis disturbatur, quemadmodū enim diximus convulsam ita ac resolutam domum verè coaluisse ex lapidib. calce lignis &c... licet lapides et ligna in minima fragmenta cœmentum verò in pulvisculum redigantur idq; catenus quia fragmenta lignorū et lapidum utcumq; figura qm priùs obtinebant mutârint naturam tn lapidis et ligni ō posuerunt. Similiter dicendū de elementis chymicis, tametsi illa secreta pptèr aliqm ptium disgregationem aut unionē longè alium adipiscuntur statum qui tn singulorū naturam ō mutat. Verum res tota consideratione mutationum quæ singulis elementis accidunt in resolutione clariùs elucescet.

AC I.° quidem ō videtur phlegma notabilem mutaōem passum in destillaōe plantarū et aialium insipidum, quippe planè comparatur è plantis et aialib. lento igne resolutis, nullum ut intercedere videatur discrimen phlegma inter et aquā vulgarē qd si phlegma istiusmodi ōnullas recondat salinas ptes aut sulfureas, ut plerumq; accidit, ex eo tn argui ō pt ulla, ō essēalis modo sed nec accidentaria phlegmatis ptium mutaō. id unū solum colligi potest ubi occultus quidam sapor in phlegmate se prodit acutè explorantib. nimirū phlegma sincerū ac purum ē è mixtis eductum non fuisse, sed ōnullas ad elementares alias ptes secum abripuisse, qd quidem ō magis phlegmatis naām pervertit, qm confusio facta cporum diversi generis, auri putà cupri, argenti, &c.... quae utcumque strictè combinentur distincta tn singula, illibatamque naām tuentur.

2.° ~~...~~ Vix notabilē illata crediderit quispiā mutaōem spirituosis fluidis, praesertim illis qui primo ignis gradu proliciuntur ex vegetabilib. aialib. et ōnullis etiam mineralibus. quippe primus ignis gradus adhibitus adeo lenis ē ut nihil penè superest intestinū motum fermentaōis mixtorū ōnullorū quo spirituosae pleraq; ptes excutiuntur, adeo ut unū dici poit, ab igne solum expeditas magis ptes et motui suscipiendo magis comparatas illaesa contextura è sinu mixtorū expulsas. quomodo videmus aquae ptes quib. spongia aliave cpora corpora madefiunt accedente igne levi facilè evaporari excutiq; quin tn inde quoad nativā conformaōem mutentur.

3.° loco circa salinas ptes mixtorū fateBor equidem in ōnullis mutaōem quandā ab igne salib. inductam, sed quae tn generaōem nova salinarū ptium arguere neutiqm poit fatebor, ingm in ~~destillaōe~~ destillaōe salia alk. volatilia plerumq; degenerare in salsa pper adjunctas acidas ptes inter destillaōem quippe vix intenso ignis motu excuti poit ptes mixtorū, quin simul concurrant in ipso egressu adeoq; et disparata salia cujusmodi sunt acidum et alk. in occursu luctentur, tandemque uniantur in salsum, qui quidem status paulò diversus ab eo quem praedicta salia in mixto obtinebant. quippe quae discretis in locis nidulabantur. neque tn inde dixerit quis jure penitus eversam salium nativorū naām aut si obstinatè illud affirmabit fateri cogetur vaginā prius vacuam accedente gladio foām mutare gladiumve prius destrictum vagina immissū gladii foām potuisse, qd absurdū ē, proindeq; licet inter destillandū et pper turbam quā confestim diversa salia excutiuntur è mixto concurrant illa, ō erit cur statuamus continuò salia è plerisq; mixtis educta re verâ in iis ō praeextitisse sed recens ab igne producta ad statum quidem novū novamq; unionē ab igne perducta libenter fatebimur, simpliciter in producta negabimus. Et verò videmus haud operoso labore salsa ejusmodi volatilia aut fixa in suas ptes nativas alk. putà et acidum resolvi, volatilia quidem ead.

ortae quā sal armoniacū in compentia salia dispescitur, fixa verò ead. ipsa quâ sal comune nitrū aliave salsa in spiritū acidum et alk. fixum resolvuntur eò itaque reducetur mutaō saliū quæ ab igne infertur, nimirū ut quandoque ō sincera primaria salia acidum nempè et alk. sed confusa in salsum Eliciantur è mixtis qd sal alk. modò volatilitatem modò fixitatē acquirit prout varia experietur ignis operaōem, ut patet in calcinatis igne aperto et destillatis modo vulgari: ac porrò ut salsa et acida nativa cominuantur indeq; minorē exerant actionē, quorū exemplum suppeditant nobis fructus acidi nempè limonia et granata mala quæ acorem intensū destillata deponunt, arum quoq; cujus salsum corrodens destillaōe mitescit. quib. et illud quoq; adjici pt nempè ab igne salia præsertim fixa majorē acrimonia contrahere qm qm mutaō isthæc parvi momenti ē. neq; enim salia fixa tam contrahunt acrimoniam de novo ignis vi qm exerunt, ob ab oblatas sulfureas terreasve ptes quib. aspera salium fixorū superficies obducebatur, adeoq; ttm abest ut dici queat salia fixa mutaōem ab igne suscipere, ut potius æstimandum ab igne nativā salium contexturā quæ summe acris ē penitus evolvi.

4. Licet olea quæ ab initio destillaōis manant è mixtis parum aut nihil immutata videantur, certum tn illa quæ ulteriori igne exprimuntur notabilem acrimoniā præferre qm in mixtis ō obtinuerant, ut magnū semper intersit discrimen olea inter expressa torculari sine ulla ignis opera, et ea quæ destillaōe parantur. nihilominus tn tanta non est mutaō in oleis facta ab igne quæ cogat nos illa tanqm nova ignis producta suscipere. licet enim paulò acriora futura sunt à destillaōe olea, à naā tn penitus mutata ō statuemus, quippe tota illa mutaō referri pt in variam mixtionē vel detractionē ptium ōnullarū quæ si adsint aut abfuerint acrimoniā majorē oleis afferre pnt. Et verò si inter destillaōem confundantur oleo salinæ ptes multò plures qm nativa olei dispōo in mixtis postulat futurū ut illa majorē acrimoniam adipiscantur. similiter si ptes aqueæ aliis admixtæ vi ignis auferantur sic ut salia ante in minimas ptes divisa concrescant majoremq; molem acquirant; fiet ut et ob id quoq; majorē acrimoniā comparent olea, gravemq; proinde saporē odoremve referant. interdum etiam licet nihil de novo accedat oleo aut detrahatur acrimoniā insolitam contrahere poterit. si enim expressa olea ovorū aut amygdalarum aliqmdiù bulliant in vasis clausis blandam illam dulcedinē brevi depo deponunt acutumq; postmodum acrimoniæ sensum induunt diutinā quippe ptium agitaōem qm ignis præstat experiri ō pnt quin sensim et sine sensu salia quæ gerunt in sinu suo à compedibus staminū sulfureorum expediantur, nativamq; exerant illa acrimoniā. verum ut eodem semper revertamur alterata in hunc modū olea nativā sulfuris indolem

constanter retinent, et si quandam mutationem patiuntur, illa tota concludenda est affectionibus accidentariis quae naturam alcoris absolute non invertunt.

De capite mortuo non est quod fusius dicamus quippe illud ob fixam naturam parum mutari aptum est, quamquam varios ignis gradus adhibitos in resolutione mixtorum et prout magis vel minus expeditur à consortio reliquorum Elementorum, varias induere videtur affectiones. Siquidem inde essentiales terrae proprietates nusquam invertuntur.

INSTITVTIONVM MEDICARVM PARS II

DE Hominis Œconomiâ

PRÆFATIO

Propositum mihi fuit in ipso hujusce operis limine sic hominis oeconomiam pertractare, ut premissa ptium ex quib. compingitur descriptione nihil qd ad illorũ usum spectare poit praetermitterem. Verũ et coegerunt tẽmporũ angustiae et negotiorũ implicata series primae huic pti supersedere, vosq; ad Anatomicorũ libros amandare, unde cuilibet ptium hũani cporis descriptionẽ repetere licet: contentus hic loci vobis exponere singulares raões quib. mirabilis illa cporis hũani machina gubernatur. atq; ut totũ ordine procedat faciléq; oĩa percipi poĩnt sic singula ex suis pcipiis deducere animus ẽ: nihil ut dicturũ me sperem qd una vel series ex praemissis apte deduci ñ poit; consiliũ paucis ut aperiã, hũanũ corpus spectavi tanqm machinã singulari artificio constructam, cujus motus varii affectionesq; ad pcipiũ qddam universale vel potius ad principia quaedam

machinā referenda sint illumq; imitari conatus sum, qui portatilis horologii motum quo tempus metiri aptum comparatū ē à principe machinâ, hoc ē. à tympano chordâ et elatere exordiū facere: unde videtis me syntetice processurū et à remotiorib. ad proxima venturum esse. neq; tn analiticā methodū respuā praesertim ubi obscura quaedā causa indaganda erit missis ĝo in antecessum definitiōib. quibusd. et postulatis, singulas oeconomiae hoṙ ptes prosequemur. Et quoniā inde habere constat ptes solidas quod suas functiones exerceant juxta ppriā cujusq; conditionē; qa videlicet singulae admittunt sanguinē aliaq; inde derivata fluida à sguine ut principe corporis machina exordiū faciemus, exploratâq; illius naā, varios illius motus ususq; varios sigillatim exponemus, praesertim illos qui toti corpori communes sunt atq; adeo eod. loco de humorib. reliquis in corpore contentis, de eorumd. secretione, ac demum de ptium solidarū nutritione tractabimus. 2°. loco agemus de functionib. aīalib. hoc ē, de motib. muscularib. et sensu. 3. loco instituetur tractatio de sanguinis reparatione ubi de alimentorū assumptione chylificaōe et sanguificaōe. 4°. demum quoniam ita ē reparari non pnt ptes solidae fluidaeq; corporis, quin tandem labantur pereatq; tandem solvaturq; compages singulorum de speciei propagaōe, hoc ē, de generaōe tractatum instituemus

PRÆCOGNITA
in
Hominis
Œconomiam
SUPPOSITIONES

uppono 1. Cuilibet ex nuperis anatomicis administraõib. nota ẽe, crasso saltem minervâ partium cporis huãni contexturã, situm connectionẽ mutuumque respectum.

Supponuntur 1º. Anatomica cognitio.

Suppono 2º. tanqm certissimũ, hõem aiâ raõali et corpore constare et operaões quasdã in cpus simpliciter, alias verò simpliciter in aiam referendas esse.

2º. cpus et aa, et operaões aliæ a cpore aliæ ab anima.

Suppono 3º. cpus huanũ ex ptib. solidis fluidisq; unâ concurrentib. excitari, cporeasq; sũs operaões ex mechanicæ legib. deduci posse.

3º. fluidæ et solidæ ptes agere mecanicè.

Suppono 4º. ex physicis nullum ex se moveri et quidquid in motu positum ẽ, ab alio moveri.

4º. quod movetur ab alio moveri.

Suppono 5º. dari quandã mãam in universo quæ in perpetuo motu sit quæ ob exilitatem et tenuitatẽ suã cuncta permeare, intimisque motitationib. ciere apta nata sit in quam referre liceat motus, quorũ causa

5º. mãa subtilis.

sensuu ministerio ô pt attingi: Illam autem maam seu æthéream seu subtilem, Spiritum mundi, aut alio quocumque nomine appellaveris proinde mihi est.

Definitiones

pars quid Geometris.

Prima pars apud Geometras ē minor quantitas majori comparata.

pars quid medicis.

2.ª pars insensu medico et respective ad corpus humanum est corporea quæcumq; moles quæ cum aliis ad totius cporis constitutioem concurrit.

pars essentialis quid.

3.ª pars essentialis cpori viventi ē illa quæ notabiliter læsa aut etiā detractâ totum cpus perit, cujus generis sunt sanguis, spiritus, cerebrū, cor pulmones stomachus, hepar &c.... quæ etiam ptes principes dici consueverunt.

respuitur antiquorum definitio

spus et sguis st ptes ex quidem essialis.

vivunt et ægrotant.

Hinc colliges malè definiri ptem ab Antiquis, cpus toti cohærens coiq; vita conjunctum, ad illius functione usumq; comparatum. Enim verò quæ pars cporis magis essentialis ēe poit nessariaq; qm sanguis et spiritus sine quibus reliquis licet constantib. corruit statim hoc, qm qm nec sanguis nec spiritus solidis cohærens ptib. Verum Erroris occao ab Antiquis fuit male positum illud fundamentū videlicet solidas partes solas pprié vivere solasq; ēe sanitatis et morbi capaces, qd falsum ē; siquidem vita cporis non simpliciter in motu interno et nutrione ptium solidarū: sed potius in motū intestino et nutritivo spirituum, sanguinis aliorumq; humorum, quorū rōe cpus suos suos motus edit, nutritur aliasq; functiones vitales exercet: vel potius cporis

vita quid.

vita nihil aliud ē, qm mirus consensus mutuaq; conspirao fluidarū solidarū mque ptium quâ corpus certos exercere motus optum ē; vel demum vita

vita à fluidis.

cporis ē actus seu motus emergens ex consensu solidarum cum fluidis ptib. Deinde licet fortè ô vivant humores Antiquorū sensu, saltem præcipua erunt eaa cur solida vivent, adeoq; ô videntur expungendi è numero ptium cporis. Quod spectat verò ad sanitatē et morbum quis ô videt errasse turpiter Antiquos qui sanitatē morbumque in humores cadere ô posse statuerunt. quid? si sguis quoad temperiē suā, fluxilitatē, motum &c... pervertatur, morbosus? si bene se habeat quoad illa oia sanus ô dicetur? qd tam solida qm fluida cpora quæ compage illam humani cporis constituunt, verè ppriéq; partes erunt.

4.ª Pars integrans illa ē quæ quidē ad totius corporis integritatem decusq; facit, quæ tn ad vitā et corporis conservaōem absolutè necessaria n̄ ē. Cujusmodi autem sunt artus, dentes, aures externæ, pl pili &c... quæ etiam ptes ignobiles audiunt apud Medicos. — pars integrans quid.

~~5.ª Pars organica illa ē quæ raōe insensibilis sua texturæ præprimis verò motu, fluiditate aliisq; insensibilibus suæ texturæ qualitatib. operaōes suas exercent, cujusmodi sunt humores oēs et spiritus qui in corpore humano continentur quæ licet ptcularū suarū ptcularē texturā requirant, ō sensu ac organicæ propriè dictæ nihilominus tn, quoniā atoma illa humorum formā sensus fugit velut inorganicæ ptes censentur.~~

5. Pars organica illa ē quæ raōe sensibilis cujusd. structuræ et conformaōis determinatis edendis actionib. comparata ē ejus generis in corpore sunt cor, arteriæ, cerebrū, pulmones &c... — pars organica quid?

6. Pars Inorganica verò sunt quæ raōe insensilis suæ texturæ præprimis vero motu, fluiditate aliisq; insensibilib. qualitatib. operaōes suas exercent, cujusmodi sunt humores oēs & spiritus qui in corpore humano continentur quæ licet peculiarē ptcularū suarū texturā requirant non secus ac organicæ propriè dictæ, nihilominus tn, quoniā atoma illa humorū forma sensus fugit, velut inorganicæ ptes censentur. — inorganica

7.ª Partes similares sūt quæ in similes ad sensum naā partes distribui pnt, ejus generis sūt medulla cerebri, ossa cartilagnes &c.. — similaris

8.ª Partes dissimilares sūt illæ quæ in dissimiles dissimilis naā et diversæ speciei ptes dividuntur quales sūt brachia crura quæ in musculos tendines nervos arterias et venas dividi pnt. posteriores tn duæ definiōes parvi momenti sunt et consuetudini potius ut pareamus quam raōi — dissimilaris.

præposita. Idemq; dicendum de vulgata illa Antiquorū divisione partium solidarum in spermaticas et sanguineas. Illa namq; orta ē ex veteri præjudicio ptes aliquas seminis crassamento in prima foetus generaōe produci alias verò ex sanguine qd tn nuperæ observaōes veritati minùs congruū evicêre. — inutilis divisio ptium in similares et dissimilares in spermaticas et sanguineas.

oēs namq; ptes ex unâ ead. continuitq; naā genitæ simul ab affuso sanguine nutrimentum accipiunt. errandi tn occaōem præbuit rudis facta ptium observaō. Alia equidem primo intuitu colorē album præ se ferunt, ut cartilagines nervi ossa tendines: alia rubicundum. Cum enim adverterent Antiqui ōnullas corporis ptes, colorē album, spermati similē præferre. quasdā verò rubicundum, et qualem sanguis obtinet: argumentum indè sumpsêre illas spermaticas, has verò sanguineas et carnosas appellandi; ac spermatique illarū, sanguini verò harum originē attestandi. verum si rem paulò exactius examinemus, inanē fatebimur decantata illā ptium divisaōem — unde error qui ptes admisit spermaticas et carnosas.

neq; enim vel una inter oẽs reperire licebit quæ Spermatica noẽn Antiquorũ sensu ō mereatur: siquidẽ ex se oẽs candidæq; albaque sint prorsus, ne musculosis quidem exceptis carnib. atq; ut ipsi loquebantur parenchymatosis quales dicebantur, hepar, lien, renes &c.... patebit illud manifestè si per syringe immittatur in dictas ptes carnosas ruberrimas sufficiens aquæ qntitas, eluaturq; sguis oĩs, namq; illa oẽs posito colore fluido albescunt penitus. quare si musculosas carnes præ tendinib. rubere conspiciemus illud unum colligemus musculos, ut structura obtinent multò laxiorem contextu tendinũ aliarumq; ptium vulgò dictarũ spermaticarũ intrá poros suos multò majorẽ sguinis copiam admittere asservareq; cujus ratio colore rubellum tanqm fucum acquirant, licet alioquin candidæ sint ō secus ac reliquæ dictæ spermaticæ

oẽs ptes albescunt ablato sanguine.

9ª. Solida duraq; cpora sunt illa quorũ ptes ita invicẽ cohærent immotæ ut ō nisi ægre à se invicẽ separentur ejus generis sunt in nostro cpore, dentes, ossa, cartilagines, tendines &c....

Solidum cpus quid?

10. Fluida seu qd idem ē, humida et liquida cpora sunt illa quorũ pticulæ vel parum aut nihil invicẽ cohærent, sed in omnes locis differentias moventur hujusmodi sunt aqua, oleum &c... quæ et generali nominis acceptione humores nuncupantur.

fluidum quid?

11. Mollia cporà ad liquida referuntur, mediumq; tenent inter solida fluidaq; nempè componentes illorũ moleculæ tam firmâ cohæsione non connectuntur atq; durorũ cporũ ptes, neq; tam celeri motu cientur ac fluida ejus generis ē cera, pix &c..... quæ licet quodammodo tactui cedant ō secus ac fluida cpora, aliquatenus tã prementi digito resistunt.

molle quid?

Humor respectivè ad corpus huanũ ē fluidũ qdcumq; sensibile cpori insitũ aut ex elementis vel ptium ipsarũ corruptione productum, ejus generis sunt sguis, chylus, bilis, lympha, pus &c.... Triplicem autem humorũ differeãm statuemus juxtà varia diversorũ conditionẽ. Et alios quidẽ nutritios, alios recrementitios, alios demũ excrementitios dicemus.

humor cporis hui quid?

Humores nutritii sunt illi qui ptium nutritioni principaliter destinantur. in hunc censũ referuntur chylus qui reparationi sanguinis & sguis qui ptium solidarũ nutritioni prospiciunt.

humor nutritius

Humores recrementitii sunt illi qui ad varios usus cpori præstandos vel ad speciei propagaõem è massâ sguinea per propria colatoria secernuntur, hujusmodi sunt humor aqueus et vitreus oculorũ lympha, bilis, succus pancreaticus, saliva fermentum ventriculi lac et semen, qui duo posteriores generandaque, educandæq; proli destinantur.

Recrementitius vel Recrementum.

Humores excrementitii dicuntur illi qui è corpore nostro tanquam noxii aut inutiles excernuntur, ut sunt urina, sudor, cerumen aurium &c. unde — *excrementitius humor.*

Excrementum ē quidquid inutile noxiumq; sub quâcumq; forma in nostro corpore genitum excretioni naaliter destinatur. — *excrementum.*

Spirituum nomine intelligunt Medici fluidū insensile tenuissimum, mobilissimumq; in sanguine mediā fermentaōe productum: duplex autem statuitur hisce temporib. aīales videlicet et vitales. — *spiritus.* *2m*

Animales sunt illi qui per corticalem cerebri substantiam trajecti in subjectas ptes ad sensū motumq; praestandum per nervos influunt. — *animalis a*

Vitales dicuntur volatiliores tenuioresq; sanguinis pticulae quae cum reliquis crassiorib. mixtae toti corpori ad varias functiones per arterias distribuuntur. — *vitalis.*

Dubitant tn aliqui num re verâ spiritus animales à vitalib. distinguendi sint? quippe multi contendunt aīales nihil aliud ēē qm vitales ipsos in sanguine genitos per glandulas cerebri corticales, sine ullā factā mutaōe secretos. Verum licet probabile sit, ut in decursu ēēs dicturi sumus spiritus aīales in sanguine contineri, atq; adeo spiritus ipsos vitales constituant. nihilominus tn quoniā praeter pticulas spirituosas quae in spiritus aīales facessunt multae sunt aliae in sanguine diversae conditionis volatiles mobilesq; ptes quae suo motu et penetrantia functionibus obeundis necessariae sunt: idcirco jure distinguendi videntur animales à vitalib. ita tn ut vitales ex aīalibus aliisq; simul confusis pticulis emergant: de caetero si quis admissis spiritib. aīalib. spiritus vitales tanqm ineptum doctrinae condimentum rejiceret, statueretq; spiritus vitales à sanguine ipso cujus sunt ptes distinguendos ñ ēē, atq; adeo totum id qd vulgo tribuitur spiritib. vitalib. apte in sanguinē qualis ēē debet secundū naam refundi posse, ñ haberet me repugnantem. quorsū enim menti in re facili tenebras offundamus, et si per sanguinē qpā crassioribus qpā tenuioribus simul junctis eodemq; conspirantib. pticulis constantem eīus phoenomena singula quae ad nutritionē calorē et motū ptium spectare pnt, explicare licebit, quorsum ad distincta recurramus pcipia? quorsum vitales spiritus inducamus qui per se seorsimq; à sanguine nihil in corpore praestare possint? — *spus aāles à vitalibus distinguendi.* — *vitales ñ distinguuntur à sanguine.*

Hinc Colliges inepta ēē vulgarē Antiquiorū divisionem in spiritus insitos et influentes. nempe credebant illi spiritus alios in — *irrita spūum divisio in insitos et influentes.*

spiritus insiti quid apud antiquos.

prima generaōe à sguine et semine ptibus singulis velut infigi ad perficiendas actiones, atq; ex his manare spiritus influentes, ptium munia illos obire; cum autem continuo jacturam suarū ptium pati arbitrarentur, influentes idirco admittebant, qui insitis resarciendis impenderentur: Verum præterqm qd ægrè intelligi pot spiritus ejus indolis qui defixi hæreant partib. accedit quod nullo gravi stabiliantur fundamento ac vulgò insitis tributa munia in influentes à cerebro et corde refundi point. age enim et nutritionē si libet spiritib. ptes incolentibus refer; refer et motum et sensum? per me licet. quæso tn te num benè hæc oīa per spiritus jugiter influentes explicari queant? et quo nomine insiti spiritus hisce omnibus functionib. aptiores sint influentib. ex quib. videlicet fiant aut saltem quodammodo separentur, hæc certè sūt quæ nisi quis plus nimiū præjudiciis tribuat, fateri necesse ē. qd quandoquidem variæ sint raões quæ spirituum

insiti quid? nulli sunt

influentium existeam, usumq; probare videntur, unos hosce rejectis insitis admittemus.

irrita influensium divisio in naalos, vitalos et aāles.

Colliges 2°. variā similiter ēē divisionē spirituū influentium in naales, vitales et aiales. neq; enim datur naalis spiritus qui in hepate generitus per venas distribuatur toti cpori ad nutritionē, incrementum et generaōem. namq; licet fortè generaretur spiritus in jecore, ex legibus tn circulaōis sguinis traduci ō poat per venas in totum corpus, quæ videlicet ex ambitu cporis ad centrum, hoc ē, ad cor referendis destinatur. Deinde verò quonam fundaēto statuemus hepati inēē vim illam generandi spiritus, quæ pers solida ē, meriq; cribri functiones in nostro cpore exercet: demum si ad admittentur spiritus vitales; quorsū illis totū nutritionis opus ō comittemus?

Neque dicat Aliquis cum Antiquis vitales spiritus functionibus vitalib., hoc ē calori nativo, vitæq; adeo conservandæ destinari. quippe licet fortè spiritus vitales eam ob caām introducantur, ut calor in ptibus vitaque conservetur quid obest qrominus et iidem nutritioni ptium prospiciant. quid ē qd actioni ptium ō inserviant? rejiciendi itaq; naales illi spiritus Antiquorum.

Quod spectat ad vitales qmqm ut suprà innuimus admitti possint ad varios usus, ē tn aliquid in doctrina Veterum qd reprehensione dignū sit. neq; enim verū ē qd ipsis placuit generari spiritus vitales in corde ex naalibus et aëre, nulla namq; in corde vis inest per qm vitales spiritus generare queat

cor nullos gnat spiritus.

sed mera ē cor, machina hydraulica, huic soli usui destinata, ut sanguinem trudat in singulas cporis ptes, qd autem dicebant Veteres spiritus vitales functionib. vitalib. prospicere cordisq; et respiraōis motus præstare, ex parte sol

saltem falsum ē; motus siquidem respiraōis à spiritib. aīalib. dependet, respirao ē a spibus vitalibus
cordis veró ex longè aliis pŕcipiis. fatebor tn spiritus vitales, vel si mavis ex
sanguinea totum sensu superius adducto conferre multum ad vitam, ō tn calore
simplici, quae sententia fuit Antiquorum. sed longè alia raoe, neqi enim vita
in simplici calore posita ē. qd abundè liquet ex multis aīantibus quae actu sūt sanguis qui ad vitam necius.
frigida sed potius in jugi motu et convenienti subsistaē modo fluidorū quibus
solida ptes aīalium, nutriri augeri, moveri;, aliasqi per se et sine externi sensibi-
lis agentis impulsu operaōes exercere aptae natae sunt.

Facultas in genere ē ea rei cujuslibet dispoō secundū qm agere facultas quid.
vel pati aliquid comparata ē. hoc sensu dicitur aīa facultatem habere intelli-
gendi; spiritus movendi facultatē; musculi facultatē contractionis, oculi et
linguae facultates videndi et gustandi &c. jam verò quoniā hoō ex duplici 3en
constat pte spiritali alterâ, alterâ cporeâ, duplex emerget divisio facultatū alia aēa, alia cporis.
in spiritales et cporeas, et spiritales quidē animae, cporeae verò cpori. Deinde alia mixta.
quoniā multi sunt effectus in nostro cpore qui cporis simul et aīae concursu
requirunt, idcircò mixtas in hoc admittemus facultates, quarū omnium
descriptio ordine tractanda ē.

Itaqi spiritalis facultas illa ē cujus raoē, etiam non facultas spiritalis
concurrente cpore, anima concipit intelligitqi varia; et dum dubitat, de Deo
et primis principiis cogitat.

Facultates cporeae sunt illae secundū quas cporis ptes etiam facultas cporea
ō concurrente aīa varia aut agunt aut patiuntur; ejus generis sunt fa
facultas concoctrix alimentorū et chylum in sanguinē convertens, facultas
nutrix, auctrix, et generatrix.

Facultates mixtae illae sunt quarū raoē cpore simul et facultas mixta.
aīâ concurrentib. ptes certas exercent actiones aut passiones hnt determinatas
in hunc censum referuntur facultas, sensitiva, loco-motiva, memoratrix,
imaginatrix &c... quae oēs ab aīa sic dependent ut etiam dispoōem certam
et determnatam in organis et spiritib. requirant. Et haec ē generalis facultatū
divisio quae magis ad physicos spectare videtur qm ad Medicos. quare ut ad
magis sensibilia descendamus, quandoquidem primū hoēm vivere observamus
atque hinc sequi vegetaoēm cporis aīalis, qd oēs functiones exercet, idcircò
vitalem statuemus facultatē quae tanqm in ptes dividetur in vegetativā et vitalis facultas 2en
aīalem. verū quoniā ō secundum corpus solum vivere statuitur homo, sed vegetativa ... et aālis.
etiam secundum aīam ut oīs tollatur aequivocatio.

Definiemus facultatē aīae vitalem illam secundum quam facultas aē vitalis quid?
intelligit vult et ratiocinatur quae sunt vitales aīae actiones.

facultas corporea vitalis.

Facultas verò vitalis corporea in sensu medico erit illa cujus ratione humores in totum corpus ad nutritionem sensum motumq; præstandum distribuuntur; illam autem in corde vasisq; annexis vel potius in fluido cordis motivo sanguineq; benè constituto aut forte melius in hisce omnibus sitam esse statuemus. exercitium autem facultatis vitalis in pulsu cordis hoc est contractione et dilatatione illius et arteriarum atq; adeo in transmissione humorum in singulas partes juxta cum Antiquis collocabimus et licet respirationem conferre multum ad prædictæ facultatis vitalis exercitium fateamur; facultatem tamen illam ad vitalem non referemus quæ tota ab animali loco motiva proficiscitur

facultas vegetativa.
3^{ex}
nutrix. auctrix. generatrix.

Facultas vegetativa quæ et naturalis Antiquorum sensu dici potest est illa scilicet per quam corpus nutritur augetur et simile secundum speciem generatur ejus exercitium in debita succi nutritii præparatione, distributione seminis emissione recitaq; foetus edendi et conformatione positum est. ex quo patet vegetativam facultatem aptè satis dividi posse tanquam in partes in nutritivam auctricem et generatricem.

nutrix facultas quid.
3^{ex}
concoctrix, depuratrix, distributrix.

irrita est attractrix

Facultas Nutrix illa est scilicet per quam corpus alimentum debitè præparatum suscipit: illaq; rursum dividitur tanquam in partes in concoctricem depuratricem et distributricem. neq; enim cum Antiquis statuenda attractrix quædam facultas alimentorum quæ planè imaginaria est licet enim ingerantur alimenta in sthomacum, chylusq; ex alimentis ducatur in subclaviam sanguisq; in partes omnes: nihilominus tamen totum id non in fictitiam facultatem referendum, sed potius in motum localem simplicem, pressionemq; communicatam alimentis distribuendis modo per fibras musculosas contrahentes variarum partium quæ intercepta corpora trudunt, modo per fluidum externum quoddam, ex cujus fluxu refluxuque hæc alimenta sufficientem motum acquirunt, ut possint insinuare se intra poros partium nutriendarum. patet illud in alimentorum

neque alimenta in ventriculum

deglutitione quæ non per facultatem ventriculi attractricem fit, sed per successivam oesophagi contractionem ob quam sic comprimuntur alimenta in transitu ut semel ad fauces delata, necessitate mechanica et vera circumstantium partium pulsione protrudi in stomachum omnino necessum sit. patet et illud in transmissione

neque chylus in partes per attractionem.

chyli quæ fit in venas lacteas; illa namq; non in facultatem attractricem prædictorum vasorum, sed potius in motum fermentativum quem patiuntur alimenta in intestinis referenda esse. patet et illud demum in distributione succorum nutritiorum qui non à partibus quidem velut unicis trahuntur, imò continuo in partes ipsas à corde propelluntur. neq; majori fundamento inducta est facultas retentrix quæ tota in simplici recipientium partium contextura, tonoq; vegeto posita est, quæq; idcirco

irrita facultas retentrix.

hisce temporibus nullius momenti est, namq; sciunt omnes, assumpta alimenta,

digeri distribuique ut, p[ro]out, certis receptaculis continenda eo, atq: adeo proposita subdivisione facultatis nutritivæ contenti erimus.

Ergo facultas concoctrix alimentoru[m] illa ē s[ecun]d[u]m q[ua]m alimenta debito modo præparantur aptaq: fiunt quæ in p[ar]tium substa[nti]am facessant, illa verò tota in jugi motu et p[ro]portione c[or]poru[m] quæ alimentis comiscentur posita ē. neq: enim illa in p[ar]tib. residet solidis quæ ad modum recipientis tm se hnt, sed potius in fluidis quæ cum alimentis comiscentur. unde colligemus ō stomachu[m] q[ui]dem concoquere assumpta alimenta nec solidas p[ar]tes admissas varias succos, sed fluida potius c[or]pora per stomacum transcolata aut ab ambientib. s[an]g[ui]ni co[m]icata, totu[m] hoc negotiu[m] præstare statuemus. id quod ex dicendis clarius elucescet. — concoctrix quid.

Depuratrix facultas illa ē, s[ecun]d[u]m q[ua]m recrementa, excrementaq: ex succis alibilib. separantur, illaq: residet potissimu[m] in convenienti motu liquidi lationisq; prædictoru[m] succoru[m] alibilium: tum etiam in debitâ p[ro]portione colatoriorū, et velut cribloru[m] per quæ secretio[n]es istiusmodi p[ar]ticularu[m] ē succis alibilib. mixtaru[m] fieri convenit: aut demu[m] in comodâ musculosarum p[ar]tium excretioni destinatarum dispo[siti]o[n]e. cæteru[m] siquis ad depurativam facultatem referre voluerit Antiquoru[m] expultricem, ō refragabor. — depuratrix quid.

Facultas distributiva quæ fermè cum vitali coincidit, illa est secundum q[ua]m alimenta seu q[uo]d idem ē succi nutritii toti corpori distribuuntur, illaq: primu[m] in fermenta[ti]o[n]e alimentoru[m] in primis viis, in contractione intestinoru[m] assiduaq: pressione q[ua]m intestina patiuntur à diaphragmate et musculis abdominis alternatim sese contrahentib. quoru[m] o[mn]ium ra[ti]o[n]e chylus in massa s[an]g[ui]nea deducitur; deinde verò in motu cordis quo humores omnes singulis p[ar]tib. advehuntur. — distributrix quid.

Facultas auctrix illa ē cujus ra[ti]o[n]e ex assumpto convenienti alimento p[ar]tes augescunt in o[mn]em loci differe[nti]am: illa verò posita ē in mollitie ductilitateq: p[ar]tium cujus ra[ti]o[n]e fit, ut præter labentib. fluidis magis obsequantur retineantq; ad certos t[ame]n incrementi terminos, plures ac plures successivè eorumd. p[ar]ticulas à quib. in majorē molem augeri nesciu[n]t est. — auctrix quid.

Facultas Generatrix ē illa, secundum q[ua]m hoc simile secundum speciē generat: hæc autem primùm in debitâ s[an]g[ui]nis constitu[ti]o[n]e deinde in convenienti colatorioru[m] seminis dispo[siti]o[n]e; ac demu[m] in opportunâ ejusd. seminis in receptacula commoda, missione posita est. — generatrix quid.

Facultas animalis illa ē s[ecun]d[u]m q[ua]m hoc principes animi functiones exercet sentit et loco movetur. Illa verò in recta cerebri p[ar]tiumq: nervosaru[m] conforma[ti]o[n]e, debito spirituu[m] motu fluiditate, quantitate aliisq: substa[nti]æ modis ex p[ar]te c[or]poris posita ē; præsentiamq; ac unionem animæ cum organis requirit. solet autem facultas a[nim]alis tanq[ua]m in p[ar]tes dividi in facul — animalis quid. dr in p[ro]pes. et minus p[ro]pes.

principes tres

facultates principes et minus principes. Principes sunt Imaginatio, ratiocinatio et memoria. minus principes verò sensus et facultas loco motiva. atq; hæc divisio licet accurata non sit, quoniã tn Medicis commoda est, retinenda videtur, præferendaq; exquisitiori.

Imaginatio

Imaginatio itaq; ẽ facultas cujus raõe cpora cum omnibus sui affectionib. vel aliquib. ttm percipiuntur, illaq; partim in aĩa, ptim in cpore calloso cerebri certoq; spirituum hac in pte motu collocata ẽ: ejus verò exercitium consistit in representaõe vel perceptione quæ in aĩa fit objecti cujusd. cporei ad motu quorumd. ptium subsequente seu motus cporis callosi producatur à spiritib. refluentibus ab organis sensuu, qd sentire ẽ, seu ab undis ipsis excitatis in emporio spirituu: ita ut sequantur inde reru cporearu ideæ quales nunqm sensus induxerant, talis ẽ imaginaõ trianguli puta sesquipedalis altitudinis nunqm visi. unde patet sentiendi facultatem ab imaginativa non nisi tanqm ptem à toto distingui.

ratiocinatio

Ratiocinium ẽ facultas secundu qm variæ reru ideæ inter se comparantur affirmando aut negando, unumq; ex alio colligendo. posita est illa in aĩa simul et recta cerebri spirituumq; dispoõe.

memoria

conservetur; à salib. namq; in primis id habent mixta corpora ut ferme fermentaõem concipiant, vel susceptã conservent. tandẽ sal volatile sanguinis illud praestat ut liquores varii qui ab eod. tamqm fonte per varia colatoria secernuntur fermenti aut menstrui vices gerant, praesertim in toto digestionis alimentorũ negotio aliisq; functionib. quib. recrementa massae sanguineae destinantur de quib. suo loco plurima dic disseremus.

Quod spectat ad sale sanguinis fixũ illud licet quadantenus a solutiõi ptium sulfurearũ conferre poit, quoniã tn spiculis acidis nimiũ impregnatur, parũ admodũ ad hoc opus conducit adeo ut in massâ sanguinea superfluũ imò noxiũ futurũ sit, nisi per glandulas cutaneas aut renes singulis dieb. excernatur. verũ tn licet functionib. vitalib. et naalib. plerisq; sal fixũ sanguinis inutile videatur, jure tn dici poit illud ô parũ sanguinis fermentaõem juvare, quatenus corpus ẽ compactum densũ majoremq; adeo motus qtitate in se suscipere comparatũ ẽ; idem namq; dicendũ occurrit de sale fixo respectu sanguinis qd de plumbi granulis ovorũ albumini admixtis, quae si exagitentur simul quantulacumq; vi qua pondere qua motu majori suscepto glutinosũ albuminis corpus eliquatur ut verissimile sit salem fixũ sanguinis cum reliquis ptib. à corde trusum in arterias et venas ppter in se susceptũ motũ, viscidas tenacesq; sulfurũ ptes divellere atq à mutuis complexib. inhibere.

Quamqm haec dicta sulfurearũ ptium dissolutio, totiusque sanguinis fermentaõ longe aliter explicari poterit si intelligamus salsas sanguinis ptes utrumq; ex se fermentaõi ineptas densitate suã ac ponderéq; dum commiscentur sanguini; addensare magis ac magis sulfureas ejusd. ptes in quib. mediis totum fermentaõis opus absolvitur; etherea namq; maa, dum sibi aut aditum aut exitum parat per medias partes sulfureas, tanto majori nisu vim facere in easd., qntô majus ipsi pondus vincendũ majorq; inde resistentia occurrit superanda: atq; illud quidẽ eàd. prorsus raõe quã pulvis pyrius tantô majore impetu facit quanto magis addensatur, majusq; ipsi incumbit pondus: qd autẽ se res ita habeat haud improbabiliter elici pt ex immodica fermentaõe, quae sequitur in suppressa salium, salsorũ emissione per ambitũ corporis dum ab externo frigore cutis spiracula constipantur, namq; illa ô nisi à copia salium sed salsorũ in sanguine redundantiũ, alioquin per se excitandae fermentaõi ineptorũ, suboriri potest.

3.° LOCO de oleosis sguinis ptib. disquirendũ venit; quæ licet, dum I.um destillando prodeunt, ejusd. planè conditionis se nobis offerant, in re tamen notabiliter discrepant, quippe rectificaõe mediã in duo diversa resolvuntur olea quorũ alterũ flavũ aut succini instar pallescens, alterũ intensã rubedinem obtinet, qdq; magis miremini illud ẽ, qd licet ambo hæc olea ab eod. sanguine manârint sibi invicẽ tn superinnatare videntur, adeo ut exagitando simul commixta, paulatim tn à se se invicẽ extricent, haud dispari modo quo aqua et oleũ commune confusa invicẽ sensim distinctas in massas facessunt. utrum autem simpliciter ob specificã gravitatẽ diversa duo hæc olea tuerise possint à permanente mixtione an vero pp̃ter incongruitatẽ pticularũ, ita ut quod subsidet alteri scateat magis ptibus acidis, aliud alkalinis? an demũ propter strictiorẽ unius præ alio ptium contexturã examinare non vacat? id unũ colligere possumus videlicet haud inutilem hanc ẽẽ oleorũ istiusmodi diversitatẽ, si res respiciamus ad varios usus quib. sulfureæ sguinis ptes destinantur; namque inde fortassis ẽ qd bilis præ reliquis recrementitiis humorib. puta lympha glandularũ conglobatarũ saliva, lacrymis succo pancreatico &c... crassior viscidiorq; sit videlicet ob copiã oleosarũ crassiorũ copiã partium quib. penè tota compingitur: secus qm reliquis accidit succis qui non nisi modicam olei tenuioris qtitatẽ obtinuerunt: inde ẽ qd tandiu sguinis fermentatio perseveret, quæ alioquin fortè dissipatis aut confractis ad minus principiis ex sufflaminanda veniret. inde diversitas quæ diversarũ ptium penes substãæ modũ observatur, repetenda ẽ. paucis, inde qd variæ ptes sulfureæ insint in massâ sguineâ, aliæq; aliis crassiores sint; inde, inquam, ẽ qd diversi generis salia quà fixa quà volatilia à fluore integro et qui õ nisi integrã sanguinis dissolutionẽ sequitur, inhibeantur.

Quæret tn aliquis quâ raõe tot assignatis usib. pares sint sulfureæ ptes, quæ si respiciamus ad reliqua pñcipia tam paucæ sint?

℞ multò plures ẽẽ sulfureas ptes in sguine qm per distillationem eliciuntur, namq; præter suspiciones superius injectas de oleosarum partium existẽa in phlegmate saleq; volatili sguinis, accedit in capite mortuo calcinato etiam copiosas reperiri, quæ per intensã ignis vim diffl̃entur; adeo ut notabile capitis mortui pondus ad minimũ fermè calcinaõis vi reducatur. sed licet fortè nullas alias qm quas promere solet sanguis in se recondere oleosas pticulas, illæ nũm involvendis salinis sufficiant à quib. videlicet copiâ ponderẽq; vix superantur. Deinde licet implicandis salinis hactenus sulfureas ptes destinaverimus, nolimus tn rem ita intelligi, quasi verò statuamus salinas ptes in sulfureis sic absorberi sic irretiri, nullũ ut motũ in massa producere queant: Illud solum intendimus sulfureas sguinis ptes sic implicare salinas, sic earumd. motũ temperare, ut non nisi lentã fermentaõem suscipiant.

4.° loco de terreis sanguinis ptib. agendū incumbit de quib. hæc dixisse sufficit, nempè illas purpureū servare colorē, contra quam accidit in reliquis mixtis quorū cineres et caput mortuū candorē præferunt: unde colligere licet terrā damnatā sanguinis quomodocumq; tractetur, adhuc tn retinere sulphureas quasd. ptes quæ ignis vehementiam eludant. quoniā tn prædictæ sulphureæ ptes numero paucæ insunt in capt capite mortuo sanguinis; neq; flammæ expositæ instar carbonū accensorū rubent, imò planè cinereū colorē retinent, et qualem terra damnata cæterorū mixtorū, inde omnimeritò capitis mortui nomen mereri videtur. Cæterū licet terra apud chymicos tanqm pcipiū passivū ineptumq; planè edendis mixti actionibus accipiatur, haud inutilis tn ē in sanguine, quippe quæ in poris suis tot velut in thecis reliqua sanguinis pcipia recondere, atq; à se invicē dissociare apta comparata sit. à terrâ itaq; ptes solidæ hnt ut multò majorē quā salinarū quā sulphurearū ptium copiā retineant, à terrâ vel potius à terræ asperiusculis et inæqualib. ptib. hnt ptes flexiles, ut inter se invicē et sdūm totā suā compagē cohæreant firmiter, præsertim dum terræ ptes à sulphureis quodam velut glu glutine connectuntur.

Summâ sanguis ex duplici omninò pte coalescit, limpidâ quæ limpha dicitur quæque facilè coagulatōem admittit; rubicundâ aliâ et globulosâ quæ ppriè sanguis nuncupabitur: de cætero pars utraq; resolvitur in phlegma, sal vol. alkalinū, sal fixū salsū, sulfur et terrā: ita tn ut rubicunda pars de oleo magis et sale volatili; lympha vero de phlegmate magis participent. atq; hæc massa sanguinea compoō ut ut simplex videatur, apta tamen est quæ diversi generis liquores pro diversa principiorum combinatione producat. unde non erit cur miretur quispiam ex uno eodemque sanguine tam disparatos liquores proficisci, cujus generis sunt urina, bilis, saliva, succus pancreaticus &c... namque humores illi non nisi penès diversorū principiorum prædominiū variamq; eorumd. connectionem, exaltationem, depressionem &c.... inter se quidquam differunt.

Caput II

De Intestino Sanguinis Motu ejusq; per universum corpus Circulatione.

Motus oẽs c̃poris à sg̃uine proficisci qui negaverit, statuat, necessũ ẽ, vitã sine sg̃uine duci posse; cum ḡo motus oẽs corporis à sg̃uine oriantur, et ipsũ quoq; moveri consequens ẽ: nihil namq; immotum movere p̃t. fluxilitas quidẽ sg̃uinis dum mittitur è venis ꝓplus satis probat eund. ex discretis, motibusq; variis exagitatis, p̃tib. coalescere. nondum t̃n planè intelligimus ex simplici hoc p̃ticularũ motu cujus raõẽ fluidus dicitur sg̃uis calorẽ satis intensũ, qualẽ obtinet excitari posse, nempè videmus liquida innumera c̃pora quæ licet multo majori fluxilitate donentur frigida t̃n ꝑ̃r, nullumq; vel levissimi caloris indiciũ præbent: huiũs generis sunt aqua vinũ, succiq; varii è vegetantib. expressi. quamobrẽ examinandũ num præter hunc liquidi motũ, et alis quoq; donetur sg̃uis, eoq; vehementiori cujus raõẽ caleat ipse, caloremq; reliquis c̃poris p̃tibus largiatur: q̃d examen tantò majoris momenti ẽ, q̃d ex eo ꝑ̃ fermè singula quæ observantur in morbis phænomena deducantur; ḡo observantibus varia c̃pora fluida quæ invicẽ commiscentur: id primũ patet, nempe illa dum pura sunt, neq; aliis etherogeneis admixta licet fluidi motũ obtineant nilominus t̃n ñ calere, nec nisi post facta diversorũ commixtionẽ, calorẽ ullum fervoremq; in iisd. excitari, idq; ꝓpter majorẽ in se susceptũ motum, qui fermentaõis et effervescentiæ noẽn obtinuit ꝓpter analogiã quã hic motus istiusmodi cum vini, musti aquæq; bullientis fermentaõẽ et effervescẽã, ita spiritus nitri cum oleo tartari et spiritus vitrioli cum spiritu cornu cervi, licet separatim

discretæ t̃n sg̃uinis partes.

Sanguini inest motus liquidi

calor inducitur t̃ũm ab heterogeneis p̃tibus.

n.a in animantibus corporis calor à circulari sg̃uinis motu ac præsertim fermentativo.

heterogenei humores fervorem concipiunt.

frigida quietaq; ad sensum viderentur admixta simul exagitantur valdè fervoreq; concipiunt. jam verò si percurramus diversoru horu phaenomenum caas, inveniemus diversos hosce fluidoru cporu status ō nisi à diverso fluidi

fervor ille pendet à fluido ethereo.

etherei motu dependere, ut fluida quidem frigida futura sunt illa quæ prædicto fluido ethereo comeatu prædere potesunt: quod fiet ut licet eoru particulæ cujusd. motus participes sint, ō tn ejus qui liquidi superficie dissicere possit fervoremq; conciliare. at verò si comisceamus diversæ speciei fluida, ut sunt spiritus acidi et salia alk. in aquis soluta, nihil ē qd miremur liquidi motu interturbari, augeri admodu, indeq; demu fermentaōem, cum insigni calore produci, quippe ut fluida istiusmodi ptiulas obtinent diversæ qūo figuræ quæq; invicē congruere vix pnt, fieri vix pt, quin pororu ordo in jam mixtis fluidis perturbetur meaq; etherea hic atq; illic in suo cursu præpediatur, unde illa tto majori vi per mediu etherogenearu ptium cumulu trajicienda erit qūto major occurret obex fientq; angustiores meatus per quos feretur. Ex quo

motus liquidi et fermentaōnis distinctum secundum magis aut minus.

colliges motu liquidi à motu fermentativo fluidoru ō nisi penes magis et minus distingui ita ut in simplici liquidi motu etherea māa ō nisi parva motus sui qntitate discretis ptib. comunicet, in fermentativo verò majore.

sguis obtinet motum fermentaōnis.

Jam si conferamus sguinis motu cum motu fluidoru enumeratoru nihil vetat quominus et sguine fermentari statuamus namq; 1.° ex diversi generis ptib. conflatur, iisq; præsertim quæ in artefactis fervore mixta concipiunt

1° enim

heterogeneæ ptes sguini insunt. sed spus acidus volatilis sal alk. volat., sulphur, nitrū.

et verò inest in sguine spiritus volatilis acidus insunt et salia volat. alk. quæ invicē juncta nullo ō tempore fermentescunt. Deinde insunt in sguine pleraq; ptes sulfureæ nitrosæq; quæ, ut notu ē, in pulvere pyrio ō fermentant modo sed et deflagraōem vel levi motu concipiunt. 3.° licet fortè ex ejus generis ptiēpiis ō constaret sguis, difficulter tn circulaōis motu mox explicando ferretur in totu cpus sine aliqua vel levi saltem fermentaōe aut etiam sine

2°

circulaō fieri vix pt sine sguinis fervore.

calore; quippe dum sguis à corde per arterias traducitur in ptes sic exagitari, sic interturbari totum intima ptium dispoōem necessu ē, præsertim dum per vasa capillaria porosq; insensiles et anfractuosos trajicitur, ut via māa ethereæ millenis in locis aut præcludatur aut notabiliter angustetur, atq; adeò major inde liquidi motus suboriatur necessu sit. 4.° Loco si veru ē heterogenea cpora invicem miscibilia fermentari, nihil ē qd massæ sguineæ fermentaōis motu denegemus,

3°

chylus ē māa sguini heterogenia.

quæ singulis dieb. chylum tanqm novæ reparaōis māam admittit. Enim verò chylus, ut ut in sguine facessere aptus, ex iis constet ptiēpiis quæ statim massæ ptieulis accomodari ō point sine ulla turba; unde variis circuitibus variis mixtionib. diuturnaq; fermentaōe opus ē ut tandē sguinis naam induere pont. 5.° demu, si verū ē qd nemo negat, calore intensu turgescentiamque

quæ in febrib. observatur sobole ea fermentaois; quidni statuamus calorem illum quo foventur ptes à sguinis motu fermentativo paulo tn remissiori dependere.

4.° calor salubris à fermentaone quidni ergo et nativus.

Sed cui tandem, inquiet aliquis, usui futurus è in sanguine fermentativus ille motus?

R. fermentaois usu in sguine abunde satis intelligi ex reliquorum succoru fermentantium consideraoe, quippe mustu v. g. dum fermentescit, illud acquirit 1.um nempe ut crassiores ejus ptes in insensibiles moleculas dividantur. deinde ut subigantur atherogeneæ ptes et ab homogeneis separentur. 3.° ut tartareæ si quæ sint ptes invictæ quæq; inter fermentandum coire ineptaq; sint ulteriori fermentaoi suscipiendæ præcipitentur. 4.° ut volatiles musti ptes crassioribus confusæ extricentur. hæc sunt quæ in musto dum fermentaoem absolvit, vel cuilibet observare licet, namq; à musti fermentaoe crassiores olei ptes in spiritu ardente facessunt, quæ alioquin in musto nulla prodire poterant. heterogeneæ ptes sub forma spumæ separantur, tartareæ ptes ad fundu præcipitantur. quæ oia si ad sguinem traducantur, eod. plane modo se habere comperientur. quippe ad adveniunt 1.° sguini indigestæ crudæq; adhuc multæ ptes chylosæ quæ nisi fermentaoi subjiciantur indomitæ mansuræ sint, inutilesq; proprus functionib. quib. massa sguinea destinatur. 2.° nec nisi per summu motu intestinu particularu sguinis extricari ptes spirituosæ ptes quæ functionib. aialib. inserviunt, quæq; ut infra dicetur in cerebro secernuntur. 3.° qui sulfureæ vel potius adiposæ ptes quæ plurimæ congeruntur in variis corporum locis exprimi eliciq; possint ex sguine nisi fermentabitur. 4.° Et variis in locis quà heterogeneæ quà superfluæ et redundantes in sguine ptes excernuntur, puta in cute et renib. quæ sane collectæ congestæq; in sguine illius motu intestinu interturbare forent. Veru singula hæc ex infra dicendis ubi de secretione humoru clarius percipientur. veniamus ad motum circulaois quo sanguis itidem in corpore cietur.

Itaq; noe Circulaois intelligimus motu quo sanguis à corde per arterias fertur in singulas corporis ptes, reduciturq; ex iisd. per venas ad cor unde diffluxerat. qd ut dilucidius explicetur; supponendu ex Anatomicis cor esse musculosa quanda machina duplici ventriculo instructam, duplici quoq; auricula quaru qualibet suo ventriculo prospicit, dextra quidem dextro, sinistra vero sinistro. supponendu 2.° sguinem per determinatos canales diffundi per totu corpus illorumq; alios qui ex densiorib. membranis coaluerunt et pulsant arterias; alios vero qui tenuiores sunt laxioresq; nullumq; pulsu edunt venas anatomicis nuncupari. supp. 3.° in ventriculo sinistro radicari arteriaru truncu maximu per quem sguis, exceptis pulmonib. singulis ptib. distribuitur, atq; hic truncus

1.° cor è musculus duob. ventriculis et auribus donatus.

2.° sanguis fluit per canales determinatos.

3.° in ventriculo sinistro vena pulmonis et aorta radicantur

4° dextro ventriculo cava et arteria pulmonaris. major aortæ non venit. Supp. 4° maximo huic arteriarum trunco respondere vena similiter maxima quæ ob capacitatem vena Cava nuncupatur quæque à tenuib. orta radicib. desinat tandem in auriculam cordis dextram. denique à ventriculo cordis dextro conspicuum satis canalem arteriosum deduci in pulmones venosumq; aliud per plures ramos inde in auriculam cordis sinistram exonerari quibus ita suppositis.

circulat sanguis Statuo cum Harvæo sanguinem circulari, hoc est, à ventriculo cordis sinistro per aortam distribui per totum corpus; indeque reduci ad ventriculum dextrum, ut mox dimissus per arteriam pulmonarem in pulmones, reduxque ab iisd. per venas pulmonares ad ventriculum sinistrum revertatur, atq; hinc rursum feratur in totum corpus: atque hæc sententia planè antiquorum assertis adversa est; quippe illi existimaverant sanguinem ab hepate per venam cavam diffundi per totum corpus tenuioresq; illius partes cordis dextro ventriculo suppeditari, unde *error antiquorum.* per fictitios quosd. canales ductus transmitti in sinistrum volebant ad sanguinis arteriosi generationem. verum haud fallacib. experimentis evinci potest longè aliter sanguinem in corpore moveri quam sibi finxerant veteres. ita ut extra dubium positum sit sanguinem simpliciter à corde per arterias ad circumferentiam propelli, minimè vero per venas ad cor pergere quod inde probatur

circulatio sanguinis probatur 1a ex ligatura venarum et arteriarum. I° quod ligatæ arteriæ in quacumq; corporis parte notabiliter intumescant versus cor, detumescant verò infra ligaturam qua parte circumferentiam corporis spectant: contra verò ligatæ venæ extrema versus intumescunt, versus cor detumescunt; id quod abundè liquet ex modo quo chyrurgi vinculum injiciunt venamq; aperire consueverunt. namq; dum venas cubiti aut tali pertundere animus est, deligant ligaturam supra brachium aut tibiam paulò supra flexuram locumq; vulnerandum stringunt, moxq; tumentes venas infra, hoc est versus pedes aut manus sauciant; quod frustra supra deligatum locum tentarent, deplentur namq; vasa ultra ligaturam, maximo indicio dicendi sanguinem non quidem à truncis majorib. venarum, imò à capillarib. pergere ad majores, seu potius sanguinem ab extremis arteriarum capillarib. traduci in ramos venarum. neque enim aliunde scaturire potest. nullum enim sanguinis promptuarium in extremis partib. nisi quod ab arteriis aut venis dimittitur, sola namq; hæc vasa continendis deferendisq; humorib. destinantur; quo si venæ ligatæ non tumeant cor versus, sed potius versus extrema ab extremis, seu quod idem est, ab arteriis sanguinem excipiunt.

2° ex cordis valvulis. ex venarum valvulis. 2° Si attendamus ad singularem vasorum structuram non possumus quin fateamur sanguinem circulari, namq; primum certum est sanguinem à sinistro cordis ventriculo in aortam illapsum non posse inde refluere ad cor, propter semilunares quasdam membranulas in ostio aortæ collocatas, quæ valvarum instar sese habent, ita ut dimittendo sanguini à corde facilem præbeant exitum, refluo autem omnino denegent

scindere nec sanguis dum ex arteriis migravit in ramos venarū refluere p̃t in venas, idq; ob consimiles membranulas quæ sanguini quidē ad truncos venarū fluenti facilē præbent viam, regressuro similiter denegant donec in ventriculū cordis dextrū illabatur: unde consimili rōe mecanicâ prohibetur ne per idem ostiū refluat in auriculam: quippe ostiū instructū ē in toto suo ambitu membranaceis quibusd. pelliculis quæ valvulæ mitrales aut trichlochines appellantur quæ valvularū vices gerunt: ita ut dum cor contrahitur exprimitq; sanguinē ō p̃it ille nisi per arteriā pulmonarē dimitti in pulmones unde remeare rursum in ventriculum ob consimiles memoratas semilunares valvalvulas ō p̃t. quo fit ut tandē progredi per venas pulmonares ad sinistrā cdis auriculam, indeq; in sinistrū ejusd. ventriculū cogatur: jam verò q̃d prædicta vasorū valvulæ huic obeundo muneri destinentur, patet ex artificiosis liquorū injectionib.; etenim si liquor aliquis immittatur à corde in aortam, facilè per totum ejus dilabitur, traduciturq; in venas ut revertatur tandem ad cordis dextra auriculam: rursū si ab extremo quodam arteriæ ramo consimilis liquor injiciatur in truncū aortæ cor versus, ne gutta quidē illius in ventriculū sinistrū influet, præpedientib. videlicet ejus ingressū semilunaribus valvulis.

ex liquorum injectionibus sursum deorsumq; factis

jam si tentemus et liquorē à trunco venæ cavæ juxtà cor transmittere in p̃tes inferiores quâcumq; vis adhibeatur; occurrent perpetuò valvulæ refluentes reluctantes quæ venas crepaturas potius patiantur q̃m dilabi sinant liquorē in ramos ejusd. venæ minores extrema versus. at verò si rem; inverso tn modo experiri animus sit, hoc ē, per ramū venarū extremū, liquorē injiciamus truncum versus majorē facilè perget ad cor usq; adeo ut si in vivo cane instituatur experimentum, adhibitusq; liquor, cujus generis ē solutio vitrioli coagulum inducere p̃it sanguini statim ac pervenerit ad cor, derepentè aïal extinguatur, videlicet ob impeditā circulaōem in pulmones.

cur injecta acida aïal occidant.

3.° Probari inde p̃t circularis sanguinis motus ex eo q̃d deligatâ alicubi p̃te aliquâ, adeoq; et compressis admodū venis, ita ut liberū ō relinquatur iter sanguini à majorib. truncis fortè fluxuro in extrema, si sauciētur alicubi vena conspicua satis magnitudinis tota sanguinis massa per vulnus effluat. atqui tanta sanguinis copia manare ō potuit à truncis venarū majorib. quos injectâ ligaturâ compressos supposuimus: ḡo ab arteriis respondentib. venæ petere.

4

ex arteriæ seu venæ diversis supra et infrà ligaturam punctiones quā totus sanguis diffluit.

4.° nec deest rāo sufficiens ad stabiliendū circularē sanguinis motum quippe certū ē, neque hoc veteres revocare in dubiū potuere. singulis cordis contractionib. sanguinis aliqm p̃tem in aortā expelli. Esto itaq; vel ℥i. qualibet cordis systole in aortam trudatur: quandoquidē in quibusd. hoib. duo millia in aliis tria in ōnullis 4.or pulsaōum millia dinumerari p̃nt intra horæ spatium; a sequitur sūma sanguinis à sinistro ventriculo cordis expressi ad 20.30: vel

4.°

ex q̃titate sanguinis ǣ singulis pulsaōnib. in aortam impellitur

pulsaōnes 2000. 4000

dans les fievres 4000. 8000

a chaque pulsaon ℥ij ou drag

etiam 40. libras perdici: posito autem sanguinis in toto corpore contenti, quantitatem non excedere pondus 20. aut 25. librarum: sequitur intra duas tresve horas plus minus totum in aortam transfundendum esse. neque enim sanguis de novo genitus ex chylo dimissum supplere, praesertim in jejunio maceratis poterit, atque adeo cum non possit aliunde suppeditari cordi quam à venis; neque usquam in venis ea contineatur copia quae intra unam et alteram horam à corde dimittitur, ex arteriis fluat in venas, à venis in cor, rursumque à corde in arterias quomodo fuit superius explicatum. verbo circulari necessum est.

Dicat tamen aliquis, si sanguis ex arteriis traducatur in venas, unde venosus tantum ab arterioso discrepet? unde ille subniger et crassus: hic vero rutilus, purpureus, tenuiorisque substantiae modi?

R. discrimen quod venosum inter et arteriosum intercedit sanguinem tantum non est, ut inde negari debeat commercium arteriarum cum venis: in re namque sanguis venarum sanguis cum arterioso plane idem, nec nisi penes colorem motusque tarditatem inter se differunt: Cum enim arteriosus sanguis ab extremis arteriis immediate ++ non fluat in venas, imo trajiciendos habeat prius innumeros partium nutriendarum poros antequam ad capillares venas perveniat; sequitur illum spirituosis suis aptisque nutritioni partibus quadantenus privari. deinde quoniam rectas non habet vias sed variis anfractibus et angiportubus implicatas, magnam sui motus tam progressivi quam intestini partem deperdere, tandemque defectu motus hic atque illic per spontaneam principiorum subsidentiam in grumulos concrescere. unde non mirum si trajectis partibus traductisque in venas longe alium colorem induerit quam quo imbutus fuerat in ipso transitu pulmonum; quo loco, ut alibi dicetur, sublatter ejus color in floridum vertitur. caeterum vel hoc solo nomine intelligi potest arteriosum sanguinem statum suum et colorem mutare quo reliqua fluida quae per filtra aut arenam trajiciuntur: quippe videmus vinum saturate rubrum per simplicem arenam trajectum, sine conspicua in reliquis mutatione in album converti: idque non aliam ob causam quam propter inversum aut perturbatum partium ordinem; quo fit ut vinum ante filtrationem absorbere aptum multos luminis radios, jam multo plures reflectat. hinc

Colliges sanguinem in arteriis capillaribus non migrare immediate in venas, seu quod vulgo dici consuevit, nullam dari arterias inter et venas anastomosin et inosculationem. praeterquam enim quod nullibi in toto corpore simile quid demonstrare licet certe si sanguis arteriosus immediate transfunderetur in venas vix bene concipi posset quomodo nutrirentur partes? quae enim nutriri repararique possint nisi humoribus alluentur? neque dicas per simplicem transudationem particulas sanguinis tenuiores ex arteriarum cavitate effluviorum instar manare quae in partium nutrimentum facessere possint: praeterquam enim quod proportio quaedam requiritur penes molem nutrimentum inter et partes nutriendas vel potius eorundem poros quibus succus

Margin notes:

ratio coloris et motus differentis sanguinis venosus et arteriosus.

++ c'est ce qu'il faut prouver.

vinum colorem qui mutet dum per arenam filtratur.

non datur venas inter et arterias anastomosis.

repugnat anastomosi nutritio partium.

nutritio fieri non potest à partibus transudantibus.

nutritius accedit. Quaero à contrariae opinionis fautorib. quo genio dici possint transudantes ejusmodi partes ex arteriis, ut in determinatos poros ferantur ad continuam partium jacturam resarciendam. quanto melius totum nutritionis negotium absolveretur si Sanguis ab extremis arteriis per poros sinusq; innumeros partium distribuatur, ut tandem coeat in extremis venarum capillaribus.

Itaq; juxta hoc, idem planè dicendum erit de Sanguine ab arteriis in partes indeq; in venas fluente, quod de aqua quae in spongia vesicâ conclusa per ostium unum immissa per aliud in ejus fundo aut latere factum tota diffluit, utcumq; spongiae pori obliqui sint, et mille modis inordinati.

Sanguis per partes diffluit ut aqua per Spongiam.

Inquirendum superest quomodo motus Sanguinis sit continuus licet per vices tantum ut interpositis morulis ferè synchronis à corde moveatur in arterias: cur item tam apposité redeat per venas ad cor, ut qui ab eod. expressus est protinus ab alio succedente repleatur.

Quod ad I. spectat, etsi cor, quo tempore dilatatur novumq; excipit Sanguinem nullum videatur motum eliminato semel per morulam illam saltem conferre verè tamen continuoq; movetur Sanguis in arteriis aeque ac in venis quamquam inaequali paulo velocitate. patet illud ipsum in arteriis, namq; avulso corde vel potius deligatis vasis in ipso cordis egressu, Sanguis tamen contentus in iisd. sensim exprimitur, adeò ut inanita brevi post animalis mortem reperiantur: unde antiquitus creditum est, non Sanguinem sed Spiritus tantum vitales in arteriis contineri, neq; longè hujusce phoenomeni causa repetenda est; quippe praeterquam quod non statim cessat suppressus Sanguinis motus quo trusus est à corde in arterias, proindeq; et ulterius atque ulterius progredi cogitur versus partes, accedit quod arteria ab immisso Sanguine dilatata cessante cordis systole, spontanea restitutione et contractione contentos humores rursus expellunt, qui cum ob semilunares valvulas retrogredi non possint per viam faciliorem in partes feruntur. Demum neq; hoc praetermittendum in morituris aut jam demortuis animalib. concideam musculosarum omnium partium non parum promovere reliquias Sanguinis in arteriis stagnantis versus extremas partes. hinc est quod penitus inanitae reperiantur, venaeq; praeter modum humorib. turgeant.

cur continuus sit semper sanguinis motus, licet per moras impellatur. ††

cur putarint antiqui arteriis contineri spiritus animales.

†† 1° ob contractionem arteriarum.

2° in morientibus accedit omnium partium musculosarum concidentia.

De 2°. paulò major est difficultas; quippe tardior longè ad sensum videtur esse Sanguinis motus in venis quam in arteriis. Et verò Sanguis ex dictis non fluit immediaté ab extremis arteriarum capillarib. in venas, sed per medias carnes trajicitur ubi notabiliter progressivum illius motum infringi necessum est praesertim in partibus molliorib. cujus generis sunt cerebrum, ossium medulla pinguedo &c. Attamen haec tanta non sunt quae dubia experientiam reddere possint, quandoquidem videmus constanter Sanguinem universum ab arteriis effusum protinus à venis excipi, nec dilatari unquam cor, quin propter statim Sanguinis aliqua pars sit congesta in ejus auriculis ad depulsam ex ventriculis quantitatem resarciendam; quamobrem videndum unde

cur sanguis apposité redeat ad cor, ita ut . . . . [illegible] . . .

tam celeriter ad cordis auriculas appellit per venas ac è ventriculis fluxit in arterias.

par velocitas utrobiq; inducatur, seu unde tam celeriter sgūis ad auriculas
cordis appellit per venas ac è ventriculis fluxit in arterias. Equidem non
diffitebor id quod jam libens concessi sgūinis motū progressivū praeprimis vero
intestinū in ptib. imminui; namq; fieri ō pt quin sgūis mollioribus illapsus
ptib. iisd. aliquid de suo motu ō largiatur. Verū quoniā pone sequitur semper
novus ac novus sgūis in truncis arteriarū continetur cujus vis integra ē, nihil
ē qd, quī jam in ptib. velut haeret ulterius ō protrudatur, qntacumque sit
fistularū interjectarū arterias inter et venas exilitas obliquitas devaricao &c.
Verū hoc sola raōe moveri quidē poāt sgūis in venis, sed inaequali longe veloci-
tate qm in arteriis; ut aliunde quaerenda sit caa deperditum sgūinis motum
in ptib. restituens. Sed statim occurrunt ptes ipsae in quas sanguis diffusus ē
quae novū illi motū denuò indere point. Enim verò licet ptes ipsae, dum vi
trajicitur sanguis aliqm ejusd. motus ptem in se suscipiant, quoniā tn ō nisi
vi quadā earumd. pori varie contorti dilatari pnt, fit ut desinente cordis
contractione adeoq; et vegetā sgūinis arteriarū pulsione, elatere ppriō restituun-
tur ad pristinū statū; unde cum sgūis quem in se continent retrogredi ō possit
ppter pone sequente alium repellente, per viā faciliore trudatur in venas, si non
majori celeritate, aequali saltem illi quā in poros ab arteriis effluxerat. caeterū
hunc qualemcumq; restitutionis motum quo ptes à sgūine dilatatae ad pristinum
redeunt statum cum Thruffone motum Systalticū ptium appellare liber. qd
si quis obstinatè contendat contractivū hunc ptium motū ō sufficere ad motum
sgūinis imminutū in ptib. ad parē celeritatē reducendū, oggeratq; cerebrum
v.g. mollius ēe qm ut ita contrahi poit ad dictam contenti sgūinis expressionē.

sgūis arteriosus in ptibus motum deperdit.

sgūis in venas eodem cietur motu quo ab arteriis effluxit ob ptium restitutionem

quid motus systalticus

multa sgūinis venosi motui conferunt

1° motus ptium systalticus.

2° motus muscularis.

R. systalticum ptium motū et multa alia concurrere ad celerita-
tem vel aequalē imo et qndoq; majore venoso sgūini conciliandā. Etenim 1°.
certum ē à motu musculari ō parū accelerari motum sgūinis in venis quod
luculenter probatur ex venae sectione quae fit in brachio. norunt quippe chyrurgi
nisi moveantur digiti vel potius musculi digitorū flexores aut extensores aegrè
oiō fluere sgūinē: contra vero ubertim prodire dum ptes ligaturae subjectae
motum exercent. qd indicat motū muscularē haud parum conferre sanguinis
expressioni in venas majores. Verū tn quoniā ō semper musculares partes
moventur, imò laxae qndoq; remanent praesertim in somnio, hinc ē qd causam
acceleraōis magis constante recurrendū sit. Unde

3° arteriarum compressio.

arteriae omnis vel sub arteriis jacent, vel super scandunt, vel juxta ponuntur ad latera.

R. 2° talem ēe venarū majorū et arteriarū situ et connexione in
cpore, ut illae ab arteriis compressione aliqm patiantur, quoties arteriae dilatantur
etenim in variis cporis ptib. arteriae vel immediatè subjacent venis vel juxta e
ponuntur ad latera vel easd. transcendunt: at quocumq; ex illis modis arteriae
comitentur venas, ō pnt quin accumbentes in sua dilataōe quodā modo eas

comprimant promoveantq; venosi sanguinis motum.

3.° Supponamus auriculas cordis expressione sanguinis facta ad pristinam dilatationem restitui: certè quidquid sanguinis venosus à partibus redux in Cava et venis pulmonaribus contentus nullo præpeditur obice quominus liberè fluat in auriculas, in easdem protinus irruit; idque consimili planè mechanica qua liquores in fistulis ascendunt, ubi succione mediâ deplentur aere: sic enim fit, ut cum nullam in cavitate fistularum pressionem vel minorem saltem patiantur circumfusa liquoribus corpora, easdem ad notabilem altitudinem in fistulis promoveant. Ergo dum dilatatis auriculis, earumdem cavitas velut inanis est, verisimile est sanguinem cavæ et pulmonarium venarum à circumprementibus aëre carnibus visceribus &c.... derepentè propelli versùs eam partem versùs quam minor occurrit resistentia quæ certè tunc temporis sunt ambæ cordis auriculæ; atque adeo licet fortè æquâ velocitate fluxisset sanguis ab arteriis in venas; si tamen in his aliqua ejusdem pars contineatur, illa celeriter in auriculas propelletur, sicq; par utrobique velocitas erit tam in venoso quam in arterioso sanguine ad continuum sanguinis motum à corde in partes conservandum. sanguis eadem ratione in auriculas dilatatas ascendit quâ liquor consuetus in fistulas. eadem celeritate sanguis à venis in auriculas, ac è corde in arterias profluit.

4.° neque ad sanguinis venosi cursum quodammodo fovendum accelerandumque parum conferunt valvulæ variis in locis appositæ, namq; dum sanguis propter varia vasorum inclinationem aut etiam compressionem quam inter musculares motus venæ patiuntur, refluere cogitur, valvulæq; idcircò vasorum instar inflantur dilatantur et distenduntur; simul ac remittere cœpit vis sanguinis refluentis elatere proprio sic restituuntur ad pristinum statum ut notabilem inde motus quantitatem superincumbentibus humoribus communicent. conferunt venarum valvulæ sanguini in venis in cor pellendo.

sed jam pene nobis excidit id quod in ipso limine dicebatur de cerebro, quod nullam habet vim contractivam quâ dilatatum sese restituat: unde non parum urgeri videbatur motus systalticus partium. Ergo ut nihil intactum relinquatur, statuo licet fortè cerebrum ob innatam suarum partium mollitiem huic spontaneæ contractioni ex se prorsus ineptum sit: quoniam tamen arctè concluditur à pia matre quæ membrana ut tenuis, ita firma est et dilatationis impatiens, fit ut dum ab irruente sanguine distenditur assurgitq; in molem multò majorem, statim ac remittit sanguinis vis, ad nativos magnitudinis terminos reducatur quâ concidentia propria, quâ pressione circo circumfusæ piæ meningis quæ ultra tonum extensa sponte vel potius elastico motu redit ad pristinum statum. unde res fermè in cerebro eadem recidet quæ in reliquis corporis partibus ita ut contractio naturalis in hoc suppleatur in cerebro sanguinis expulsionem juvant cerebri concidentia et piæ matris restitutio.

à Subcidentia et contractione piæ meningis circumambientis.

5.° Et illud quoq; diligenter observandum in venis quo non parum præcavetur incommoda quæ ex multiplicitate vasorum in unum truncum coeuntium sequi posset, ramos videlicet minores majoribus inseri non quidem ad rectos angulos, imo potius obliquo ductu: ita enim eveniret sanguinis torrens puta venæ cavæ descendentis à lateralibus rivulis sanguinis influentibus non retardetur in suo motu imò cum admissis hic atque illic humoribus cum ead. determinatione feretur. Quod ut clarius intelligatis ponite quæso vobis ante oculos situm venæ cavæ qua parte lumborū vertebris incumbit. attendite ad iliacos ejusd. ramos qui obliquè hinc inde coeunt in truncum: certè quandoquidem æqualis utrimque est vasorū inclinatio, æqualis vel potius ex adverso similis erit determinatio Iliaci utriusq; rami. cum autem diversæ sanguinis deternationes mutuò sese impediant, utriq; melius satisfieri n̄ pt quam si recta moveantur in truncū venæ cavæ; atq; idem dicendum de reliquis ramis venæ cavæ tam ascendentis quam descendentis neq; dicas in plerisque corporis ptib. ramos minores in majores transversim seu ad angulos rectos inseri indeq; n̄ parū interturbandum esse motū sanguinis per majores ramos fluentis. quippe licet venæ emulgentes in cavam et jugulares in subclavias exonerentur fermè ad perpendiculum: attamen quoniā venarū hujusmodi ostia planè libera n̄ sunt, sed productione quadam membranacea valvulæ instar munita, fit ut sanguis proximè fluxurus è ramis jam recensitis, in truncos directè n̄ quidem in sanguinem sed potius in prædictam membranā impingat. unde cum in sese reflecti n̄ poit obliquè per rimā quam expansio isthæc relinquit in truncos illabitur: sic consimilem aut pènè nihil discrepante motus determinationem assumit quam obtinet contentus in majoribus ramis.

demum sanguinis motui in majoribus venis nihil obest motus sanguinis a minoribus provenientis: cum vero parvuli rami in majores obliquo ductu seu ad angulos acutos terminentur, aut si ad rectos angulos ut in emulgentibus, valvula eadem sanguinem ad acutos determinat.

Caput III
De
Circulationis usu ubi De Nutritione partium Solidarum

Ex quo circularis sanguinis motus innotuit adeo vultum mutavit Medicina tam quae theoriae quam quae curandi morborum incumbit, vix ut sui similis esse videatur. Enim vero quis ante tam praeclarum inventum, clare perspicueque potuit explicare et remediorum actiones in partibus et sanguificationis et nutritionis modum? quis tumorum causas et curandi et febrium dira cohorte expugnare feliciter antea novit? nemo certe imo omnes vaniloquiis potius quam ex recta rationis norma perficere consueverant: ut gratulari merito possimus nobis quibus contigit tam felicibus nasci vivereque temporibus. quod ut ad rem ipsam accedamus; varii sunt circulationis usus in corpore: namque

circulationis ignorans non exponet remediorum actiones, sanguificationem nutritionem, levamen a sectione venarum &c.

usus circulationis.

1.° arcere sanguinem a putredine.

I.° certum est circularem sanguinis motum eundem a corruptione, ne immunem praestare. id quod patet, ex eo quod si forte in aliquam corporis cavitatem aut extra vasa propria effundatur non multo post ibidem pervertatur in saniem aut materiam purulentam, quod circulanti nunquam contingit. etenim continuus partium motus sic volatiles partes crassioribus admiscet; ut inde mutuum dissidium praecaveri necessum est.

2.° fluiditatem sanguinis conservat.

2.° quis non videt motum hunc sanguinis fluiditatem ejusdem servare quo facilius toti corpori distribuatur et quasi alioquin a coagulo praeservari possit. Equidem videmus sanguinem effusum statim coagulari crassioremque substantiae modum acquirere, idque defectu commotionis sufficientis, cujus ratione partes a

Sguis concretus bacillo vel manu agitatus aliquatur.

mutuis amplexib. inhibeantur. qd patet ex eo qd si jam grumosus Sguis exagitetur aut baculo verberetur rursum liquatur; ut verisimile sit motu quo sguis à corde propellitur in arterias idem quadantenus præstare.

3.°

juvat fermentaonis motum i.ci vãe.

1.° qã sguis in vasis exagitatur

2.° qã per vias strictas transiens inhibetur via mãæ subtili.

3.° Circularis sguinis motus ô parũ juvat nativam ejus fermentaõem: idem namq; de humorib. dicendũ occurrit qd de cæteris liquorib. fermentalivis qui si sibi relinquuntur absq; ulla vasorũ exagitatione fermentaõem quidẽ sed lentã concipiunt, exagitati verò intensè fermentantur: idq; pp̃ter diversã ptium mixtionẽ aut etiam pp̃ter concursum ~~ptum~~ majorẽ ptium heterogenearũ qui ab inordinato motu promovetur; unde cum difficilius iter prosequant mãæ ætherea transfluentis majorẽ inde motũ suscipiunt. itaq; quoniã Sguis à corde in ptes ultras ô exagitatur modò, sed pp̃ter viarũ per quas traducitur angustiam, variam plenéq; inordinatã ptium mixtionẽ patitur, fit ut postmodũ ad pulmones delatus amissũ intestinũ motum denuò faciliusq; recuperet. sed hæc clarius ex dicendis intelligentur.

4.°

juvat nutritionem, dilatatis videlicet poris.

eadem rãone sguis in musculorũ poros intrusus eosq; dilatans, eorum juvat motum.

4.° Et multũ præstat ad functiones naales exercendas energia motus quo Sguis à corde propulsus ad extremas ptes impingit. Etenim si Sguis stagnaret in vasis sine ullo motu progressivo, qui collapsi strictique ptium pori recludi possent ad nutrimentum inde suscipiendum? certè licet simplici motu fluidi posset Sguis insinuari intra ptium poros, difficulter tn quis intelligat quomodo sufficienter inde dilatentur ad jacturã suarũ ptium resarciendam. deinde quoniã ut jam jam dicturi sumus nutritio per simplicẽ ptium adhæsionẽ in corpore perficitur, neq; eæ æquè aptè quia ptib. adhærescant, nisi continuò mutaretur Sguis, affususq; semel à pone sequente propelleretur; vix ne vix quidem vel ad decimã sui ptem nutritio perduceretur.

4° [5]

juvat chyli et lymphæ cæterorum recrem mixtionem cum Sguine.

5.° Nisi circularetur Sguis, neq; chylus, neq; reliqui recrementitii humores, qui è massa Sguineã secernuntur, ut rursũ eid. comisceantur, nisi vel aliquib. tantum massæ Sguineæ ptib. affunderentur; unde nec exactè eisd. misceri, nec toti corpori suos usus præstare possent: quod cõmodè per circulaõem perficitur; sic enim humores successivè et [illegible] chylosis et lymphaticis ptib. gravidantur, sic unita miscentur, sic toti corpori subsidia ferunt &c.

6.°

juvat excrementorum secretionem.

6.° Et hic e usus momenti maximi. per circulaõem Sguinea massa excrementitiis suis ptib. liberatur deponitq; ad varias [illegible] recrementa in colatoriis ad quæ successivè pertingit: qd alioquin fieri

ō poet si stagnare supponerentur humores. qui enim urina totius massæ ad renes conflueret? an attractione peculiari Renū? ō hæc sunt mera verba et ignorãæ verius asylus. ergo ad secretionē inutilium ptium circulari humores atq necessum est.

7.° Stabilita semel sguinis circulaõe, removetur penitus difficultas illa quâ laborabant Antiqui in explicandis remediorū actioib. quas propriis facultatib. tribuere consueverant. patet namq; humores omnes ex oib. corporis ptib. educi posse ex assumpto pharmaco, dum leges circulaois cunctas obambulat.

7°
prodest ad Explicandas remediorum actiones, phlebotomiæ &c.

Demum hunc usu præstat circularis sguinis motus nempè ut tantillū foetus corpusculum ad justos magnitudinis terminos perducatur, auctumque toto vitæ decursu conservetur. Etenim dum sguis indesinenti motu per omnes et quidem minutissimas foetus ptes transfertur molliusculas ita dilatat, ut non mediocre inde molis incrementū assumant, aut si firmiorē consistentiæ modū nactæ sunt, continuas saltem earū jacturas reparciat. Verū quoniã hic circulaois usus palmarius ē in hoc explicando imorari paulò liber

8°
foetus auctionem juvat

Et I.° quidē statuo tanqm indubitatū certumq; continuū fieri ō in Adultis modo senibusq; sed et Infantib. qnqm multò minorē pticularū decessū. Etenim ex observaõib. Sanctorii de Statica Medicina constat tantum singulis dieb. per insensiles halitus sensibilesq; alias evacuationes in Adultis ... Enim vero qnda. ... quidē toto vitæ decursu massa sguinea motib. intestinis agitatur, ‡ fieri ā pt quin et ipsa quidam ptium volatilium magisq; extricatarū jactura patiatur, quin item dum præterlabitur rapido motu ptes solidas minus cohærentes abradat excutiatq; inde moleculas. deinde quonia valida musculorū contractiones ō parū exagitant sguinē ptesq; solidas, sequitur fluidas multas inde esse excutiendas ee. porro quonia tam solidæ qm fluidæ ptes corporis nostri ab externo fluido æthercam intelliges mãam pervaduntur idq; secundū diversas oio motuū determnaões quas sane intricata pororū structura ō inducere ō pt sensim hinc atq; illinc similiter concuti, abradi, excutiq; tandē pticulas oio necessum est.

tantum per insensiles halitus evacuatur quantum alimenti assumitur.

‡ c'est ce quil faudroit prouver.

quo pacto fluidarum solidarumq corporis ptium fiat jactura. hoc fit 1.° à motu sguinis quo et sguidis ptes tenuissimæ factæ avolant, et solidarum ptium pticulæ abraduntur 2.° à motu musculari. 3.° a mãa æthereã.

Neque dicat quispiã solidas ptes à tantillo corpore, quale ē æthera mãa sic concuti ō posse ut inde quarum[illegible]dam pticularum strictè reliquis connexarū jactura pati cogantur. namq; quotidiana testatur experiẽa in multis corporib.. porrò compactiorib. et solidiorib. etiam nullo sensibili superveniente corpore dissolvente, notabilem continuumq; fieri particularū decessum; sic cuprū, ferrū, aliaq; ignabiliora metalla imò et lapides durissimi magna effluviorū copiã jugiter dimittunt. qd abundè liquet ex eo odore diverso prædictorū corporū cujus rae ab se invicē distingui point: imò qd magis urget dantur et quædam lignorū species, alioquin satis con

Actio mãæ ætherea in solida corpora ut ferrum, cuprum, metalla lapides vitrum &c.

compacta contextura quæ ne vel unius horæ spatio in bilance posita in æquilibrio contineri potest sed propter continuum partium suarum decessum ab adversis ponderib. superantur. neq; mirum: Cum enim materia etherea utcumque tenuis flexilisq; sit, in corporib. densiorib. rectà non feratur, sed per inæquales et inordinatos oio ductus, non potest quin variis in locis in suo cursu impingat ex adversis plané determinaoib. solidas prominentes objectasq; pororum partes, ictibusq; repetitis impetens, aliquas tandem abradat, secumq; tenues in auras abripiat.

materia ætherea solidorum corporum ob pororum inæqualitatem particulas abradit.

Huic itaq; partium solidarum jacturæ resarciendæ circularis sanguinis motus potissimum destinatur.

circulatio nutritioni prodest.

Obvium jam cuiq; futurum est brevi tempore corpus nostrum destruendum nisi quotidianæ partium jacturæ continuo repararentur. Verum quoniam stagnantes humores in corpore minus apti videbantur qui remotiorum etiam partium jacturas resarcire possent, circulari motu transferri sanguinem in remotissimas quasq; oio necessum est. Superest itaq; inquirendus reconditus ille motus quo partes nutriri queant, et quod genus partium in earum substantiam facessere comparatum sit.

Circa Ium. verissimile est sanguinem ut pote qui ex multiplici particularum figurâ et mole instructus est in transitu suo per angustissimos partium poros ibid. multas sui partes deponere juxta spatiolorum relictorum à deciduis effluviis proportionem. ex quo fit ut quædam solidis partib. adhæreant, aliæ veró propter incongruam molem figuramque repellantur: et veró quandoquidem decedere non possunt à solidis partib. moleculæ quin intervalla quædam relinquant, neq; intervalla rursum oppleri partesq; adeo ad pristinum statum redire quin congruæ figuræ moleculæ spatiis relictis insinuentur, nec aliunde suppeditari possint quam ab ipso sanguine præterfluente, patet manifesté nutritionem aliâ perfici non posse viâ quam simplici particularum sanguinis appositione. neque dicas sanguinem licet remota sit nutritionis materia, non posse tamen in partium substantiam facessere hoc nomine, quod sanguis ut pote fluidus non possit sine previâ et quidem notabili mutatione osseam carneam — cartilagineam &c. .... consisteam adipisci. namq; si attendamus ad concretiones varias quæ ex plané fluidis vel in fluidis excitantur: nihil erit quod miremur ex fluido sanguine tot discrepantes solidas partes nutriri. Et veró videmus ex aquâ fluidissimâq; materia osteocollam crystallum in cryptis subterraneis; ex spiritu vitrioli fluido sali tartari fixo soluto tartarum vitriolatum; atq; ex terris lixiviatis nitrum in ipso medio fluido concrescere. quod si in reliquis naturæ corporib. per solam particularum adhæsionem quietemq; respectivam nullâ superveniente alioquin mutatione, fluida corpora in solida immutentur; quid peculiare statuamus in nutriendis partib. coctionem cujus ope sanguinis partes, varios a fluiditate substantiæ modos acquirant, ut inde in osseam duritiem aut fibrosam flexilitatem convertantur. non diffitebor tamen ubi nutritiæ sanguinis particulæ non penes essentialia sua principia sed penes integrantes moleculas fluidas poris insinuentur, aliquam

quo sanguinis motu, quibusve particulis nutriantur corporis partes.

facilé intelligitur sanguinis in solidum concretio, ex variis quæ contingunt concretionibus.

earumd. mutaōnem requiri ut iisd. muniri accrescereq; possint. Verū tantilla hæc mutaō, quam fluidæ ptes patiuntur in loculis ptium coctionis aut fermentaōis noen mereri ō videtur; nihil enim aliud remorantib. hisce ptib. accedit quam ut ppter morā elabi sinant aquosas aut volatiliores sui ptes, ideoq; in glutem coagulumq; mutentur, quo modo per simplicē aquearū partium exhalaōem sguis aut serū sine ulla fermenti cujuspiā mixtione concrescunt in mollem friabilemq; substaām prout magis vel minus caloris vehementiam experta sunt. sed.

molecule sanguinis ut in partes tacessant et coeant elabi sinunt aqueas pticulas.

Dices ulterius, difficulter intelligi quâ raōe ex uno eodemque succo tam dissimiles ptes excitari possint?

R. I.° me hanc objectionē prævertisse dum statui succū nutritiū ex dissimilib. penes figurā et molem pticulis efformari: unde pro diversitate ptium quib. advehetur, planū ē dissimiles quoq; concretiones producendas ēē:

sguinis pticulæ cum variis variæ figuris donentur, varios oppleo poros et varias partes resarcire queunt.

R. 2.° tam discrepantes re ipsâ ō ēē cporis nostri ptes ac primâ quidē fronte videretur, nec nisi penes densitatē aut raritatē, flexilitatē et rigiditatē reaptè differre. siquidem ōēs eloto sguine albidæ sint instar ossium, omnes exsiccatæ æquale præcipiorū pondus ex se destillatæ prodere consueverunt. qd si quodammodo penes consistēām discrepare videantur: illud totum in modum quo ejusd. generis ptes concreverunt referendū ē. aliæ namq; stricto magis nexu, aliæ laxiori, quo fit ut majorē ~~vel~~ inde in poris suis vel aquearū aut serosarū ptium copiam retineant: unde major aut mollities aut densitas earumd. suborietur.

parum differunt cporis partes.

ō differunt colore.

eandem fundunt qtitatm ppiorum

discrepant solum consistentiâ.

R. 3.° licet fortè consimilis succus ptium poris illapsus ineptus ex se foret, qui diversarū formam contexturamq; assumeret; eam tn̄ ēē cujuslibet dispoēm quæ concurrente fluido æthereo succū nutritiū in ppria substaām convertere poit. namq; dum æthera mēa solidarū partium poros præterfluit contentū succū nutritium adhuc mollē, sic sensim et sine sensu trajicit, easd. ut vel consimiles saltem vias in hoc sibi cudat, quales in solidis invenit: quo fit ut illius ptes eand. planè contexturā eundemq; situm assumant qualem eas continentes obtinuerunt. atq; adeo juxta diversā variarū ptium contexturam variumq; modū quo fluidū æthereū a variis in locis transfertur, ut vel eund. succū varias diversarū ptium formas induere necesse fuerit. uno verbo idem fermè de succo nutritio ptib. solidis accrescente dicendū putaverim, qd de cerâ liquatâ cribro expositâ quæ dum aqueum qddam fluidum per cribri foramina intrà se admittit, frigefacta eand. planè foraminū dispoēm conservat hoc solo discrimine, qd illa ex assumpto tali ptium situ ō mutat tn̄ ~~cere~~ ceræ naām: contra quam accidit in succo nutritio qui cum ō penes

mār æthereæ cursus juvat succo nutritio in ptes convertendo

essentiales et integrantes succi nutritii ptes immutantur in nutritione

moleculas solum integrantes ut in cera, sed et penitus essentiales ptes intalem contexturae modum vertatur, priorem naturam deponere, atque aliam induere cogitur. atque hujus meae cogitationis plures confirmationes duci poterunt ex diligenti ptium quae nutriuntur observatione, praesertim vero ex reparatione quae fit ossium, cartilaginum, tendinum, cutis &c.... dum forte aliqua pars ablata est. etenim licet ejusd. plane conditionis succus ad mutilatae ptis superficiem feratur, diverso tn modo concrescit pro varia cujusque ptis substantia, et in osse quidem osseam, in cartilagine, cartilagineam, in cute cutaneam contexturam assumit. Jam vero quaeso vos an talis succi conversio in fermentum quoddam in osse, cartilagine, tendine contextum apte referri poterit? unde enim fermentum in osse ad ossificandum, ut ita dicam succum nutritium? in quibus vasis continetur? quae sunt ejus colatoria? qui si tot sunt diversa in sanguine fermenta quot diversae sunt ptes, sese mutuo non confringant, pervertant, destruant? haec certe sunt quae vix concipi possunt. quanto clarius intelligitur succum nutritium in ossis superficie delatum, propter [illegible] singularem materiae athereae ab osse continuo exiturientis motum propriamque determinationem in hanc ptem situ mutari, qualem stum naturam obtinere consuevit.

diversa succi nutritii mutatio variis varias ptes coeat non a termento.

Quaeres quaenam itaque sanguinis pars in succum nutritium facessere apta est, an globulosa ejusd. pars, an lymphatica?

an globulosa an lymphatica sanguinis portio ptes nutriat.

R. Equidem difficulter determinari id posse, praesertim ubi nutritio ptium essentialia sanguinis principia perficitur. namque forte tam rubicundae ptis quam lymphaticae ptes aeque aptae sunt quae solidis ptibus accrescere in nutrimentum queant. si tn intelligamus omnem nutritionem per essentiales sanguinis ptes sed per integrantes ejusd. moleculas absolvi: probabile videtur lymphaticam tenuiorem sanguinis ptem in succum nutritium abire. neque enim quod aliquae corporis ptes colorem intense rubrum praese ferant, continuo cum antiquis existimandum ptes aliquas esse sanguineas, quae pro cruore rubellos, intellige globulos, nutriantur. quippe omnes ut jam antea dictum est aeque candidae sunt eloto sanguine quo turgescebant. quod autem lymphaticae sanguinis ptes nutritioni ptium destinentur, patet in ptibus vulgo dictis exanguibus quales sunt tendines ligamenta, cartilagines, medulla cerebri, oculorum membranae &c..... quae licet sanguineis vasis instruantur sanguinem tn non pelluuntur in omnibus suis ptibus, tenuioremque lymphae ptem per varios canaliculos ab arteriarum extremis velut exsequunt. hocque addo verum est ut si densitatis conspicuis vasis sanguinis innumeratae ptes vulnerentur, ne guttulam quidem sanguinis profundunt, sed serosum limpidumque humorem coagulationi facile obnoxium qui genuinus est lymphae caracter. Deinde vero certum est in quibusque et quarumcumque ptium vulneribus dum cohibitus sanguinis effluxus, sordesque plane detersae sunt uberem

lymphatica sanguinis ptione ptes nutriuntur.

pbr 1o. ex ptium elotarum colore.

pbr 2o. ex variis ptibus quae sanguinem non suscipiunt nec vulneratae mictunt.

uberem succi lymphatici copiâ in vulneris cavitate manare, eundemque sensim concretu vel jacturâ factam resarcire, aut vulneru labia glutinis instar denuò colligare. demu si expendamus qm diversas lympha foas induere poit, nihil erit qd propositæ sententiæ vel leviter repugnemus. Etenim dum mittitur sguis in aquã, videmus lymphæ ptes dum ex aquæ contactu magis invicê uniuntur intestinumq; motum in filamenta fibrasq; muscularium æmulas [illegible] videmus item, dum sguis eductus in vasculis concrevit, tota illius superficiê concreta quæ lympha ē, in tenues velut lamellas membranaru instar resolvi posse, tandemq; siccatâ eand. lymphâ consistẽam fermè osseam acquirere. qd si ex ex edd. vitro varié tractato dum teritur in pulvisculum ẽpus molle, dum in tenuissima et capillaria filamenta ducitur corpus flexile mimusq; [illegible], dum in majorẽ et crassiorẽ molem eliquatum compingitur, ẽpus solidum, durum inflexileq; paratur: quidni ex unâ eâdemq; lymphâ varié dispositâ molliu viscerũ, flexiliu musculoru, et membranaru, solidoru et rigidoru ossium ẽpora strui effingique possint?

insfacto vulnere si adhibetur sguis fluens, detergantarq; sordes, emanas humor lymphaticus.

varias induere formas apta est lympha.

partes in omnes convertitur lympha.

Dices: Spiritus aiales suu quoq; symbolum conferre ad nutritionis opus, etenim obstructis, compressis resectisve partium nervis, atq; adeo inhibito spirituu aialiu fluxu in easd. utcumq; sguine ab arteriis adventant, sensim tn marcescere, tandemqe superveniante gangrænâ corrumpi.

R. Licet negari ō poit spiritus aiales aut qdcumq; fluidum per nervos ptib. amandatum juvare promovereq; nutritionē. vix tn statui posse spus ejusd. maam; præterqm enim qd obest nimia fluidoru spirituosoru subtilitas quominus ptibus accrescere point, accedit qd in ossib. nutritio perficiatur absq; ullâ spirituu operâ. quippe nullis ossa instruuntur nervis quoru ope fluidi spirituosi pticipes fiant: qd si marcescant ptes, et velut exsiccantur dum quo-quo modo spirituu commeatu defraudantur; certé illud totum ex longé alio capite qm ex subtracto alimento referendum ē. favent namq; plurimum nervi succi nutritii distributioni, quæ fit in ptib. mollioribus, quatenus videlicet eam tensionē conciliant cujus raõe earumd. pori patuli fiunt sguini lymphæq; continuò adventantib.: deinde veró quoniam qui fluunt spiritus in ptes ō minus dissipantur et avolant; sed plurimi quoq; sguini ptes allucnti rursum commiscentur, sic crassiusculas lymphæ ptes mobilitate et tenuitate quâ pollent maximâ exagitant dividuntq; ut inde tenuior facta angustos ptium nutriendaru poros facilé subeat. unde ō miru si interrupto spirituu aialiu filo ptes extenuentur. Cum veró cum defectu spirituum relaxentur atq; in sese concidant pori, ō pt sguis per eosd. nisi difficulter transferri, nec semel advecta pars lymphatica sufficienter liquari, solviq; ut pari solitaq; copia poris ptium nutriendaru insinuari poit. unde contabescere

spus ō st maa nutriõis

1° quia spus sunt subtiliores quam ut ptibus accrescant.

2° ossa privantur spiritibus.

spus juvant distributioem succi nutritii pororum distensione.

spus lympham ut sguine dividunt.

sensim et sine sensu intellsum adq; ob summa qm sguis in iisd. stagnans acrimonia contrahit, corrodi, exsolviq; uno verbo gangrenâ et sphacelo corripi necessum est.

Atq; hac quidem de nutritione simplici quae in sola ptium avolantium reparaone consistit dicta sufficiant. Veniamus ad eam nutritionis speciē quae in Infantib. fit, quaeq; notabile ptium incrementu producit. paucis examinandu quomodo tantillu foetus cpusculum ad virilē magnitudinē proceritatis extendatur: ita ut ad certum usq; tempus ab infantia plus nutrimenti accedat corpori qm decedat. sed jam explicato nutritionis modo huic quaestioni magna ptem satis factum ē. id unu examinandu relinquitur, unde major nutrimenti copia ptib. accrescat in pueris qm in Adultis. quocirca observandu occurrit Infantu cpus longè mollius ēē qm Adultoru, imò et horu sguine multo magis aqueosu eo nomine quod vel solo lacte nutriantur in quo seri copia reliquis praepollet. unde sic licet incrementu ptium deducere. cpora quae molliora sunt et laxiora eo minus resistunt cporib. quibuscumq; impingentib. eo faciliùs dilatantur expanduntur q; sed Infantu puerorum Adolescentu cpora molliora sunt qm cpora viroru; go faciliùs extenduntur. jam quoniā dilatatae puerorū ptes protinus occupantur à succo nutritio qui continuo per arterias adducitur. patet puerorū cporib. majus incrementum inde accessuru qm cporib. viroru. Verum haec mechanica applicaoem ulteriùs desiderare videntur. itaq; supponamus ex dictis cpora puerorum molliora ductiliaq; magis eē qm Adultoru, esse dum sguis ptib. allabitur, quoniā ex motu lationis et intestino ciētur ō pt. quin in suo transitu vim afficiat in transitu pororu et canaliculoru per quos transfertur in Venas, quin item ppter dilataoem aut novos aut ampliores efficiat poros. quocumq; tandē id modo fiat, certò vel novi vel ampliores praesto erunt meatus, in quos succus nutritius insinuari possit, adeoq; ptes augeri necessum ē. deinde quoniā succus nutritius scatet ptib. aqueosis, etiam dum accrevit solidis ptib. ō poterit ō quandā fluxilitatē servare cujus raoē ptes mollitiē ad multum tempus retineant; tanto magis qd sanguis adhuc crudus ēt et aqueosus, leviq; fermentaoē quâ cietur ō pt aqueosu ptium humorē discutere et resolvere unde tandiu crescent ptes, quādiu mollitiē quidam servatura sunt

Porrò quoniam assiduo solidoru alimentoru usu continuoq; motu sguinis pcipia dudum depressa sensim extricantur fermentaoemq; inde majorē suscipiunt, fit ut aqueosae ejusd. ptes vel magis reliquis pcipiis confundantur vel resolvantur. unde succi nutritii fluxilitas minor, minor item ptium nutriendaru mollities emerget. cum enim sguinis motus intestinus major evaserit; ita fluidu solidis ptib. interspersu dissipabit, ut eam

accretio à ptium mollitie pendet.

hanc juvat lac alimentum sanè humore multo impregnatum.

mollities ptium retinetur ab humore succi nutritii.

ab alimentis solidis eripitur et succi nutritii fluxilitas et ptium mollities.

tandẽ soliditatẽ aut rigiditatẽ acquirant quæ ulteriori dilatationi perpetuò resistat: unde licet quæ recedunt ptes resarciri quidem possint, plures tn accedere ō poterunt qm avolarint.

Deniq; quoniã provecta ulterius ætate pcipia magis ac magis exsiccantur, saliaq; massæ sguineæ fiunt duriora, manente tn plurium rigiditate imò aucta, fit ut ō modo ō dilatari possint ptes ad majorẽ succi nutritii copiã admittendã qm pro jacturæ diurnæ raõe postulant, ut etiam necessariã congruentẽ debitamq; suscipiant ad cporis conservaõem: siquidẽ partes progressu temporis induratæ eam elasticitatem acquirunt, ut dum ab irruente sguine dilatantur admittuntq; nutritiũ succum, suâ contractione et systaltico motu rursum eund. è suis poris excludant; ac demũ quoniã salinæ ptes in senib. plus nimiũ exsuperant asperitate suâ motuque varios cporis canaliculos per quos trajiciuntur sensim exedant extenuantq; integra ut tandem machina gracilior facta contabescat.

unde gracilius tenuiusq; fit cpus in senibus: id contingit

raõe ptium salinarum sguinis quibus abraduntur solidæ ptes;

raõ motus systaltici majoris

Caput IV

Corollaria ex præcedenti doctrinâ

Ex dictis in præcedentibus.

Colliges I.° receptissimã hanc humorũ alibilium divisionẽ in sguinẽ, pituitã, bilem et melancoliam vanã eẽ, nec ullo satis firmo nixã hactenus fundamento: neq; enim inde statui pñt, qd in venæ sectione massa sguinea in vasculis recepta abeat in humorẽ flavum, albũ, rubrũ et nigrum, tanqm in bilem pituitã sguinẽ et melancoliam. Etenim I.° flavus ille sguinis color ō alimentariæ bili imò recrementitiæ paulò magis excitatæ tribuendus eẽ, qd abundè liquet ex sanorũ sguine qui rarò serum hoc colore infectum de se promit. deinde licet illud concesserim Antiquis humorẽ hunc qui concretus albicat, quemq; nos hisce temporibus lympha vocamus pituitam eẽ, imò et rubellos globulos in limpha innatantes verũ eẽ sguinẽ; vix tn ex vena sectione succũ melancolicum adstruere

sguis, pituita, bili, melancolia ō st succi alimtarij.

illi humores qui in sguine tuso reperiuntur, ō pñt dici alimtarii.

ex venæ sectione ō pt astrui sguis vel succus melancolicus

dicit admeretur, asseri ō pote nutritius.

possent: Et verò quantumq; nigricet cruor qui ad fundū vasculorū subsedit adeoq; et leviter observantib. videatur, disparis ēē conditionis ab eo qui superficiei proximus ē, si tn aëris contactu patiatur, floridū planè colorē induit eo similem illi quo prima superficies imbuta est.

Sguis nigricans aëris contactu rubescit.

Deinde qd ajebant Antiqui in quovis hoc, et quavis anni tempestate distinctos humores medicamentis educi, et à Chologogis bilem, à phlegmagogis pituitam, à melanagogis melancoliam parū videtur favere stabilitæ sententiæ de humorū quadrigâ; namque ut alio loco fusius dicetur, illud humorū discrimen ē tam ex sguine repetendū qm ex diversâ catarcticorū tincturâ aut agendi raōe, quo fit ut iidē planè qndoq; flavo, qndoq; albo aut subnigro colore inficiantur.

humorum purgaone excretorū color et tperatura à medicamto.

Neque magis urget raō qm ducebant Veteres ex corporis compositione qm fieri volebant ex quatuor vulgarium Elementorum miscelâ. dato enim hoc, nempè quatuor Elementa concurrere ad solidarū et fluidarū ptium compoem inde tn ē sequeretur in massâ sguineâ latitare humorē calidū et humidum aëri respondente; frigidum et siccū terræ, calidū et siccū igni; humidū et frigidum aquæ: cujus generis ēē statuerunt bilem sguinē pituita et melancoliam: qui enim, amabo, sicci humores intelligi psint, qui omnes suis terminis, ut ajebant, difficulter continentur: qui frigidi ēē psint, qui jugit qndiu vita consistit, calore omnes perfunduntur: quorsum ex mutuo concursu penes proprias qualitates ē infringuntur; ita ut longè aliud emergat planè corpus qm qd primùm ad sanguinē producendū confluxit. Certe pari jure quis dixerit in solidis ptib. quatuor ēē diversi generis ptes, alias quidem humidas et calidas, alias calidas et siccas, frigidas alias et humidas, alias demū frigidas et siccas. Scio equidem hoc haud ægrè concessum iri. Verùm quæro quo fundamento statuantur ossa calida humidaque quæ planè solida sunt atq; frigida statim ac removetur sguis; quâ raōe calidū statuetur hepar et humidū qd similiter absente sguine friget et exarescit. itaq; videntur Antiqui totam hanc doctrinā de quatuor humorib. induxisse quo diversa diversorū hoīum tperamenta facilius explicarent. Verùm remotâ hac humorū farragine haud difficulter pnt intelligi varia quæ penes primas qualitates noēn sumpsêre temperamenta. ex variâ namq; dispoē pticularū sguinis, hoc ē, globulos et lympham constituentiū penes motū quietē, saporē, odores &c. . . . æquè diversa emergent tperamenta ac si ē quatuor modò, sed et infinitos humores inducas. Et qndoquidem verò usus jam invaluit quibusd. respectu habito ad IV vulgares qualitates calidū humidum seu sguineū; aliis calidū et siccum seu biliosum; nonnullis frigidū et humidum seu pituitosum; reliquis demum frigidum et siccum seu melancolicum assignare temperamentum; receptis nominibus sic utemur, ut varios potius sguinis status qm diversorū humorū diversas qualitates arguamus. Verum anteqm ad rem: obiter illud annotandum

licet cponeretur cpus ex Elemtis, ē deduceretur cpori inesse humores singulis elemtis respondentes.

nullus humor siccus

nullus in cpore frigidus.

nec inst solidis ptibus ptes elemtis antiquorum respondentes.

ptes universæ solidæ à sguine calorem, frigent &c.

unde . . .

varia ptium tperamta à diversō sguinis statu non a diversis humoribus.

Antiquos temperamenta ē tam ex humorib. qm ex propriâ solidaru partium temperaturâ deduxisse, imò et humoru temperiem tamqm à fonte à principum partium penes 1.as qualitates contemperaōē repetere consuevisse. Et verò licet ptium temperie pro variâ humoru conditione hoc vel illo modo foveri aut immutari faterentur. prima tn humoru crasim putabant à solidis ptib. desumenda adeò ut v.g. quib. hepar qd sguinis officina retroactis temporibus audiebat, calidum, frigidum, humidu, siccum &c. . . . . à primordiis obtigisset. - - - - - - - - - - - - item et humores frigidos siccos vel potius pituitosos melancolicos continuò producendos eē censerent. attn si paulò attentius rem examinabimus; ne quidem magis audiendi veteres in hac re quam dum 4.or humores qualitatib. inter se discrepantes nobis ostendunt. qui enim intelligi potē solidas ptes, quæ ex se nullius actionis capaces snt, tam diversas humoribus qualitates conciliare. Et quid hepar? quid cor, aliaqi ptes præstare possint in sguine, qm ut eundi receptum vel suis recrementibus expurgent ptib. vel transferant, aut adductu ad nutritionē elabi sinant in venas. profectò idē plane veteribus evenisse putaverim qd illi qui lebetem aquâ infusâ calidâ plenu contingens obstinatè contenderet ē aquā lebeti, sed lebetē aquæ calorē communicasse: Et verò demus Antiquis ptes solidas suis qualitatib. primis instructas eē: anne, quæso, siccitas ptis alicujus aliquid collatura erit ad siccoru humoru generaōem? anne calor hepatis v.g. calorem in sanguine producet intensu qd ipsum ex se remoto sguine minus calet imò friget. Deinde Quæro an pars aliqua in cpore sit quæ sguine humidior sit, quæqi ut sic impprie dicam, humiditatē sguini conciliare possit? hæc snt quæ nemo sanæ mentis unqm admittet. porrò statuendu ptes oēs solidas, si quâ temperie donandæ sunt, oēs ex se frigidas eē, aliasqi aliis solidiores eē vel molliores; Atqi hoc veru ē qd negari illis nefas sit. Veru hoc qntumcumqi ē nihil singulare in humorib. producturu ē. ut inde advertere nos deceat, ad cordis, cerebri, jecoris aliorumqi ptium temperamentu ad functionu naalium vitalium et aialium raōē eruendam, vel ad mboru curaōem facilius instituendam . id unum scire nobis expedit bene nē habeant quoad contexturā suā figurā meatus et cavitates, numeru situm &c. . nec ne? prætereaqi nihil video quid sit. scilicet, erroris occasio fuit Antiquis aliter facta ~~mboru observaō~~. observaō mborum intemperiei. cum enim calente prætermodu jecore puta, observarent calere similiter totum cpus, argumentu inde sumpsere calorem sguinis imodicu, adeoqi et reliquaru ptium in hepar referendi; ē advertentes calorē istius ptis ab humorib. ibidem ppter obstructionē, angustiam vel qmcumqi aliam caām stagnantib. corruptis vel fermentantib. ortum ducere: qd idem ad reliquas ptes aliasqi intemperias referri pt. sic enim quoniam languidè pulsat cor, frigentqi extremæ ptes, ē continuò frigere statuerunt cor,

errant antiqui ubi fluidarum ptium temperamenta à solidorum temperamentis deducunt. imò

ducendum est solidorum temperamentum a fluidorum temperie.

frigent solidæ ptes negato sguinis concursu.

exemplum lebetis ab aquâ calidâ infusâ calescentis.

oēs ptes solidæ sunt frigidæ.

quæ noscenda sint in solidis ptibus

unde ita errarunt antiqui ut a solidis fluidorum temperiem deduxerint

imò verò sguinē debilemq; cordis motum ē à caloris nativi innatiq; defectu, sed potius ab imminuto sguinis motu adeoq; et calore illius, cujus raoē fiat, ut paucas admodū ptes motivas suppeditet cordi ex quibus.

solidarum ptium tperamentum à sguine.

Colliges 2°. Temperamentū totius compagis ptium solidarū cporis si ad primas qualitates attendamus ex ipsa humorum contemperaoē deducendū eē; namque idcirco frigent ptes quonia friget sguis vel potius minori motu fermentaois cietur. ideo calent qa intensa ē sguinis fermentao, unde calor: eatenus humidæ mollesq; quonia sguis serosus ē, aqueisq; pticulis refertus, qintantū deniq; aridæ siccæq; qonia sguis serosis ptib. ob intensū motū fermentaois depauperatur.

à sguine solidæ ptes calent frigent, humectantur, arescunt.

Quod si quædam cporis ptes aliæ aliis calidiores sint, aliæ aliis frigidiores; totum ē in ppria cujusq; temperatura referendū erit imò verò in majore vel minorem sguinis copia, qm intra se admittunt: adeoq; si cerebrū, tendines, membranæ, tendineæ, cartilagines, ossa, ligamenta respectivè ad aliquas ptes frigida; si cor, hepar, renes, musculosæq; carnes calida dicentur; id unū intelligemus, autopsia anatomicâ convicti, ptes illas ob vasorū angustiam minoremq; eorumd. divaricaoēm sguinis rivulos minores in se suscipere: has verò et majores et multo plures, quo fit ut ptium majore vel minore fluidi calentis admissa copia vel frigere aut calere dicantur. Verùm ut jam dictum ē, hæc temperamenti ptium solidarū consideratio ferè inutilis ē tam in theoriâ qm in praxi medicâ: neq; enim eatenus perficiunt actiones suas ptes solidæ, quatenus vel calidæ sint frigidæ, humidæ aut siccæ hoc vel illo gradu: sed quatenus contexturâ certâ donantur ad sguinis spiritumq; transmissionem et percolationē, quæ oīa ex pororū debitâ conformaoē, nequaqm ex illis primis qualitatib. repetenda sunt. unde

rão sanguinis majore vel minore copiâ suscepti ptes st calidiores t frigidiores.

ptium solidarum actiones ō procedunt à temperie.

Colliges 3°. Si quæ temperamentorū rao in cpore habenda ē, ad humores simpliciter attendendum eē; quonia tn ut in I.ª hujus tentaminis pte vulgares I.as qualitates priores supponere diximus, motū nempè quietē et figurā asperitate, lævitate, subtilitate crassitiem saporē &c.... nec quatenus præcisè calet sguis aut friget, idcirco functionib. obeundis aptus ē, sed quatenus hoc vel illo motu cietur, fluidus ē, hoc vel illo modo spirituosis abundat ptibus mobilibus &c...: idcirco rejecta antiqua definioē licet in genere temperamentū k in humorib. definire, qd sit debita ptium sulfurearū, salinarum aquearū et terrearū pariès qntitate figura connectione et motuū proportio ad functiones ritè obeundas. Enim verò ex eo qd enumerata sguinis elementa invicem justâ pportione commisceri, subigi, connecti, moveri simul intelligimus contemperaoēm qndam statuamus oportet; unde patet, quonia secundum pportiones indefinitas elementa sguinis concurrere pnt; innumera quoq; inde manare temperamenta, nec quaternario numero comprehendi posse. Verū quonia difficulter admodū dignosci pt, quota pars sit sulfur in sguine respectu salis; quota sit sal respectu terræ et sic de aliis: sed insuper multa

temperamtum ergo in solis humoribus qsiderandum.

temperamentum est certa aquearum, terrearum, salinarum et sulphurearum ptium pportio in qtitate figura, connexione ad functiones ritè obeundas.

ō 4or solum temperamta: sed infinita et innumera.

alia consideranda sunt in principiis ad temperamenti speciem determinandam motu nempe fluiditatem et crassitiem asperitatem et levitatem saporem &c.... quæ plane sensib. obvia non sunt quæque, at sui indicium externarum partium considerationi penes 4.or vulgares qualitates, aptitudinem ad motum vel inaptitudinem ingenii acutiem aut tarditatem requirunt, idcirco licet arbitrarium existimemus temperamentorum numerum veterib. assignatum, ut tum illa velut signa nobis sint veræ legitimæque temperiei sanguinis, mutatis mutandis quodamodo retineri possunt.

retinentur et numerus et nomina temperamentorum antiquis usurpata

I.° calidum itaque humidumque vel sanguineum vocabimus corporis temperamentum illud in quo exteriores partes blando humidoque ut vocat calore perfunduntur, ex quo significatur sulfureas sanguinis partes cum aqueis justa proportione exacteque invicem commisceri: fermentationem item totius massæ blandam esse, saliaque acida volatilia cum alk. sic congredi, ut eum nec sero nimium diluantur nec per ejus absentiam concrescant in moleculas majores, non nisi motum lene suscipiant tribuantque reliquis sanguinis elementis. quib. autem sanguis ita constitutus est à suis primordiis, illi plerumque carnosi sunt, hilares et ingeniosi, habiles ad motum &c.... Etenim I.° quoniam neque regurgitat phlegma in massa sanguinea, sed æqua proportione reliquis principiis admiscetur, sequitur fluiditatem succi nutritii eam esse quæ requiritur ad rectam partium nutritionem, auctionemque præstandam. quoniam verò vegeta sanguinis fermentatio spirituum animalium parens est; sequitur hoc temperamento donatos uberiori quoque spirituum copia gaudere et propter musculorum flexilitatem ad motum habiles esse. 3.° quoniam cerebri substantia nec mollis est nec compacta nimis haud secus ac reliquæ partes; sequitur illam variis ~~spiritum~~ spirituum, (qui plures sunt) motib. haud ægre obsequi, unde Ingenium. quoniam deniqu hilaritas non nisi ex debita salinarum partium cum sulfureis permixtione et contemperatione, et libero sanguinis et spirituum fluxu dependet, ex minori item attentione ad molesta graviaque objecta quæ cum flexilitate fibrarum cerebri et varioque spirituum motu consistere non potest sequitur et sanguineo temperamento donatos præ aliis hilariores esse. demum quoniam principia massæ sanguineæ fermentatione blanda cientur, neque avolant facile sales volatiles alk. sed in sulfureis partib., quas plures solvunt, intricati remanent; sequitur globulosam sanguinis partem in ejusmodi corporib. multo majorem esse quam in reliquis temperamentorum specieb. Et verò certum est, floridum aut quemcumque colorem partium non nisi à sanguine ducendum esse: unde si color habitus in his quam aliis floridior erit, illud totum in floridiorem et copiosorem globulosam sanguinis partem referendum.

sanguineum temperamentum quid et unde.

cur sanguinei mobiles sint et hilares.

atque carnosi

cur ingeniosi.

in quo consistat hilaritas.

sanguineorum floridus color à globulosa sanguinis parte.

2.° Calidum et siccum seu colericum et biliosum appellabimus temperamentum, illud in quo exteriores corporis partes intense calent cum adjuncta cutis asperitate et siccitate. qui autem hoc temperamentum nacti sunt, ut

quid biliosum temperamentum

quae biliosorum constitutio. — plurimum macilenti, graciles, agiles, ad iram proni et coloris pallidi vel subflavi ex quo intelligitur 1° intensa esse sanguinis fermentationem, quoniam calor dispartium, ut jam dictum est, sanguinis proles est. rursum quoniam intensa fermentatione fluidiores et aquosae particulae non a liquidis modo sed a solidis partibus excutiuntur; sequitur et cutem inde et sicciore, seu quod idem est duriore et magis rugosam asperamque evadere. 2° quoniam intense non pt. sanguis fermentari, nisi crassiora invicem concurrant principia: sequitur in hac sanguinis constitutione tum acidas tum alk. ejusd. partes paulo crassiores esse quam in priori, atque adeo magis resistere fluido aethereo praeterfluenti. unde motus eorumd. major. 3° quoniam minor est copia globulosae illius rubrae partis in sanguine biliosorum hominum quam sanguineorum imo superabundant flavae partes quib. serum inficitur, flavedoque sanguinis a sulfure minus soluto ab acribus: sequitur acida vel ad minus salsa in biliosis praepollere salib. alk. id quod patet ex eo quod biliosi tandem melancolici fiant. 4° quoniam sanguis per fermentationem ut dictum est, aquosis partib. expoliatur: sequitur succum nutritium crassiorem esse quam ut per angustos partium poros ubertim distribuatur adeoque et marcescere inde necessum erit. 5° quoniam spiritus minori phlegmatis copia diluuntur, sed propter intensa fermentationem extricati admodum sunt a consortio partium terrearum: sequitur et acriores esse et majori suscipiendo motui aptiores unde et validius refluent a partib. externis et magis inflectent, divellentque fibras cerebri motumque suo toti emporio cerebri coicabunt. unde nulla seria cogitatio, nulla attentio praestari poterit ad circumstantias ex quibus malum objectum minus evasurum est. tum autem ira motus non nisi ex molesta gravique facta impressione in cerebro suboriatur: sequitur impressione majore caeteris praevalitura; atque adeo ex legib. animae tum etiam ex propria virium confidentia ad vindictam ejus esse comparandum. demum quoniam sulfureo-biliosae partes in sanguine multae sunt, quae ut jam diximus, serum inficiunt; sequitur sanguinis colorem floridum notabiliter infringendum, adeoque et partes singulas a non rubro sed pro ratione excessus bilis, vel pallido, vel subflavo colore saturandas esse.

Marginal notes:
- quae biliosorum constitutio.
- in his summe fermentari sanguis hinc calidi.
- hinc sicci et asperam habent cutem.
- summa fermentatione ~~crassa~~ principia coeunt et crassiora evadunt.
- unde sanguinis flavedo.
- biliosis acida vel salsa ~~abundant~~ praepollent alkalinis.
- unde biliosi sint macilenti et graciles.
- in biliosis spiritus acriores et ad motum aptiores.
- cur biliosi parum attenti.
- cur iracundi et vindices.
- cur flavi vel pallidi.

quid Melancolicum temperamentum.

3° **Frigidum** et siccum vocabimus temperamentum in quo exteriores partes frigent vel parum admodum calent cum adjuncta siccitate et asperitate cutis. hujus autem constitutionis homines ad motum tardi sunt, meditabundi graves meticulosi. unde colligitur 1° sanguinem lente admodum fermentari qui non nisi lene in partib. inferiorib. producat calorem. 2° illius principia intricata esse admodum invicemque connexa quae non possint angustos partium poros penetrare ad debitamque largamque nutritionem. 3° quoniam imbecillis est sanguinis fermentatio: sequitur spiritus animales primum quidem pauca copia generari, deinde vero non nisi tenues. Et paucos quidem ex eo quod levis motus non sufficit multorum

Marginal notes:
- cur frigidi melancolici
- cur graciles ~~et macil~~

extricationi: tenues verò caeteris quia lenior sanguinis motus facilem ò praepedit eorundi secretione à reliquis spiritibus, contrà quam accidit dum paulò major est: cum enim oia perturbata nimis in sanguine moveantur, spiritus facilius associantur heterogeneis; unde 4º sequitur melancholicos ad motum tardos et levi labore musculorum defatigari. cum enim agilitas et ~~valor~~ robur corporis à spirituum vi copiâq; dependeat, intelligimus statim tarditate ad motum ò nisi à minori spirituum copiâ motusq; ortum suum habere. 5º quoniam spiritus minori copiâ separantur in cerebro, atq; adeò minori copiâ fluunt in partes; sequitur illos velut stagnare in cerebro neq; enim ex hoc in subjectas partes fluunt, nisi continuò pellantur ab aliis quos parcius secerni dictum est; unde cum diutius remorentur, factas objectorum impressiones saepius refricant renovantq; aut altius imprimunt, unde meditatores. 6º quoniam gravitas est nisi ex seriâ majoriq; circa quaecumq; objecta attentione suboritur, quae ò patitur mente ad inania divagari; sequitur et gravitate melancolicorum comitem fore. deniq; quoniam metus ò nisi ex forti cogitatione mali imminentis oritur cum adjunctâ sui propriarum virium diffidentiâ; sequitur melancolicos ut cogitabundi sunt attentius ad objecta noxia cogitaturos, et propter expertam virium suarum debilitatem datâ quacumq; occasione, formidine premendos esse.

cur tardi ad motum et facile defessi

cur meditabundi.

cur graves genio.

cur meticulosi

4º. Frigidum et humidum et quod idem est phlegmaticum aut pituitosum appellare libet temperamentum illud in quo exteriores corporis partes tactui frigidae sunt humidae vel potius molles. quibus autem hec temperamenti species obtigit illi obesi sunt, ad motum tardi, ingenii obtusi, colore verò totius corporis albi. ex quo patet 1º sanguinis fermentationem leve admodum esse, quae calorem partibus externis conciliare ò possit intensum. 2º quoniam humiditas mollitiesq; oium partium à contento humore dependet; sequitur sanguinem pituitosorum regurgitare nimiâ seri vel potius aquosi humoris copia, unde cum caeteris laxentur solidae partes, aliundè verò succus nutritius paulò fluidior existat, mirum videri ò debet in majorem molem excrescere partes, imò et multam hic atq; illic adipis copia aggeri; cum enim sulfureae partes ob debilem motum fermentationis sufficienter solvi ò poiunt, atq; ob seri copiam invicem uniri cogantur, semel secretas adiposas partes diutius in vesiculis adiposis defectu motus remorari necessum erit, adeòq; pituitosi pingues evadunt. 3º quo quoniam sanguis aquosus est praeter modum sequitur spiritus inde prolicitos paulò aquosiores secerni in glandulis corticalibus cerebri, eorumq; motum paulò obtundendum esse. deinde quoniam partes musculosae ex dictis sunt molles sequitur spiritus in easdem influos minorem tensionem producere quam si firmiorem structuram nacti eorint. Etenim praeterquam quod qui fluunt spiritus, se-

quid pituitosum temperamentum

in hoc leniter fermentat sanguis.

aquosus est sanguis

cur pingues imo pituitosi

cur ad motum tardi

tardi sunt, energiæq; admodū debilis ad fermentaōem cum copula sulfurea suscipiendam, accedit qd præter canaliculorū aut pororum in quib. isthæc fermentatio perficitur amplitudine, multò minor evadat qm si in angustiorib. peragerètur.

alia ejusdem ratio.

2º quoniam alacritas ingenii ē nisi à libero vegetoq; spiritum aialium motu, itemq; à flexibilitate fibrarū cerebri cum aliquâ tensione conjunctâ, sequitur pituitosos ingenio tardos fore: Cum enim ppter mollitiē nervorū lentius et minori vi refluant spiritus à sensuū organis versus cerebrū; sequitur factas impressiones ab objectis externis nisi vehementes ex fuerint vix ad cerebrū pertingere posse nec comunicatarum vestigiæ in fibris diū consistere posse: Cum enim justo molliores sint statim à facta impressione collabuntur in sese: unde cum ob tarditate motus spiritum renovari subindeº possint adeoq; nec aia sæpè recoquere hæc quæ semel cogitavit rudes inexpertumq; prorsus ingeniū futurū ē.

cur genio sint obtuso

demū quoniam sguinis fermentaō in pituitosis debilis ē, adeoq; nec salia volatilia sufficienter extricari pnt nec extricata nisi debiliter agere, ppter redundātem phlegmatis copiā, quâ penè obruuntur; sequitur multò minorē fieri sulfurearū ptium solutionē, atq; adeo pauciores inde producendas ee cruoris globulos; unde cum serum limpidum et sulfureæ subalbæ ptes in sguine prædominantur, color albus toti cpori conciliabitur.

cur albidi.

cæterum qui temperamento donantur sguineo, illi jure moderato gaudere temperamento dicendi sunt, nullum enim functionib. obeundis quibuslibet accomodatius tres aliæ temperamentorū species quales snt biliosū melancolicum et pituitosum intemperatæ quodamodo sunt. illæ namq; aliquam saltem functionē seu aialem seu vitalem aut naalem quodamodo lædant vel exerceri liberè ō patiuntur.

sguineum tperamtū optimum. et temperatum.

intperata tria.

Quod autem ajebant Antiqui, quatuor ee temperamenta simplicia, quatuor composita, vanū ē et exquisitè nimis ex suis pñpiis deductum, qm nullo usu comprobatū. neq; enim ullum cpus ab excessu caloris calidū simpliciter statui pt, quin et continuò siccum; neque frigidum quin continuo vel humidum vel siccū et sic de reliquis.

non dantur temperamta cposita.

neq; majoris ē momenti qd monebant temperamenta vel absolutè consideranda vel respectivè. absolutè quidē in uno eodemq; subjecto, ut dum hoc raoe status massæ sguineæ calidæ et humidæ dicitur intemperiei frigidæ et siccæ &c.... comparatè verò ut dum instituitur comparaō hoīs ad res diversi generis v. g. ad plantā vel dum ad res diversæ speciei, ut dum hoēm cum leone, vel dum ad ejusd. speciei individua fit collatio: ut dum Petri temperamentum ad temperamentum Antonii comparatur; vel demū cum idem Individuū ad seipsū vel varias sui ptes

confertur. Etenim illa oia vix obtinent usum quendam in praxi medicâ multò minùs in theoriâ. ō diffitebor tn considerationem temperamentorū sdūm varias ætates (ætates) suis usibus non ēē destitutam: namque et sdūm vitæ decursum varias subit massa sguinea mutaões, quas nosse Medicorū interest tùm ad rectam phænomenon variorū raōem eruendam, tùm ad curaōem morborū instituendam, haud inutiles ē annotasse in physiologicis Infantes temperamento frigidos et humidos: Juvenes calidos et siccos, senes verò frigidos et siccos aut frigidos et humidos. Verum si comparantur juvenibus Infantes, profecto Infantū calor longe minor et membrorū laxitas multo major qm Juvenū. itemq; si senib. juvenes certè major ē quoq; eorū calor qm senum licet quoq; senes multò sicciores evadant: nempe quoniā ab ipsis vitæ primordiis sguinis pcipia adhuc cruda sunt necdum extricata sed copioso phlegmate obruta, fermentaō eorumd. ō nisi lenis admodū excitari pt. unde minor calor, deinde verò quoniā diuturnâ fermentaōe pcipia sensim et sine sensu atteruntur extricanturq; et eand. augeri et luxuriante aquosū humorē discuti ē necessum ē: unde calor et siccitas juvenū. 3° quoniā productâ ad multum tempus fermentaōe pcipia activa sensim dissipantur, exsolviturq; penitus humor aquosus, sguinis motu imminui et ppter humoris difflationē exsiccari ptes solidas in quibusd. in aliis verò ppter vitiatas perversasq; alimentorū coctiones serosos et pituitosos humores aggeri oiō necessū ē. uno verbo idem fermè dicendū de variis massæ sguineæ ptib. qd de fructuum mutaōib. Etenim videmus novellos fructus plerumq; ob pcipiorū compressione modo aquosos modo austeros. mox verò diuturnâ coctione et pcipiorū attritione dulcescere donec difflatis ptib. spirituosis vel exarescant aut in Deliquiū abeant corruptivum. neq; hic audiendi snt Antiqui dum statuunt Infantiā calidam ēē et humidā: namq; si temperamenta Infantiū et Juvenū conferantur certè vel tactu judice frigent Infantes. Scio equidem Antiquos ut solverent vulgarē experientiam variis commentis fuisse, egregiamq; illam caloris qualitativi nativi et calidi innati distinctionē usurpasse. sic ut dum faterentur calorē qualitativū majorē ēē in juvenib. qm in pueris: obstinatè tamen negarent calidū innatū majus ēē, namq; volebant humidum quod primigeniū appellabant, qdq; caloris nativi pabulū statuebant in pueris abundare. Verū allata hæc distinctio nullo fundamento nititur. neq; enim calor nativus et calidū innatū ullatenus inter se discrepant; nec si forte quis concederet Antiquis humidū primigeniū hocest pabulum caloris nativi in pueris abundare continuò fateri cogeretur calidū innatum majus ēē: quasi verò oleum pabulum flammæ et caloris subjectum statuat. idcircò concludere liceat in lampade accensa minus calore qm in vasto ~~lebete~~, sed ~~nec caloris~~ —

Margin notes:

varia in variis ætatib. temperamenta

unde temperamentorum varietas.

difflato humore sguinis aquosiorum vel aquosum accidit temperamentum.

errant Antiqui dum infantes putant juvenibus calidiores.

expuitur calor intensivus seu qualitativus et nativus Antiquorū.

nati simpliciter bullit, eatenus qa minor olei copia in lampade qm in lebete; sed nec caloris nativi nec humidi primigenii notiones ab Antiquis inductae hisce temporibus placent adeoque

quid humidum primigenium et calidum innatum apud Newtonicos.

quid eadem apud Antiquos.

Colliges 4o. Calidum innatu humidumq; primigenium aliud nullum ee qm sguinē ipsum fermentantem. qd ut clarius pateat obiter e proponenda ē sentea veterum ea de re. itaq; definiebant calidum innatum humidu primigeniu per omnes cporis ptes ç partium spiritu indito et calore nativo undiq; perfusum. humidu verò primigenium dicebant esse substaan humidam pinguem et oleosam per omnes corpus diffusam quâ calor nativus tanqm pprio pabulo conservatur. denique eo statuebant calore nativum ea qualitate aiantib. ppriam et familiare cujus beneficio vivant et functiones suas exerceant. Ex quo intelligitur tria concurrere ad calidi innati constitutoem, nimirū humidū primigeniū spiritus insitos et calore nativū quae oia licet debito modo explicata quodamodo sustineri point, quo tn modo ab Antiquis accepta sūt planè ridicula aut supervacanea videntur. Etenim I.o volebant substaam illam pingue et oleosam ab ipsis primordiis generaois solidis ptib. inditam: verùm licet ō negaverim in ptib. solidis inee variis in locis qntulam ptem humoris pinguis vel succi nutritii potius ornandum appositi; vix tn concesserim pingue ejusmodi, ut vocare amant, humore ibidem ab ipsis primordiis tanqm seminis prolem ad integra illius usq; consumptione perseverare.

expenditur humidum primigenium Antiquorum.

deinde quo fundamento et cuinā usui statuatur pinguis illa substaa in ptib. solidis qua perpetuò foveri indigeat à sguine et ne momento quidem sine jugi ejusd. affluxu conservare nativum calorem poit. anne vel quadrantis horae spatio sufficere poterit pabulum calori nativo? hae certè sunt quae difficulter quis intelligat. demū si ita ee ptes solidas ee praesente sguine calere absente verò frigere; quorsum recurramus ad humore fictitiū infixū ptib.; quasi verò sguis per se calore ptium fovere ō posset. neq; dicas humidū illud primigeniū nutritioni, et vitalitati, ut sic dicam, partium inservire. namq; jam supra ostensum ē nutritione ex mechanicae legib. fieri, neq; ullum humidum in ptib. nullum calore nativū requiri, sed simplicē ptium penes poros dispoem, cujus raoe has vel illas sguinis ptes admittere comparatae sunt.

humidum primigenium nihil prodest nutritioni.

idemq; de vitā ptium dicendum occurrit, quae ō in calore, sed in motu ptium fluidarū recteq; solidarū structurâ consistit. porrò si ab ipsis generaois primordiis inest sguis in ptib. singulis; si temperies ptium ab eod., nec ulla functio cporea sine sguine perficiatur nihil ē qd comminiscamur aliud humidū. jam nec vacat rursum incumbere refutaoi eorum quae de calore innato dixerunt Antiqui, quib. pro merâ qualitate habebatur. namq; in I.a hujus tentaminis ptes fusè quid de qualitatib. absolutis censendum proposuimus. illud obiter dixero licet

expenditur calor innatus.

forté calorē nativū concederemus in corpore eo sensu quo Veteres hunc admiserunt, nihilominus tn perpetuo ab ipsis recedendū ubi ad subjectū illius ventum est, quippe aliud nullum ē ex præmissis qm sguis ipse rité dispositus, neutiqm veró solidæ ptes à quib. coicari sanguini contendebant. 3.° nec majori fundamento statuerunt calorē innatum à spiritu insito foveri; quis enim et illud hoc loci repetamus insitum animo fingere queat spiritum ~~insito~~ foveri; cujus ptes solidis ptib. infixæ sunt. qd si spiritum insitū in humido primigenio latitare ttmmodò dicas; num multiplicas entia sine necessitate:? an non vitalis spiritus seu potius sguis fermentans à cordis ptib. comunicatus, sufficiat? an non quæcumq; fictitius ille spiritus, præstiturus ē sguis recte constitutus ad vitam in ptib. conservandā:? ergo calidū innatū humidumq; primigenium aliud nullum erit qm sguis ipse qui fermentatione suâ calorē toti corpori conciliat, et ratione discrepantiū suarū partium nutrimentū præbere comparatus ē: qd si tandem calor corporis sufflaminetur; illud totum in vitium sguinis referendū erit, qui propter attritionē pejorem suorū fermentativorū vel eorumd. unionē aut difflationē integram ulteriori motui fermentativo concipiendo ineptus ineptus evadit.

respuitur spus insitus.

Sanguis unicus est calidum innatum, humidum Primigenium et calor insitus seu innatus, et spus insiti.

LIBER II

DE FUNCTIONIBUS ANIMALIBUS

Caput Ium

DE Spirituum Animalium Naturâ Genesi & Secretione

DARI subtile aliqd fluidum in cpore nostro qd à cerebro per nervos singulis ptibus ad motum et sensum distribuatur; ita certum ē, ut vix egeat probatiē. qa tn etiamnū aliqui quib. nihil nisi paradoxa sapit, dubiā existimant spirituū aalium existeām, ideircò ex re fore mihi videtur, si unum aut alterū argumentū proponam quo morosi planè convinci queant. Illud autem desumitur ex ligaturâ compressione aut praecisione nervorum, siquidem dicto citius sufflaminatur et sensus et motus in ptib., idqz ō aliam ob caām quam qa intercluditur aut abrumpitur spirituū fluxus in subjectas ptes: neqz enim qd Piso dicit requiri tensionē in nervis ut motus ptib. conciliatur satisfacit, namqz per simplicē ligaturā nervi nisi quidpiā aliud concurreret à nativâ tensione ō remitterent; unde tam motus impressus transmitti posset in ptes per nervos alicubi strictos ac si reverâ liberi eēnt, sed nec illa transmissio motus per vibratiōem nervorū locum habet. quī enim vite

Nª spus sunt subtilissima et volatilissima sguinis portio quae dum a corde unà cum sguine in ptes protruditur dr spus vitalis, verum à sguine secreta et per nervos transvecta in ptes dr spus aalis: Ergo ō differunt vitalis et aalis spus rāe essentiae s. nāe.

Nª spus genitalis (Etmuller) est qui semen reddit prolificum et uterum foecundat.

hinc tres spus. vitalis aalis genitalis.

pbr spuum existentia ex ligaturâ nervi alicujus.

nervi ligati nihil suae tensionis deperdunt.

nervi ō producunt motum per vibrationem.

Nª antiqui spirituum existentiam probabant

1º ex Hipp. dicente. tribus cpus nrum componi, ie ē ētinentib., ētentis et impetū. facientibus.

2º ex unione aāe cpre quae sine spuum adminiculo fieri nequaquam potest.

3º ex stamine spumoso in semine

4º ex respiratione in qua spus attrahitur.

5º ex ventriculis cordis et cerebri.

intelligi poit concussos quomodocumq; nervos musculorum contractionem posse producere, et qui cerebru concuti poit aut ejus membranae ad tantos tamq; validos motus ciendos in ptib. musculosis. neque majoris momenti e quod aliqui dicunt per ligaturā praepediri quominus musculi à facultate motrice irradientur. Quaero enim quid rei sit haec facultas motrix et quomodo contractiones et motus musculares producere queat cum ipsa immota nec cpus sit, qd tn ad motus coicaoem requiritur: cpus enim ō nisi ab alio cpore movetur.

nihil movet facultas motrix,

Paulò major ē difficultas ubi spirituū aialium naa determinanda ē; cum enim sensib. obvii ō sint, nec nisi per affectus dignosci point, latus statim fingendi campus offertur. unde ō mirum scriptores Medicos in tam discrepantes senteas abiisse: nos verò ē plurib. eam seligendam putamus quae phoenomenis singulis explicandis facilius accomodari pt, adeoq; statuimus spiritus aiales indolis eē nitro-aereae.

spiritus sunt naae nitro-aereae

I° quidem ex eo qd nihil repugnat aut structurae cerebri, aut functionib. aialib. exercendis spiritus ejus naae supponere.

pbr. 1. qa ō repugnat.

2° quoniā verissimile videtur eand. eē caam motivā musculorū quae sguinis; at in sequentib. probaturi sumus nitrum-aereum per pulmones sguini coicatum ejusd. motum intestinū fovere.

pbr 2°. qa eadem caa movet sguinem et musculos.

3° ex oib. observatis cporib. nullū ē sane quod celeriorē vehementioremq; excitare queat motum qm nitrū ubi pticulis sulfureis admiscetur, ut patet in pulvere pyrio; sed in decursu probaturi sumus sulfureas sguinis pticulas ad motum musculorum concurrere, qui qm celeriter qm vehementer perficiatur, vel lippis et tonsoribus notum.

pbr. 3°. ex celeri nitri motu si sulphureis admisceatur.

4° quod phthisici et quorū pulmones quoquomodo male se hnt spirituū aialium penuria patiantur, sintq; ad motū inertes.

pbr. 4°. ex Phtisicis.

5° Et illud quoq; favet stabiliendae spirituū aialium indoli nitro-aëreae qd observasse mihi saepe numero contigit in Canum sectionib. etenim constanter adverti in enectis eas solum ptes musculosas tremulis et convulsivis motib. aliqntò post mortē exerceri quae aëris contactum per cutis ablaoem passae fuissent: unde colligere ē externū aërē per nitrosas suas volatiles ptes in musculis spirituū influxū supplesse initaq; fermentaoe cum superstitibus sulfureis ptib. musculosarū ptium inordinatas contractiones producere id qd nunqm contigisse adverti in ptib. cute involutis. huc quoq; facit observao Malpigii tractatu de bombice, qm veram ipse non semel expertus sum; nempe insecta quae alioqin resecto capite nihilo secius moventur, statim ac ductus tracheales quib. ad aëris susceptionē variis in

pbr. 5°. ex tremulo motu carnium recens scisorum.

pbr. 6. ex motu insectorum capite truncatorum, quae oleo imbuta ō amplius moventur.

in locis pervii sint oleo aut quocumq; alio glutinoso claudantur corpore
statim si una ttm latere, paralitica ejusd. fieri, si vero utrimque penitus
enecari. neq; hic locu habet responsio adferri solita de necesquineorum
aialium quae strangulata moriuntur. siquidem longe alia e trachearu
pulmonariu distributio in insectis ac in reliquis aialibus: illae namq; tota
spinale medullam perreptant singulisq; ejusd. protuberantiis tanquam toti- trachearum pulmonarium
dem cerebellis inseruntur. jam vero quaeso vos unde tam insolens trachearu distributio in insectis.
distributio insectisq; nisi aeris aliquid medullae spinali animalculorum
istiusmodi communicetur. certe si ad consuetos usus aeris pticula humoribus
insectoru inspirandae ecent, quorsum o in musculosas carnes solum aut in
alias ptes interseruntur tracheae? hoc argumentu meo quidem judicio ttm
e ut vix in quacumq; alia hypothesi solvi o posse crediderim. Et vero
videmus hieme quo tempore densior e aer, nitrosaeq; ptes crassiores sunt,
qm ut permeare point insectoru cerebella, et minori motu donata, eorumd.
genus omne pene interire, nec nisi artificioso calore ignis aut solis supervenien
superveniente posse ad vitam revocari.

Caeteru licet nitrosos spiritus affirma, nolim tn ita ocm aqueum spiritibus inest aqua
humore excludere quin aliquem iis concedam: neq; enim sal ullum plane
fluidu e nisi ex aquearu ptium admixtione, neq; licet salinos contendo,
idcirco velim sulfureas ptes ab spirituu contextura penitus exulare. neque & sulphur,
enim in corpore sal ullum, imo in tota rerum universitate occurrit unqm
qd sulfureo alicujus ptis oio expers fuerit, multo minus dixerim pticulas
nitrosas ex quib. spiritus constant nullius ee acrimoniae pticipes, cujus
generis e nitru vulgare, qd per varias depuraoes, acrimoniam oem salsam
Jam quonia refluere spiritus ñ pnt quin protinus perceptio quaedã in nervis fiat cporum impingentium, ut noxia fugere utiliaq; persequi adeoq; et totã cporis machinã mentis curae comissã conservare possimus: proximũ ẽ ut de perceptione illa cporũ externorum, qd sentire est, paucis disseramus, neq; hoc loco varias philosophorũ opiniones ea de re vel adducere vel reflectere vacat, id unũ allaturi

sumus qd veritati propius nobis videbitur, adeoq; rē sem sic breviter conficiemus.

Tria itaq; in omni perceptione quæ in aiā fit rei sensibilis spectari possunt. 1.º quidē impressio c̄poris extranei positi facta in organo nostro seu in extremis nervorū fibris. 2.º ejusd. impressionis ad cerebrū usq; translatio. 3.º demum perceptio consequens motū fibrarū cerebri à refluis spiritibus inductum.

6 Etenim certū ē à c̄porib. quibuscumq; dum impingunt in organa nostra motū quendā nervis nostris comunicari seu pressione simplici seu distensione, divulsione aut erosione: cum autem nervi spirituoso turgeant fluido qd ꝓpter densā vaginulæ structurā difflari ō poit; sequitur illud ad quemlibet nervi motū circa eorumd. extrema comunicatū, cum ꝓpter adversā determnaōem iter suū pergere ō poit in ptes ad cerebrū repellendū eē. neq; tn̄ necesse ē spiritus in extremis nervis comotos ad cerebrum usq; remeare. cum enim continui sint, totumque ductum nervosum à cerebro ad extremū usq; organū repleant impressi motus solā fluctuaōe et velut undulaōe cerebro transmittuntur. porrò quoniā undulantes spiritus cum ad comune sensoriū pervenēre nihil aliud producere queant quam simplicē motū localem in fibris cerebri ad quas pertingunt, nec fibrarū motus, qualiscumq; sit, sensaōis seu perceptionis objecti, unde motus profectus ē, capax ullomodo sit, sequitur totū perceptionis negotium ad animā pertinere. rursum quoniam mens fibrarū motum experiri ō pt utpote quæ inextensa ē, adeoq; nec c̄poris contactū patitur, licet posito fibrarū motū hoc vel illud c̄pus atq; hoc vel illo motu percipiat: dicendū tn̄ illā ō nisi ex occasione motuū horumce oium percipere, neutiqm verò seu spiritus, seu fibras cerebri quomodocumq; exagitatas quidqm in mente agere: unde perceptio oīs quæ in aiā sequetur ad motum nervorū et cerebri tota in Deum ipsum referenda erit qui mentē hac legē c̄pori alligavit; ut quoties hi vel illi motus in cerebro et spiritib. fierent, toties et ipse voluerit, ut hæc vel illa rerum idæa perceptioq; in hac et ipsa protinus excitanda foret.

Hinc patet aiam ō quatenus unita ē organis sensuū externorū, ∂ potius quatenus cerebro alligatur, sentire percipereq; objectorū externorū impressiones, seu qd idem ē, aiam ō sentire in pte quæ à c̄porib. ambientib. movetur, ∂ in cerebro tanqm in ꝓpria sede; atq; adeò ō immeritò licet cum stoicis aiam quatenus sentit Polypo comparare, cujus caput in cerebro, brachia verò per organa sensuū aut potius per nervos exporrecta objectorum impressiones excipiant, et ad caput ipsū tanquam comune sensoriū traducant. Enim vero qd caput ē Polypo, id cerebrū ē respectu nervorū oium quæ totidē velut brachia impressiones susceptas ad cerebrū tanqm fontē transmittunt, ubi postmodū earumd. perceptiō in anima excitatur.

Ac ne quis gratis illud et sine fundaōe dictū existimet, distinguat, quæso, inter sentire simpliciter, et seu jucundā seu molestā objecti perceptionē elicere et inter judiciū illud quo elicitā perceptionē objecti vel potius ejusd. caām in hanc vel illā ptem c̄poris nostri referre consuevimus. Aliud namq; sentire simpliciter seu hanc vel illam perceptionē elicere: aliud eand. vel ejusd. caām huic vel illi parti tribuere

itaq; ō diffitear si judiciū sensaōem consequens cum sensaōe ipsa confundamus sensaōem aliquo modo ptibus tribui posse; atq; adeo ex usu dici posse calorē ēē in ptes, dolorē &c. ... nihilominus tn negaverim dolere aiam in pede; dixerim potius factam impressionē sentiri percipi in pede ab aia quæ in cerebro ē, quatenus nervi ad pedē tendentes factā continui solutionē in pede, cerebro vel potius aiæ illic degenti renuntiant. neq; vero adeo ridicula hæc sūt qm multi putant, namq; videmus licet aliquin de more fluant spiritus in ptes, habeantq; illæ quidqd ad sensaōem requiritur, nullā tn, si mens alio intenta sit, ut in curis gravibus, seriis meditaōib., irâ &c. ... objectorū organa ferientiū subsequi perceptionē: ~~coactat~~. sic interdum advenit ut diutius cubito innixi stuporē dolorēq; si forte graviter cubitus percutiatur in digito auriculari persentiamus, qd nervus qui in hunc digitū desinit plus satis compressus aut divulsus eod. modo cerebro afficiat ac si in ipso digito premeretur aut divulsionē quomodolibet pateretur. nam solemus doloris sensum ad eam ptem referre quæ ab objectis solet commoveri et in qm tensæ nervorū fibræ desinunt, atq; illud quidē ppter exquisitā illam nervorum ptiō. prospicientiū distinctionē, quæ talis ē, ut nulla sensibilis in cpore pars sit, quæ pprio distinctoq; ab extremis capillarib. ad cerebrū usq; nervo instructa ō sit. hinc ē qd tam accuratū fiat mentis judiciū dum sensaōem causæ impressionesq; objectorū in hanc vel illā ptem referendæ sunt. Paucis ut rem totā expediā, idem de aiâ dum sentit in pte, vel ut toties dictum ē, dum impressionē in organa refert dicendū occurrit ac de Cœco fustis ope gressum regente, et sicut ille dum extremo baculi contingit ptem lapidē lutum, à quo in occursum constanter refert objectum durū impressionis qm sentit caam, ō in manū quâ baculum comprehendit, sed potius in extremū baculum referre solet: similiter aiâ dum commoventur extremi nervi factaq; impressio in cerebrum resilit, eand. ō in cerebrum ad qd pertingit, sed ad extremū nervorū referet. quid ni enim ita res fiet? numquid experimur singulis dieb. licet ipsis oculis colores objectorū usurpemus, neutiqm tn colorē ad oculos referri, imo verò in objecta longè ab oculis remota. qd si colores extra corpus atq; ad certa distantia positos sentiamus si liber in oculis: quid ni mens in cerebro collocata et objectorū impressiones percipiat, easdemq; in ead. loca referat à quibus profectæ sunt. hæc sunt quæ contrariæ opinionis fautores urgent.

Verum haud ignobile ē argtum Cartesii ab experiēā ipsâ desumptum qd qa curiosū ē idcirco breviter proponendum. Refert ille puellam cui brachium ob gangrenæ periculū fuerat amputatum qd factum illa ignorabat, quoniā ob terroris metum cautè dum mutilaretur oculi velarentur, conqueri solitam per aliquot dies se in quibusqd. digitis modo his modo illis atrocem sentire dolorē, quamqm aliquin libero mentis usu frueretur. jam

Quæro unde hic doloris sensus in pte resecta? vel potius unde illa, ut ita dicā relatio doloris aut dolorificæ impressionis ad ptem excisam? an non dicendū nervos qui à cerebro ad digitos ferebantur jam circa cubitū resectos, eodē modo

affectos eô loci ac si manus integra fuisset, cumq; à digitis impressiones antea deduxissent ad cerebrũ, similiter breviores factos nihilô secius inde ad illud idem easd. transmisisse. cum autem illi vel digitorũ simpliciter ō aliarũ ptium impressionib. advehendis destinarentur ad perceptionẽ objectorum digitos ferientiũ in aiâ excitandã, consuessetq; aîa illas oẽs in digitos, unde ferebantur ad cerebrũ, refundere; factum ut inscia easdẽ impressiones oẽs per eosd. nervos delatas ad consuetas ptes retulerit.


Neque verô qd aliqui respondent in hoc casu delirã fuisse illam doloris perceptionẽ in exsectis digitis sustineri pt. erroris pôtius culpanda mens qm delirii

non secus ac qui navi ductus ō advertens ad motũ navis judicat videreq; sibi videtur littus moveri; imô licet concederetur deliriũ in hoc casu fuisse quãdoquidẽ nulla perceptio objecti corporei fieri pt. sine motu spirituũ et nervearũ fibrarum negari ō pt, Puellã seu delirã seu mente sanã consuetô more videlicet ex occasione motus cujusd. vehementis id genus perceptionis dolorificæ elicuisse. jam verô quoniã ut referat aîa hanc vel illam impressionẽ in hanc vel illã ptem requiritur judiciũ consequens, nec judiciũ illud quo refert nisi ex quadã occasione constanti suboriri possit, nullaq; alia cõmodior assignari possit qm quæ proposita ẽ, ducta videlicet à motũ refluo transmisso ab eod. prorsus nervo et ad eand. consuetamq; cerebri ptem vergente: sequitur utcumq; deliram puellæ mentẽ ō potuisse dolorẽ in digitos referre, nisi spiritus ex externo nervo exciso ad cerebrum undulatim traducerentur.

Dicet fortè aliquis dolorẽ hunc Puellæ ō tam novũ fuisse qm veterũ perpessorum recordaõem. verũ Quæro unde objectorũ et perceptionum pridem habitarũ memoria? et an non requiratur ad hoc certa fibrarũ cerebri motio vel inflexio? num itẽ quædã certa requiratur in fibris dispoõ quâ pari modo flecti, divelli vel quocũq; aliô modo moveri queant? num denique motiones quæ talẽ cerebri dispoõem sequuntur ejusd. generis sint atq; illæ quarũ occasione talis in cerebro dispoõ primum inducta ẽ? Quæro an non, dum sentit aîa in pte ex in cerebro quoq; motus aliquis subsequatur ad memoriã objectorũ renovandã et unde ille quoq; motus. si dixeris motũ hunc consecutionẽ quadã fieri ppter refluxũ spirituũ qui fit in nervis dum sensaõ in ptib. fit. certè laborabis ex multitudine perceptionũ ubi una sola sufficit. quippe altera in pte, alterã

vero consimile in cerebri penetralib. fieri volens nolens cogeris. si statuas animam ex legib. unionis ejusd. cum corpore cudere in cerebro nulla vestigia, sea hoc vel illo modo flectere divellere aut alio quocumq; modo per spiritus movere in easd. recurris ambages, quippe pro simplici objecti perceptione duplicem supervenire fatearis oportet, quod necessum erit. atq; adeo frustra omnino et sine ulla necessitate entia multiplicabis. una enim perceptio uni impressioni sentiendae non secus ac mille ejusd. naturae sufficiet pro millibus quare licet non negaverim dolorem puellae forte simplicem fuisse praeteritorum recordatione, et vel ex hoc etiam sensationem non in parte, sed in cerebro potius absolutam fuisse contendo.


Postremò palmariam existimo rationem quam non ita pridem urgebant, quamque discussam penitus experiri mihi hactenus non contigit. illa autem ex falsa illa desumitur imaginatione, qua plerique objecta caeteroquin immota circumrotari sibi videntur: cujus vis omnis ut percipiatur, supponendum circularem objectorum motum sensu minus quam judicio et ratiocinio intervenientibus dignosci posse. neq; enim proprie moveri videntur aut sentiuntur tactu corpora, non ita se habere judicantur ex eo enim quod pila v. g. manu comprehensa, dum easd. sui partes successive digitorum extremis applicatur, inde colligit mens habito respectu ad corporis figuram quae rotunda est illud circa suum centrum moveri. sit exempli gratia pila **A** in qua quinque distinctae partes **B**.**C**.**D**.**E**.**F**. dum linea plano diametrali respondentem intelligatur deinde moveri circa centrum, laxeq; comprehendi extremis quinque digitis **G**.**H**.**I**.**K**.**L**. ita ut **B**. primum extremum digitum seu nervum pollicis **G**. contingat, mox vero transferatur in **H**. hinc in **I**. ab. **I**. in **K**. à **K**. ad **L**. quo tempore successive reliquae partes pilae **F**.**E**. **D**.**C**. digitorum extremis applicantur. patet non alia ob causam dignosci circularem motum pilae **A**. quam quia successive ejusd. partes **B**.**F**.**E**.**D**.**C**. extremis digitis applicantur quod sine motu rotationis in eod. tempore fieri non posse aliunde novimus.





Hoc itaq; ratum sit, ō sentiri corpus rotari vel judicari rotatio motu cieri, nisi quatenus ejusd. ptes eos successivè varia diversaq; nervorū extrema organorum tactus aut visus feriunt. quo posito sic insurgo. si sensatio fit in parte nervorum objecta alioquin imota sentiri aut judicari pnt in orbe moveri. Esto enim proposita pila in quinque ptes similiter divisa quae extremis digitis vel potius nervis prædictis applicetur: certè quidequidē illa imota ē neq; pars B successivè fertur ab extremo, nervo G. in H. et sic consequenter; nulla ē rao dicendi illā in motu rotaōis sentiri posse. cum enim iisd. organi partib. sdūm diversas sui ptes applicetur, neque una pars quae imota ē aliud quidpiā præstare poit quam sui impressionē in una nervo, non autem in successives sequentib. in hoc ttm quem contingit et movet sui perceptione excitabit, alia verò in alia et sic consequenter: atq; adeo nulla menti occasio futura ē cur judicar pila moveri.

Neque dicas eatenus immota corpora percipi vel potius judicari motu rotaōis cieri quatenus spiritus in singulis nervis digitorū consimilib. giraōis motibus obsequuntur, ita ut in singulis concipiendi sint totidem spirituū vortices quorū raoe corpus imotū moveri et quidē circulariter judicandum sit. namque hoc etiam concesso videlicet spiritus circulariter in nervorū extremis moveri ad ambitū cujusq; nervi ita ut pars B pilae quae extremū nervum G. contingit circa peripheriā ejusd. circumvolvi judicandū menti veniat. at verò quoniā ad eliciendū illud judicium ō sufficit sensao rotaōis ptis cujuslibet circa idem nervi extremum, sed et haec ead. in viciniis successivè perficienda ē, ut menti occao sit judicandi totā pilam circumgirare ō ejus singulas ptes. aliò confugiendum erit ad difficultatis solutionē. go ut phoenomeni raoem erua eruamus. agite supponamus immotum corpus A applicari iisdem nervorum extremis, ita ut pars B. extremū nervum G. C. H. D. I.



E.K.F.L. certè si impressio singularum ptium corporis. A. ulterius
ō promoveatur illud unū sequetur, sentiri nempè singulas corporis contingentis
ptes quomodo se hnt hoc ē planè imotas. qd si supponamus sgularū partium
impressiones ad cerebrū usq; deduci, ita ut sensaō fiat in cerebro, haūd difficulter
intelligere licebit, cur ita censeat anima corpus qd immotū ē circumvolvi. Enim
verò supponamus spirituū systasin oēm in corpore calloso tanqm in proprio
conceptaculo, à quacumq; tandem caā illud procedat, cujus rei examen ō ē
hujus loci circumvolvi instar aquæ vase contentæ dum illud manu in orbē
movetur, mox verò intelligamus corpus A. extremis digitorū nervis applicari
impressioneq; factā à ptibus B.C.D.E.F. per nervos G.H.I.K.L.
transmitti ad cerebrū M. sic ut filum spirituū refluens in B.G. pertingat
ad cerebri ptem N. qd à ptibus H.I.K.L. similiter ad ptes cerebri O.P.Q
R. traducatur patet si nihil aliud superveniat simplicē excitanda partium
impressionibus prodeuntiū perceptionē qualibet earund. ad proprium locum
in quo facta ē, hoc ē ad extremos digitos referenda ēē. qndoquidē singulæ
per peculiares nervos diversis et conductis cerebri locis respondentes ad
cerebrū traducuntur ita ut ex ipsis aliud nihil judicare mens possit qm impressi-
onē facta in N. ab extremo nervo G. profectā fuisse et sic deinceps adeoq;
corpus planè immotū ēē cujus ptes constanter iisd. ptium nervis respondeant
Verum spiritus qui continentur in tota toto cerebri emporio circumrotari
statuimus in hoc casu fieri ō pt quin spiritus per nervū G. refluentes dum
contigêre ptem cerebri N. detorqueantur obliquè in O. ex O in P. ex P. in
Q. ex Q. in R. et sic consequenter idemq; dicendū de spiritib. qui per
nervum H resiliunt dum impingunt in cerebri ptem O. et sic de aliis.
jam verò quoniam spiritus A.G. refluentes catenus hanc ptis B. percep-
tionē in aīa excitant quatenus hoc vel illo modo modificantur: sequitur si
eand. internā modificaōem servaverint dum detorquentur obliquè in O.
eand. quoq; perceptionē pti B. eò loci in mente excitandam ēē imò qndoquidē
pars O cerebri respondet extremo nervi H. impressionē facta ad extremū
nervi H referendam ēē perinde enim ē aīæ seu impressio illa cœperit ab ex-
tremo nervo. H. in ptib. seu in ejusd. nervi termino in ipso cerebro fiat, ut
judiciū ipsa suū ferat de loco impressio primū facta ē. qd autem de spiritib.
refluis per nervū G. et perceptione consequente dictum ē illud totum in
alios nervos transferendū erit: si modò enim hæc refluentiū spirituum à
singulis subsequentib. detorsio fiat in vicinorū extrema ō poterit mens ō
judicare corpus manu comprehensū circumrotari. Adverte obiter rotaris sensu
paulò obscurū ēē idq; pp̄ter mutatā sensim spirituū refluentiū modificaōem
dum ab una cerebri pte in aliā reflectuntur: vix enim fieri pt quin et circū-
girando et impingendo successivè in varias cerebri ptes ad quas tendunt diversa
nervorū extrema primū susceptā modificaōem suscipiant.

Colliges 1° ad perceptionē corporum externorū quæ in organa nostra solent
impingere non requiri species quasd. sensibiles seu imagines rerū corporearū quo sensu
Veteres explicarunt. vulgaris enim fuit Antiquorū opinio tenuissimas quasdam
entitates ab objectis in organa sensuū emitti quæ cùm cognitionē rei mittentis
producendæ destinarentur, idcirco species intentionales vocitarentur. Enim verò quæ
sit harum specierū natura non satis liquet corporeæ ne sint an incorporeæ? an vero inter
corpus et spiritum ambigant. Et licet conveniat ferrè inter oēs illas eē spiritales
vix tn causam earumd. productivā adducunt, vix agendi modum expediunt. quo-
modo enim corpora spiritales jugi fluxu entitatulas ex se mittant? quomodo
dimissæ si inextensæ sunt extensa repræsentare organaqi nostra movere queant?
facessant ergo illa philosophiæ ludibria quæ nemo cogitando aut disputando assequi possit.
Illa minùs à sensu comuni abhorrere videntur quæ jam jam insinuavimus,
sensationem scilicet ex occasione certi cujusd. motûs organis vel potius nervis impressi
traductique per refluxum spirituū ad cerebrū in aiâ suboriri, ita ut corpora non nisi
suo motu quidqm in nos agant aut præstare possint. quî enim aër in nobis soni
perceptionē excitare queat nisi verberatus et tremens auris tympanum
verberet motumqi suū ad nervos acûsticos traducat. quî corpora colorū sensū
nisi reflectant in oculos lumen aut potiùs globulos æthereos, quibus retinæ
nervuli moveantur: hinc oculo vel in tenebris vehementer percusso et lucis
scintillas et varios colores conspicimus, nec dolor aut titillatio saporum,
variæ species odorum &c. . . . sine motu nervis impresso ullatenus explicari
pnt. adeoqi oīs corporum actio et vis effectrix in motu videtur eē constituta.
motuū verò diversitas cùm ex objectorū varietate tùm ex diversa organorum
conformaoē repetenda. nam retinæ fibrillæ ex quib. organū visûs compingi-
tur longè subtiliores qm quæ auditûs sensoriū efficiunt. sic etiam globuli
ætherei qui visum movent nihil in auribus præstant ptes verò aëris quæ
auditum feriunt qa flexiles mollesqi non pnt in alia organa motū suū traducere.
Verùm hæc sensuū diversitas non tàm ex dispari nervorū conditionē qm ex diversa
ptium quib. implicantur texturâ repetenda ē. alia namqi auris alia narium
oculorū, linguæ cutisqi penès ptium componentiū nervos obvolventiū dispoō.
quamobrē ut secus ac si suspendamus eid. funiculo diversi generis corpora longè
alio modo tremit dum spongiā suspensam contingimus, alio dum glandem
plumbeam, alio dum suber, lignū &c. . . . similiter dicendū pro diversitate
contexturæ ptium nervis velut appensarū dum feriuntur, modò hunc in
spiritib. motū, modò illum excitari. jam quoniam diversa ptium structura non
æquè patet impressionib. diversorū corporū, neqi ex æquo admittere pnt diversi
generis pticulas intra se, hinc ē qd sapores linguâ, odores naribus, lumen et colores
oculis, sonos auribus, qualitates demū primas aliasqi ferè multas cute percipiamus
Dicendum itaqi diversos sentiendi modos partim ex ipsâ corporū impingentium

vata, motu, atq; figurâ, partim verò ex organorũ contexturâ dependens; nervos verò et spiritus ex se prorsus indifferentes ea ad oēs oīō motionũ modos atq; adeò ad oēs oīō impressiones excipiendas traducendasq; ad comune sensorium, hoc ē cerebrũ; adeoq; eod. modo spectandi erunt nervi vel potius spiritus nervis conclusi, quo rivulus aquæ torrentis; et sicut aqua pro diversâ figurâ corporum, varioq; eorumd. motu diversi generis undas, fluxus refluxusq: producit, similiter dicendum spiritus in nervis juxta diversam cporũ figuram, motumq; diversamq; ptium organicarũ nervis superpositarũ conditione quâ retundere motum vel admittere pnt, varias undas refluxusq; varios cerebrum versus producere.

Colliges 2°. oēs sensuũ species ad tactum reduci posse. Cum enim sensaões diversæ ō nisi per contactum externorũ cporum impingentium in organa fiant, requirantq; consimilem spirituũ cerebrũ versus refluxum; sequitur oēs tanqm tactus aut tactiones species spectari posse: quoniam tn sensuũ diversitas æstimari solet ex organorũ sensibus famulantium diversitate, atque ex peculiari modo sentiendi qui ex occasione diversæ organorũ contexturæ in nobis excitatur: tot erunt distinguendæ sensuũ species, quot occurrent organa diversa, in quib. diversas in nobis perceptiones producere possint: at quinque statim occurrunt videlicet cutis et membranæ omnes oculi, narium interius involucrum, auris interna, lingua; go dantur 5e sensus diversi; tactus videlicet, visus, olfactus auditus et gustus. Verum quoniã similiter et stomacus imaq; fauces peculiarem structurã obtinent, cui similis ō reperitur in toto cpore, diversamq; à reliquis impressionem traducant ad cerebrum, sensaõemq; adeò diversam in mente producunt. et duo alii sensus 5. priorib. adjungendi erunt, quorũ alter fames dicatur, et in stomacho suum habeat organum; alter verò sitis cujus organũ imæ fauces facturæ sunt, imò et si quis sensum venereum in prædictorũ censu revocare vellet ō haberet me fortiter repugnantem: quippe et sensus ille propriis videtur organis instructus distinctusq; mirum quãdã à sensu titillationis quem in reliquis sensuũ organis experiri solemus. sumã sensuũ organa eatenus inter se distinguuntur, adeoq; et sensûs species, quatenus ad unũ id genus perceptionis excitaras pt qd nullum aliud præstare pt. unde satis aptè inventa ē sensuũ distinctio respectu habito ad cpora vel potius agendi modos cporum in nostra organa. Verum alia snt ppria sensuũ objecta alia comunia propria snt quæ ō nisi sensaõnus percipere vel potius quæ ō nisi per unum organũ transmittere pnt impressiones suas ad cerebrum usque: sic sapida cpora ō nisi per linguã, odora per nares, sonora per aures &c ... menti occurrunt. comunia snt quæ ō sensus unus sed plures seu quæ ō sensûs unius organũ sed et singula movere pnt ejus generis snt cpora mota quiescentiã magna et parva figurata &c ... potissimũ verò calida frigida humida aspera

lævia &c. . . quare modo unum, sed et omnia sensuum organa afficere potest. sic oculus non modo colorata percipit objecta sed et calorem et frigus asperitatem et lævitatem motum et quietem: idem dicendum de lingua et aliis sensib. quæ innumeris modis ad voluptatem vel molestiam feriri possunt. fatendum tamen inter omnia sensuum organa nullum magis extensum quam quod tactui destinatur. minor namque plurium apparatus ad illud requiritur quam cæteris omnibus in hoc namque ut sensationes variæ ad tactum pertinentes perficiantur, sufficit tantum nervorum præsentia, illi namque per se si colorum saporum soni et odorum perceptiones excipere, omnes omnino corporum impressiones excipere apti comparati sunt. sic videmus non in lingua modo reliquisque sensuum organis objecta frigida, calida aspera pungentia fluida solida persentiri, sed et in membranis omnib. totius corporis, musculis, tendinibus, ligamentis, uno verbo nervis omnib. dum quandocumque ob eam propriis tegminibus expolianter.

Colliges 3.º Vanam esse sensuum divisionem in externos et internos. Cum enim perceptiones omnes in cerebri penetralib. fiant, sensus omnes interni sunt dicendi illa in duas omnino classes distingui potest. aliæ namque ex occasione impressionis in externis organis primum factæ et ad cerebrum traductæ in animâ excitantur: aliæ verò ex occasione tantum motus spirituum cerebrum incolentium, cujus ratione fit, ut ejusd. partes hoc vel illo modo anteà inflexæ ob susceptam dispositionem pari modo flectantur et moveantur, ac dum primum facta est objecti ejusd. impressio. Et priorem illam quidem perceptionis speciem sensum communem, posteriorem verò memoriam appellabimus. Enimverò cum sensationes omnes in cerebro perficiantur nihil opus est, sine necessitate quintuplicem octuplicemque sensum distinguere in ambitu corporis, cum unus communis sensus sufficiat, unaque sit anima quæ singulorum sensuum impressiones percipiat nisi quis totidem facultates distinguendas statuerit quot sunt modi quib. objecta percipi possunt. quo sensu non octo solum sed et innumeri sensus et sentiendi facultates admittentur. alia namque in tactu est caloris sensatio, alia frigoris, asperitatis, lenitatis, duritiei, mollitiei &c. . . Deinde quid opus est sensus externos a sensu communi distinguere? an ut varias objectorum impressiones distinguat? sed hoc ipsum sentire non est, imò judicare comparareque: itaque non secus ac dum reminiscitur mens objectorum anteà perceptorum, non requiritur reminiscentia communis, quæ recordationem unam seu perceptionem unius objecti præteriti ab aliâ distinguat. sic inutilis prorsus videtur sensus communis ad distinctionem impressionis unius factæ ab uno aut in altero organo, ab aliis quæ in reliquis organis communicatur distinguere: namque unum ab alio judicare est ratiocinari, neutiquam verò sentire.

Jam verò quoniam reminisci et imaginari rerum absentium contemplari neutiquam inter se differunt, phantasia seu imaginationem à memoriâ distinguere metaphysicum redolet potius quam physicum, imò nisi attendamus ad ea quæ in corpore

geruntur ad perceptiones excitandas supervacanea sit futura sensus divisio in sensu comune et memoria quippe ex pte aia primu percipere obtum ex occasione facta primu impressionis in organis externis aut secundo in internis perinde e. nihilominus tn quonia ejus invaluit ut illa duo distinguerentur, et nos ipsi novitate plus nimiu amare no videamur distinguemus; ita ut tn statuamus sensum coem aliud nihil ea qm perceptione cporis cujusd. actu ferientis organu; memoria vero iterata ejusd. cporis perceptionem consequente ad motum cerebri simile illi qui primum in eod. excitatus e ex occasione refluxus spiritu ab organis refluentiu; et sensum quidem comune, tactum, dum impressiones ab organo tactus delatas ad cerebrum percipiat; visum dum ab oculis, olfactum dum à naribus, gustu dum à lingua, auditu dum ab aurib., fame dum à ventriculo, sitim dum ab imis faucib; appellabimus.

Colliges 4°. sensu comune et memoria sedib. ñ distingui seu ab ejusdem numero ptis motu pendere; q aia primu modo sentiat obtum, qdam modo ejusdem reminiscatur, seu iterata illius perceptione eliciat, mentis respectu perinde erit; quippe quæ ad hoc vel illud obtum hoc vel illo modo percipiendu, hunc solu vel illu motu in cerebri fibris requirat, unde: qndoquide quæ 1um facta e impressio in cerebro ab obto quocuq; ñ potuit ñ immutasse quomodolibet ptem illa cerebri ad qm transmissa e seu flectendo seu divellendo excavando aut innumeris aliis modis fibras disponendo, sequitur et eand. illa cerebri ptem inde aptiore fore quæ consimili modo flectatur, divellatur, excavetur, aut alio quocumq; modo mutetur à spiritib. in cerebro huc illuc fluctuantib. qm reliquæ, quib. nulla tale contigit pati mutaoem. quamobre statuendu ad absentium objectorum recordaoem requiri certa dispoem in fibris cerebri, cujus raoe à spiritib. ejusd. incolis eo prorsus modo moveantur ac pridem motæ sunt à spiritib. in organis refluentibus dum hujus vel illius cporis impressione exceperunt.

Neque vero ad prædictum fibraru motu denuo perficiendu consimilis requiritur motus in spiritib. ad consimile in fibris flexione inducenda sufficit sitam motu liquidi qm nativo motu tensionis ferantur in easd. fibras copiaq; ac mole distendant. cum enim fibræ jam dispositæ sint ob præviu susceptum motu quæ vel levissimo motui obsequentur, statim ac spiritum contactum patiuntur pari modo trement flectentur aut quocumq; alio modo cieantur ac primu tremere flecti &c... ipsis contigit dum refluxu spiritum ab extremis organis passæ sunt. uno verbo idem prorsus dicendum ~~exitemit~~ de fibris cerebri ad obtoru memoria excitandam conferentib. ac de vesica flaccida quæ digitis paulo explicatis comprehenditur. Etenim ñ secus ac illa quicumq; liquor et quocumq; motu injiciatur turgescit atq; in varios tumores assurgit juxta digitoru intervalla quo loci nullo solido cpore ejusd. expansio præpeditur, idq; ppter laxa flexilemq; fibraru ex quib. compacta e naam similiter ac fibras antea flexas excavatas hic atque illic, postmodum vero collapsas per majore spiritum refluentiu copiam tum ppter nativa laxitatem tum ppter præcedente susceptam dispoem flecti excavari in varios &c... oio necessum e absq; eo quod novus refluxus aut consimilis saltem motus ullatenus requiratur.

LIBER III

De Functionibus seu Sanguinis reparatione

Caput I

De Recrementorũ Excrementorumq; Massæ Sanguinis Secretione eorumq; Naturâ

Anteq̃m ad s̃guinis reparaõem quæ chilificaõis ope perficitur veniamus, ordo postulat, ut naam recrementorũ massæ s̃guineæ examinemus quæ magnã ptem chylificaõi suu symbolum conferre solent. Verùm quãdoquidẽ illa per peculiares ductus in officinas chyli à s̃guine derivantur, necessũ expedit quâ mecanicâ illud perficitur: an hæc ipsa qualia eructantur è vasis in ipso s̃guine delituerint, nec nisi per simplicem cribraõem ab eod. separantur: an verò in glandulis tanqm in peculiarib. officinis generentur? inquirendũ in primis unde fluida varia quæ per glandulas corporis excernuntur ortũ habeant et quimodus generaõis eorundem priusqm ad ppria cujusq; naam ususq; veniamus. quoniã verò rem in uno fluido seu recrementitio seu excrementitio investigasse sufficiet ut inde natales et indolẽ singulorũ perspecta habeamus, putamusq; negotium hoc fuerit expeditũ ubi de to

spirituu aialium secretione autumē; ne tn hac in re intactum aliquid relinquamus paulò operosius reliquorum fluidorū quæ sensibus magis obvia sunt secretionē evolvere animus ē. quocirca è pluribꝰ humoribus quorū dubia pt eē genesis urinā seligere placet, qd ut clarius distinctèqꝫ procedat analiticè tanqm in re satis occultā procedemus

Dū ergo indaganti quis sit ortus urinæ, occurrit statim mihi urinā per uretram defluere. quoniam verò novi uretram ad vesicā pertingere, obstructoque collo vesicæ nihil urinæ per uretram manare.

Colligo 1º. uretrā ñ eē fontem unde scaturiat urina, imò simplicem ductū et canalem per quem ē vesica foras eliminetur. similiter quoniā ē impervia deprehendi vesicam aliis ductibus per quos eā ipsa urinā admittere poit advertique 2º. ureteres duos in ejusd. cavitatem hiare, obstructisqꝫ quomodocumqꝫ ureteribus ligatis aut compressis vesica ne guttulā quidē urinæ in uretram dimittere.

Colligo 2º. vesica merū eē tm urinæ conceptaculum, neqꝫ quidqm ad illius genesin prestare. rursū quoniā obstructi ureteres circa pelvim seu calculo seu viscidā quadā maā urinā in cavitatē vesicæ ñ exonerant, sed flaccidi inanesque conspiciuntur. Infero fluidū urinosum haudquaqm ureteribus ortum suū attestari: cum autem compertum sit urinā per papillas renu fistulosas in pelvim manare quæ obstructæ nihil quoqꝫ profundant, quæqꝫ ulterius hanc ipsā à glandulis miliaribus renum circum fereā occupantibus excipiant; sequitur glandulas miliares primū eē fontem unde urina fluat. jam verò quoniā glandularū moles ex se multo minor ē urinā, quæ vel 5ᵉ horarū spatio excernitur, planèqꝫ impar quæ tantæ fluidi copiæ maām suppeditet, ad sguinē ipsū per emulgentes arterias delatū ad renes tanqm ad primā urinæ scaturigine veniendum ē. Invenimus itaqꝫ si Diis placet, urinæ fontē, sguinē nempè qui continuò ad renū glandulas appellit. superest ut quomodo in urinā facessat attentè inquiramus, ac protinus ex eo qd novi glandulas renales aliud nihil eē qm minutissimarū vesicularum congeriē subit animū sguinis pori partiqꝫ ptem aliqm in vesicularū cavitatem deponi, ibidemqꝫ ppter occurrens fermentum aliquod in fluidum illud qd urinam vocare consuevimus, immutari. attn dum perpendo naæ sagacitatē quæ in aialium regimine passim observatur, susceptum cogor prajudiciū stim abdicare. qui enim credam naam tantò molimine sguinē in vasis producere, ut ejusd. partē maximā in excrementū inane convertat: video namqꝫ 7. 8 quæ libras urinæ quidoqꝫ singulis diebus emitti, qd profectò certā neciē intrà dies paucos homini robustissimo foret illaturū, qui videlicet vel triū dierum intervallo per sguinis missionē ad parē qntitatē eod. omni privandus fōr. Deinde siquidem ppter sguinis redundaām aliquanta ejus pars singulis diēb. detrahenda ē, vix intelligo quid prestare poit tantus renum apparatus, et cui mutaō isthæc sguinis in urinā colliment. enim verò cum ubiqꝫ naā simpliciori viā procedere consueverit, quorsum ad deplenda sguinis vasa sguinis ptem deponat in renes, depositamque

immutet in diversum plané fluidum, qd tn inutile postmodum corpori futurum
sit? annon commodius? annon simplicius fine assecutura sit, si vasa sanguinea pro
alio loci qm in renib. et vel in ipsâ vesicâ aut uretrâ apertá reliquerit, per quæ
hiatu proportionatu quantitati sanguinis quolibet die detrahendi superflua ejusd. copiâ
sese exoneraret? prætereà dum mihi fermentu aliqd fingo qd vesicularu parietib.
hæreat, qd qi energiâ suâ sanguinis ptes ita deturpare queat, mille occurrunt difficul-
tates. Enim veró et ortus fermenti obscurus ē et agendi modus: ortus quidem
quandoquidem vel in renibus generatur vel á sanguine deponitur factum. si in renibus
aut ex ipso sanguine generari dixerim, recurrit semper difficultas generaois ejusd.
et quâ vi quomodo produci poit? Ignoro; nisi fermentum aliud accersa ad hujus
generaōem. Et sic volens nolens ducor in infinitā caarum seriem. jam neque
novi quomodo tantilla fermenti copia tantam sanguinis copiā mutare poit in fluidum
urinosum: si namq; illud ~~infixum~~ parietibus vesicularu, certé illud brevi tempore, per
continuu novi sanguinis affluxu effluxumq; penitus abluendum ē; quomodo videmus
dolia fracedine quâdam acetosâ imbuta, licet aquâ aut vino infuso et stagnanti confer-
re poiur illam tn deponere, si vinu aut aqua statim ab influxu per aliud emiss-
àrium dimittantur: sic enim acidæ pticulæ doliorū lateribus infixæ solvuntur abri
abripiunturq; ut tandem acida oīs eorumd. fracedo penitus auferatur. si dixero
novum fermentu continuó á sanguine deponi in vesiculas ad prædicta sanguinis in
urinā conversione. Quæro apud me, qua raoē deponatur fermentu? an sola
cribri necessitate ita, ut formaliter in sanguine præextiterit? an veró sanguinis crudæ
ptes simpliciter deponantur ad fermenti reparaōem? tandemq; determinata ejusd.
pars? si I.um occurrit statim illud videlicet ex æquo urinā á sanguine separari posse,
in quo videlicet formaliter contineatur ac fermentu prædictu; unde inutile illud
futuru sit. Neq; obstat qd dica illam in sanguine formaliter ō contineri, sed requiri
præviam sanguinis mutaōem á fermento urinoso, quæ ō nisi in vesiculis glandu-
losis perfici poit? Quæret namq; semper aliquis, quidni fermentu qd supponitur
in sanguine ex æquo urinā ō producat ex sanguine quocum permiscetur? neq; sibi
satisfacturum putabit dum respondebo fermentu eē intricatu in sanguine, adeoq;
ō posse sanguini mutaōem ullā inferre, ut inde urina formam inde suscipiat. quippe
oggeret semper quæretq; modū quo ita intricatum fermentu excerni possit in
renibus. Deinde veró quid obstat quominus dicat fermentu ejusmodi dum in
vesiculis renu sanguini affunditur similiter implicari; unde si in vasis ō potuerit
sanguinis ptes in alienā naām convertere, nec in vesiculis quoq; potis erit illud
præstare. si 2.um hoc ē sanguinē crudū fermenti reparaōi destinari statuero,
redeunt statim argta superius allata. Etenim novis adhuc ac novis fermentis
opus erit ad sanguinis in fermentu mutaōem et sic nullus fermentoru finis erit.
si 3.um hoc ē si ō nisi quasd. sanguinis ptes in vesicularu cavitate excerni contendero
quæ cum peculiari fermento mixtæ in urinā tandem abeant, jam duplex

cribrū in renib. admittendū erit, pter qđ hinc quidem fermentū urinosū, hinc vero sguinis ptes determinatā vesicularū cavitates subintrent; unde, sine nessitate mtiplicanda erunt in renib. colatoria, cum vel unū sufficiat excludendis ptīculis urinosis in sguine contentis. porrò si fermentū inest in sguine, ptesque sguinis, quæ urinæ mãa proxima futuræ sunt: quidni invicē coeant abeantq; in ptīculas urinosas? aliò qđ urinæ genesis quærenda est.

Equidē concipere licet essẽales urinæ ptes in sguine fõaliter existentes, juxta variā pororū quib. pervia sũt renales vesiculæ contexturā, in earumdem cavitatē nessitate mæcanicâ, vi ppriæ configuraõis excerni, ibidemq; facessere in ptes urinæ integrantes. Verùm præterqm qđ plus nimiū mtiplicantur in renib. cribra, adeòq; per multas ambages consequitur nãa qđ faciliori viâ perfici possit: accedit qđ si in sguine statuantur ptīculæ lotii essẽales, nihil est quod invicē concurrant abeantq; in urinā præsertim cum indesinenti motu fermentaõis oẽs sguinis ptes cieantur, susqi dèque omnia revolvantur.

Demùm per multas cogitaões et fictiones huc illuc vaganti, pensatis omnib. nihil aliud occurrit circa ortū et genesin lotii qm qđ insinuatū ē, videlicet urinā in sguine, ulcumq; demersâ reliquis principiis fõaliter inexistere neque aliud quicqm ad ejus generaõem conferre renes qm meram simplicemq; vesicularū penes poros suos dispoõem cujus raõe fit ut lotii tm ō bilis aliorumq; humorū ptīculas admittere possint. Enimvero permulta sunt quæ me ad senteãm hanc amplectendam mox impellunt. Etenim I.° compertum ē obstructis nervis glandulis renū ut plerumq; contingit à quâcumq; viscidâ mãâ, innumera inde symptomata proficisci, qualia sunt vomitus, nausea, letargus, præ primis verò odor vomitu rejectorū salivæque ipsius urinæ similis; qđ sanè refundi ō pt nisi in lotii redundaãm, quæ cum ō poit per consuetas vias excerni, regurgitat in massâ sguineâ, reliquosq; humores tàm nutritios qm recrementitios inquinat. huc referri pt color totius corporis flavus et salivæ amaror biliosus quem experiuntur illi quib. hepar obstructum ē: Neque dicas urinā aut bilem secretam in glandulis renū aut hepatis, cum ō poit ppter ductuū excretoriorū obstructionē exonerari in cavitates consuetas, transudatiōni veluti à quad. sguini in illis ptib. circulanti coicare, indeq; totā massā inficere: namq; gratis illud et sine fundaõto propositum stateãm donec experimento rem demonstraveris et neq; enim eatenùs inficitur sguis urinâ aut bile quoniã obstructa sũt vasa excretoria; imò verò quatenùs glandulæ viscidis quibusd. humorib. infarciuntur aut extrinsecùs etiam comprimuntur. patet illud quidem in sectione Ictericorum quorū hepar schirrosum ē, nullo alio-quin flavo colore infectum sed planè albū contra qm contingeret si glandulis benè habentibus sola excretoria vasa compressa aut quomodocumq; obstructa forent.

2.° videmus remedia permulta quæ vel sguinē fundunt, vel coagulant, exprimendo serum, magnā urinæ excretionē promovere, quatenùs urina involutam

in reliquis ptib. crassioribus ab eorum consortio expediunt, extricantq; quo fit ut dum sguis ad renes appellit, facilius ille aptatos vesicularum poros subeant, majorq; adeo in vesica urinaria lotii proventus fiat.

3.° Compertum e castratos imbelles, imberbesq; fieri; qd o nisi in seminis luxuriantis in sguine redundantiam referri vix poit: cum enim semen spiritu turgeat acido, copia suâ, dum stagnat in sguine ejusd. motu infringat; unde viscidior factus inersq; et pauca spirituu copia ad vegetas actiones eliciendas suppeditare necessum est.

Haec sunt quae o parum expositam sententiam confirmare point attamen obscurius adhuc videtur secretionis modus. siquidem totum negotium ex simplici pororu glandularu dispoe, et configurade pportionata fluidorum excernendoru explicabimus. cum enim alia sit rao fluidoru corporu et solidoru quae per cribra trajici solent, videtur statim pprie loquendo id secretionis genus qd fit per simplice corporum secernendoru configuradem fluidis accomodari o posse, quae videlicet singulis et cujuscumq; figurae poris congruere poitt. si tn rem attente perpendamus, comperiemus eand. prorsus ee fluidoru conditionem ac solidoru: vel enim fluida homogenea futura sunt vel heterogenea: si homogenea qndoquide ex ejusd. figurae ptib. solidis discretis componuntur, dici possit haec ead., dum per poros solidi corpori traducuntur, requirere determinatam pororu figura, quae nihil repugnet eoru transmissioni dum secundu minimas suas ptes sagittatim poris objiciuntur: o enim in hoc casu tanqm fluida corpora spectanda sunt, d potius tanqm solida: si vero heterogenea supponuntur liquida, atq; ex diversi generis pticulis conflata, concipere licet tessealis liquidi ptes in plures moleculas integrantes concurrere, quae cum superficie figuramq; determinatam obtineant, ~~figuram~~ ut per cribra trajiciantur, determinatam pororu dispoem expostulant; atq; adeo licet quoquo modo molles sint moleculae singulae coponentes, nisi tn summa vis adhibeatur, vix pnt per incongruos poros traduci: ex quo intelligitur licet urina ad sensum tenuior sit fluidiorq; lympha, bile, aliisque recrementitiis humoribus; imo licet forte patentiores sint pori glandularu per quos et lympha et bilis secernuntur; vix tn possi urina per eosd. transcolari; cum enim urina ~~he~~ heterogeneis constet moleculis, quae ut jam dixi figuram obtinent determinatam, ut cumq; ad sensum fluxilior videatur bile, lymphaq; quantenus integrantes ejus ptes leviores forte sunt qm ut invicem implicentur, o poterit illa poris aliarum glandularum aptari; nisi forte fortuna, sic eos laxari dilatariq; ipsis contingat, ut praestitutae molecularum figurae, nullo loci repugnent.

Ut dicam tn qd res e videtur praeter inconvenientem partium secernendarum et pororu pportionem influidis ad secretionem aliud quidpiam requiri quo praepediatur diversorum fluidorum per ead. cribra transcolatio impportio

videlicet pticularum diversi generis liquidorum, cujus raõe fit ut dum pars una fluidi cujusd. colatorii poros ingressa ẽ appellentes alias diversi generis repellat, id qd in filtris vulgaribus quotidie observamus: etenim videmus pannũ aquâ primũ imbutum superfusam aquam facilè trajicere, oleumq; repellere. contrà verò videmus prius imbutũ ~~superficiem aqua facilè~~ pannũ oleo liberè ptes olei transmittere repulsis aqueis, licet alioquin pannus ex æquo ad aqueæ oleique transmissione comparatum sit. quamobrẽ inquirenda ẽ caa hujus tam mirandi phoenomeni, ut inde et secretionis modum inglandulis cporum eruamus. itaq; qndoquidem in hoc casu pori panni ex æquo patent ptibus olei et aqueæ, six allata raõ quæ repetitur ex configuraõe ptium trajiciendarum pororumq; excipientium locum obtinet. neque defectus motûs in oleo, dum per pannũ aquâ madefactum trajici õ pt, accusandus; quippe vel solum pondus sufficit ad pticulas ejusd. intrà poros colatorii protrudendas, cum et sine illa vi sponte dum pannus siccus ẽ trajiciatur, atq; adeo nec ad disproportionẽ illam ptium aquearum cum oleosis quæ õ patitur illas inter se commisceri recurrendũ. Enim verò licet raõe diversæ superficiei qm obtinent invicẽ confundi õ possint. quid obstat quominus oleosæ pprio pondere aquosas ptes primũ poros ingressas extrudere exturbareq; poũt. quid est qd exturbatis aqueis ipsa õ trajiciantur ut nessario ad aliam hujus phoenomeni caam confugiendum sit.

Et I.° quidem qndoquidẽ nisus gravitatis olei panno supernatantis inutilis ẽ querenda ẽ caa oleum circa poros sustinens repellensq; ab eorũ ingressu. hanc autem nemo statuerit pannũ ipsũ qui licet contextu suo magna olei ptem sustineat circa poros tñ nihil præstare pt, multò minus in aquam ipsa poros replentẽ effectum hunc refundere licet, quippe quæ innata gravitatẽ majori nititur, ut cpus oleo gravius in centrũ gravium, ne quid dicã de summa ejus flexilitate quæ premi se trudique facile patitur. concludendũ itaq; caam oleosas ptes ab ingressu pororum panni repellentẽ planè insensilem ẽẽ ut autem illam eruamus supponendum nihil nisi cporeũ cpus movere posse. nec nisi quiescentia insecabilia cpora aut fluida in motu posita superare posse vim quâ gravia ad centrum gravium tendere solent. sic terra ut quiescens inamovibiliter inanẽ reddit lapidum superjectorũ gravitatem. sic ventus aut aqua magna vi sursum projecta suspendit qndoq; gravia cpora.

2.° Nulla cpora seu solida fuerint seu liquida reperiri quæ innumeris poris pervia õ sint quaq; intrasse fluida quandã maam sensibili quocumq; cpore tenuiorẽ admittant. supponendum est.

Supponendum 3.° hanc maam qm subtilem antea vocavimus indesinenti motu per varios corporum poros cieri; et pro varia corporum dispoẽ innumeras, atque in variis cporibus mirũ quantũ diversas deternaões suscipere quib. ita suppositis

Haud difficulter causam suspensi olei in panno aqua madefacto inveniemus, cum enim pticulæ aquosæ longè aliam obtineant figuram qm oleosæ, adeoq; et longè diverso gaudeant pororu ordine fieri ō pt, quin dum mãa etherea per aquosas ptes trajicitur, superincumbentes oleosas à pororu ingressu repellat quaru videlicet interjecti pori è directo ō respondeant poris aquæ subjectæ, ea enim ē utriusq; fluidi ad contactu positi dispōo, ut poris aquæ respondeant solidæ ptes olei et vicissim: unde cum mãa etherea è poris aquæ in viam pergit in oleum occurrantq; pororu loco solida illius ptes, ō pt illas ex adverso gravitates earumd. non movere atq; adeo fit ut oleosaru ptium gravitas æquilibretur adversâ vi subter repellente, hæreantq; in panno.

Jam quid vetat quominus et illud idem humoru secretioni quæ in nostro cpore fit accomodemus. Enim verò licet humores qui per varia colatoria secernuntur quoquo modo misceri point. quonia tn diversam obtinent pticularum componentiu texturam intelligere ē et diversam quoq; fore pororu in iisd. positionē: unde cum mãa etherea ab humore in colatorii poris hærente via perget in sguinē appellentē occurretq; pticulis diversi generis per quas pari velocitate ferri ō poit, quascumq; alias repellet donec tandē consimilis nãæ quædam accesserint, ac protinus illæ cum facilè uniantur ptib. quæ poris infixæ sint atq; à ponè sequentibus vi cordis motivâ trudantur colatorium subibunt, trudentq; priores in vasa excretoria.

Ex quo intelligitur ab ipsis generaõis primordiis colatoria cum suis recrementitiis humorib. aut saltem analogis comproducta fuisse, neque enim casu factum ut bilis per hepar, urina per renes, saliva per parotides utrasq; excernantur: sed totum hoc ex pravia tum pororu tum contentoru humorum dispōõe deducendum ē, adeo ut bilis in hepate, ceterus toto vita decursu secernatur quonia ab ipsa generaõe bilis in aliis glandulosis genita raõe ppria contexturæ aptior facta quæ uniretur ptibus biliosis in sguine contentis qm urinosis lymphaticis &c. .... qd autem humores cum colatoriis vel potius in colatoriis simul geniti sint, patet ex eo qd vix intelligi queat concameraõem quandā pororu aut vesicularu et vasculoru extrui, quin simul aliqua contineat mãa ambientem sustinens, immò nec hanc vel illam figurā pori assumpturi erunt nisi mãæ fluida disponenda in solidu opificium hic aut illic resistentiam majorē vel minorem inveniat adeoq; hic prominere illic excavari cogatur, neque hoc experientia refragatur: nullum enim tempus ē toto gestaõis tempore in quo colatoria humorib. referta invenire ō liceat immò et ptes illæ quaru usus ad exclusionem fœtus distrahitur si ō continendis fluidis referta sunt, aliquo saltem imbuuntur ne videlicet organisaõ I.^um facta invertatur seu ne cavitates magno artificio extructæ collapsæ lateribus in solidu commutentur: sic pulmonu vesiculæ per aërem excipiendæ sint à nativitate ō vacuæ sed seroso humore turgidæ comperiuntur.

Quod spectat ad modū quo excernendi humoris in poros colatoriorum impelluntur indeq; ad excretoria vasa progrediuntur illud plane intelliget quisquis singulare glandularū artificium attente perpenderit, singulæ namq; seu conglobatæ seu conglomeratæ pprio instruuntur involucro, quo singula granula ex quibus coagmentantur stricte concluduntur. Deinde vero quisquis observaverit contextū fibrosū quo pariter glandulæ interius velut ad fulcimentū intersecantur. Enimvero quandoquidē appellere ō pt. sanguis ad glandulas quin simul et quodamodo inflentur ac turgeant, nec turgere point quin dilatentur densæ earumd. membranæ fibræq; tendinosæ transversim positæ distendantur, sequitur dum fatiscit sanguinis motus redeuntib. videlicet elaterio innato ad pristinā contractionē glandulosā substantiam pari modo comprimendā eē quo cerebrū ipsum atq; adeo humores in iisdem contentos in excretoria sua vasa traducendos eē. favet huic contractivo motui mbranarū et humorū secretioni compressio inducta à vicinis ptib. quæ glandulas nullo in loco circumambiunt præsertim illas quarū membranæ paulo laxioribus instructa sūt cujus generis sūt hepar Thimus &c. quippe illæ vel interjiciuntur musculosis carnib. vel in locis compressioni cuidam reali obnoxiis collocantur. si jecur diaphragmatis et musculorū abdominis pressione sustinere summa naturæ providentia Thymū ad pulmonū inflationē, glandulas ad musculorum quib. interponuntur contractione premi susceptumq; humorē in vasa excretoria dimittere necesse.

Quæres num spiritus aiales concurrant ad generationem hu humorum recrementitiorum?

phaenomenon illud abstrusiore causam agnoscere pt, quaeq; ducit ex legib. unionis aiae cum corpore. cum videamus etiam absentibus ferculis gratis imo et injucundis ac foetidis vel sola eorum recordatione ex aequo moveri salivam ac si re ipsa in conspectu illa posita forent. quare licet satis apte phaenomenon explicari possit ex mecanicis legib. et per simplicem nervoru consensu. praesertim ubi suaveolentia aut foetida alimenta aliave odore suo nares tentant: qa tn per eorum absentiam simile quid contingit ex occasione simplicis recordationis suspicari e licet in hoc affectu producendo concurrere quoq; leges unionis aiae cum corpore. qd enim aia corpori unita e prospicitq; ejusd. conservationi, sequitur ad cogitationem grati alimenti, illud ipsum ad palatum ad quem respectum habet protinus referendum ce considerandumq; ac si re vera palato praesens foret. quia vero ad praesentiam ferculi in palato requiritur salivalis humor effluxus mastricari ut illud possit ac deglutiri; sequitur idem prorsus emersuru in corpore ubi simplex recurrit lauti e ferculi cogitatio cum respectu ad palatum ac si revera ferculum palato foret e conclusum; adeoq; et iisd. legib. quib. aia praesente ferculo ac linguam titillante determinat spirituum influxu majore in glandulas salivales, majoremque ita promovet salivae excretione in cavitate palati; iisd. inqm, legib. ad simplicem ejusd. ferculi absentis cogitationem quatenus refertur illud ad palatu determinabit spirituum fluxum in dictas glandulas salivales salivamq; ex aequo movebit. Interim tn si quis adhuc o. advocatis legib. unionis aiae cum corpore quae multum sane habent in recessu; vellet ex mecanicis problema resolvere statueretq; eod. ipso spirituum motu quo renovabit ferculi absentis perceptio determinari spiritus majori copia in nervos glandularu salivalium, non haberet me valde repugnante. Enim vero quid vetat quominus intelligamus in prima ferculi perceptione quae odoris occasione aiae indita est, facto nimiru refluxu spirituum à nervis organi olfactus ad cerebrum, sic paratu fuisse vestigiu in cerebro ad memoriam, ut si forte de novo subierint illud atq; implerint spiritus, recurratq; adeo ferculi ejusd. perceptio protinus inde fluant uberiori copia in nervos glandularum salivalium, quoru ostia obviuna et inosculatione cum nervis olfactus; jam antea ex prius facta e ferculi sensatione vel ampliata sunt vel ampliationi saltem et diductioni parum resistant, praesertim ubi spiritus eam ptem corporis callosi distendunt quae prospicit ostio nervoru olfactus quos penes origine vicinos ce et anastomosi veluti quadã unitos jam ad antea diximus, in hoc mea quidem opinione, repugnantia nulla nihil corporis structurae, nihil mecanicae principiis adversatur.

Quaeres denuum unde innatum fastidium nonnulloru alimentorum quo plerique laborant toto vitae decursu? Videmus quippe caseu nonnullos e adversari butirum alios, alios anguillas, imo et comperti qui carnium omne genus detestarentur, nec nisi pane et fructibus tolerarent?

R. Fastidiũ illud odiumq; quo pleriq; prosequuntur alimenta alioquin
innoxia haudquaqm̃ ingenita ẽẽ, nec a nescio qua Anthipatia eo saltem
modo quo accipiebant Antiqui, ullo modo dependere: sed ex ipso usu atq; experie-
ntia profluere. Et verò si cui ablactato caseus forte edendus proponatur, propositusq;
vel nares odore vel linguã sapore graviter feriat, ut ẽ mira organorũ in variis
contextura fieri ut si forte adeo molesta erit vellicaõ qm̃ caseus narib. aut
palato inferet, õ modo fugax subeat casei fastidium; sed et prout tenax futura
ẽ actorũ memoria ad integrum vitæ curriculum extendatur. qd autem fastidiũ
hujusmodi ex usu atq; experiẽa proficiscatur patet ex eo qd fastidium pathema
ẽ aĩæ, qd sine prævia rei qm̃ aversamur cognitione et consideraõe boni aut
mali respectus ad nos excitari in nobis õ poẽt. Cum autem rerum omnium
cognitio successivè nobis obveniat atq; adeo ingenita ẽ habeamus alimenti
cujus odio tenemur perceptione: sequitur priusqm̃ abhorreamus dignoscendũ
illud expendendumq; modũ quo se habiturũ ẽ respectu nostri, et an conv-
eniat necne cpori nostro? anteqm̃ prosequamur illud vel fugiamus: Cum
autem explorari vix poẽt respectus quem habent permulta cpora respectu
nostri qm̃ sensuũ ministerio nec auditus; tactus aut visus ad indaginem
illam conferre multum videantur: planũ ẽ totum hoc opus ad olfactum
et gustum referendum ẽẽ. Et primũ quidẽ alimentorũ tentamen ad olfactũ
secundum verò ad gustum pertinere. neq; enim in aliũ finẽ nares et olfactus
nobis concessa videntur qm̃ ut odorib. prius oblata queq; ingerenda probemus
qm̃ illa assumantur; ut enim odor et sapor summã obtinent affinitatẽ vix odore
grave futurũ ẽ cpus quin protinus et sapore donetur abominando, atq; adeo
penè semper sufficiet institutum tentamen ab olfactu ut oblata, modò cũ
libenter ingeramus; ubi grave õ spirant odorẽ, modo fastidiamus ubi graviter
nares afficiunt: ac porrò nusqm̃ ingenitũ erit quorund. alimentorũ fastidium
sed planè adventitium et consequens tentamina sensuũ aliquorũ olfactus
præsertim et gustus qui ab alimentis vel semel tm̃ aliqndo malè habiti sunt;
fatebor tn̄ nisi fastidiũ ab ipsa educaõe inductum sit, inẽe prævia ab ipsis
generaõis primordiis dispoẽm organis; cujus occasione fit ut caseum aliave non-
nulli adversentur quæ ab aliis avidè expetuntur, proindeq; innatum ingenitumq;
aliquo bono sensu futurũ alimentorũ fastidium. Et verò quoniã disparẽ non-
nulli salivæ aut muci narium conditionẽ, disparemq; quoq; contexturam fibrarũ
linguæ et membranæ nares obvestientis ab ortu præaliis nacti sunt; adeoq;
et gravius afficiuntur odore aut sapore quorund. alimentorũ, qm̃ reliqui quib.
obtigit tum humorũ tum organorũ ratio: perspicuũ ẽ illos ab ortu magis cũ
comparari ad fastidium hujus vel illius alimenti qm̃ reliquos, adeoq; si non
ingenitũ fastidium, ingenitam saltem dispoẽm ad fastidium dicemus.

Tam quoniā affinis valde, ne dicam similis, ē constitutio spirituum filiorum constitutioi humorū parentū, ō mirū si parē ōnullorū alimentorū fastidio laborent filii quo parentes qui ab utero similem tulere dispoēm ut aequè graviter afficiantur à nonnullis alimentis atq; parentes ipsi: in hoc tn̄ dandum aliquid educaōi praejudiciisq; quippe si cui adhuc Infanti observare dare fastidiū nutricis aut aliorū ex praejudicio fieri, ut simili et ipse quoq; fastidio corripiatur. expetatq; ōnulla prae aliis quae vorari cum voluptate ab aliis comperit: hoc ex ab institutione qd ōnulli populi vescantur solummodo fructib. alii verò piscibus. carnesq; adversantur alii vero carnes ament aīalium crudas ut Cafri; qui ferarū more crudas carnes vorant et vel jumentorū intestina sordib. plena, foetida atq; corrupta horrendū in modū deglutiunt, coctas carnes Europeorū more adversantes: atq; ideo privatorū omnium fastidiorū caā aut ex educaōe et praejudicio simpliciter {quod posterius in judicio gravib. auferri fit, nisi obstet peculiaris organorū dispositio} aut ex facto tentamine circa ōnulla alimenta quae vel naribus vel palato gravia comperta sunt, deducenda est. nusqm verò ex imaginatione aut pathematis matris in utero gerentis ut quidam arbitrantur. neque enim susceptum odiū panis V. G. ardenter exoptati ac denegati, ut refert Scotus in physica curiosa apud Ettmullerum dōi utero gerente potuit nessariâ ullâ consecutione traduci vi pathematis et imaginaōis in foetum utero conclusum. qui enim, amabo, et quâ raōe matris pathema in filii mentem migrare poit, et quis nessarius nexus inēe poit anima inter matris et sobolis? nullus certè, unde res tota in singularē potius humorū et organorū dispoēm à matre foetui comunicata aut in institutionē refundenda est. quid enim mirū respuente matre panis usum nato coram, et respui ab illo quoq; in posterum vel solo praejudicio improportionis qm habent ad organū gustus panis aliave id genus. sed de his satis.

Pergamus ad Sitis naām enucleandā, quae stimulus alter est quo monetur anima consumptum cporis humidū reparandū ēe: ergo sitis nomine nihil aliud intelligemus qm molesta mordacis cujusdā caloris et ariditatis perceptione ab imis faucib. menti inductam qm sequitur potulentorum eorumq; frigidorū desideriū. Ex quo liquet in siti haud secus ac in fame permulta concurrere in primis verò gravē quendā motum faucium: deinde vero certum ac determinatū spirituū aīaliū per faucium nervos refluxū ad cerebri penetralia: provocari ut poit mentis attentio ad ea quae in faucib. et toto quoque cpore geruntur, ac porro quoniā excitata perceptio ex occasione motus ac faucium singularis, ubi molesta ē iā juxta easd. leges conservaōis cporis liberatura sese molestia mens ad ea quae antea novit cpora cogitationem convertet, ignara primū virtutis qm exercere pnt in singula in concreditum

sibi corpus: ut vero sub molesta sensatione in fauces refert objecto palato admovere corpora cogatur, imo quoniam dura ac solida molui faucium sedando minus apta probatura est ad fluida sese convertes, atque ex his quae frigidiora sunt et grateiora sapore prae caeteris diliget, eodemque facto semel experimento quoties haec ead. recurret molesta perceptio et motus in faucib. recurrere similiter potulentorum antea probatorum recordatione desiderium et appetentiam necesse erit: quae omnia ad primum sitientes puellulos, paulis mutalis, et quomodo in fame diximus, traducenda sunt.

Quaeritur autem sit sitis sedes, quod organum? id est quod operose inquiramus, cum enim quoties nobis sitire contingit sub gravis hujus sensationis causam in fauces referamus imo et simplici faucium collutione, etiam si nulla potulenti pars in ventriculum devolvatur, auferre sitim posse compertum habeamus, planum inde est esse aliam nullam esse sitis sedem ac organum quam imas fauces. quod si melius citiusque restinguatur exhaustu potulentorum quam ex simplici faucium collutione. Illud totum non tam in sedatam sitis causam quam hactenus omnes in ventriculo tanquam ejus sedes collocarunt, quam in mutationem a potulentis inductam in sanguine. Ille namque novi humoris accessione fluidiorem multo salivam multo leniorem dimittit in cavitatem palati, quo fit ut calor et ariditas faucium attemperetur

At annon, inquiet aliquis, levamen illi qui intense sitiunt, experiuntur, statim ac potulentum assumptum frigidum praesertim ventriculi parietes contingit?

Rx. equidem locum illud habere in sitientibus a nimia corporis exercitatione in qua totum corpus plus aequo excalefactum est. quod enim exaestuent viscera imo ventre contenta atque adeo ventriculus non sentiri non potest levamen sibi cum frigidum potulentum contingit ventriculum: eo enim tum ejusdem tum aliarum partium aestus quodammodo sedatur. neque tamen ex levamine illo ventriculi ab assumptis potulentis, colligendum partem illam sitis aeque ac famis organum esse. cum sensus ille non calorem modo, sed et ariditatem quoque respiciat quam sane in sitientib. membranae ventriculi non patiuntur; alioquin si ad calorem tantum attendamus in siti, collocanda erit sitis sedes in singulis quae caloris aestum experiuntur partibus: aut si ex eo quod ventriculus ad contactum fluidi frigidi non parum sublevatur, quoniam vel manuum lotio a frigida sitientib. ex aequo levam levamen affert quatenus a frigida non aestus modo manuum sed et sanguinis quoque haud parum attemperatur. Et sitis sedes pari fundamento in manib. collocanda erit. quod hactenus nemo somniavit. Verae itaque sitis sedes fauces erunt, atque hoc nomine praesertim intelligemus laringis atque pharingis ambitum, uvulam carneumque illum tractum quo posterior haec pars hinc inde amigdalis alligatur.

imó et si quis totum palatum quod late patet sitis organum esse pertinaciter contenderet, non sim illi adversaturus? cum simplex linguæ collutio quæ prono capite fit, adeoque nihil humoris ad imas fauces pertingere sinit sitis vehementiam quadantenus temperet.

Quod ad causam sitis attinet, illa quandoque simplex est, quandoque satis composita pro diversis corporis statibus. ac 1° quidem certum est vel simplici ariditate faucium nullo concurrente febrili calore sitim excitari, ubi enim protracta diu solidorum masticatione exhaustus est salivalis humor, vel ex eo quod haud emollita et humefacta satis alimenta difficulter deglutiuntur, aliquamve divulsionem imis faucibus arefactis inducunt determinamur non raro ad potulentorum assumptionem: quare ubi ablatus humor faucium a solidis proindeque totum exarescit palatum cum faucibus vel unica causa cujus occasione sitis perceptio in mente excitatur, seu quod idem est aridatis faucium sensus emergit. alimenta ipsa ~~faucium~~ egre faucium rimam praeterlabentia iisdemque vim inferentia futura sunt, quamquam et ariditatis sensus ab assumptis excitari potest solo linguæ motu quæ tum ex præcedenti masticatione ariditatem contraxerit revolutione varia tum partibus sui affricatur, tum sibi ipsi ~~vim~~ vim facit, et qualem aspera cuti affricata sensadem propemodum infert: cum autem asperitatis ac ariditatis ille sensus linguæ fauciumve ingratus animæ sit, determinatur protinus illa ad potulentorum assumptionem quarum opem novit pristinam mollitiem ac flexibilitatem palato ac faucibus restituere.

Calidior magis composita est causa sitis quæ ariditatem faucium, æstum earumdem adjunctam supponit. quæque non solidorum assumptioni sed immodicæ exercitationi potius est tribuenda. tunc enim series est magna causarum concurrentium ad sitim excitandam omnium tamen choream ducit liquidus plus æquo efervescens à nimia exercitatione. Enim vero quoniam plus æquo fermentans liquidus et incalescens solidis partibus calorem solito majorem inducit; planum est ex eo fauces ut et reliquas partes majus caloris incrementum assumpturas esse atque hinc aqueas partes salivæ palatum aut fauces alluentis sensim et sine sensu difflandas esse omnemque faucium contextum assumpto humido laxante stringendum esse exsiccandumque quia veró utcumque exarescant fauces haud tamen penitus absumitur salivalis humor, sed dissipatis aqueis partibus. været palato crassior salivæ pars quæ salino-salsas retinet partes decessu partium aquearum coercitas atque adeo muriaticum salsum totam palati cavitatem infestat: sequitur præter ariditatem æstumque faucium concurrere quoque salsum salivale in majores adnatum moleculas. quorsum autem moveri est potis, ac nullumque vellicationis motum inferre cum præsto sit aër, expiratione rejectus prætermodum incalescens fervidusque quo cieri in motu queant hærentes faucium superficiei salivales partes, adigique ita aliquantum in contexturam

membranarũ quib. palatum et fauces obducuntur; ut porro ãnullum irritavis sensum producant. Neq; obstat si quis dixerit salsas ejusmodi ptes faucium ac palati concamerãoem fuliginis instar adhaerentes defectu humoris solventis agere vix posse, eo praesertim nomine qd salia, juxta vulgatum axioma ñ agant nisi soluta: namq; haud ita privantur humido quin solvi aliquatenus point, aliqnve faucib. vellicãoem inferre. Etenim ut umq; aestuet aër è pulmonib. redux, haud tñ penitus destituitur aqueis ptib. nihil ut possit conferre ad salsi salivalis concreti solutionẽ. Cum enim secum educat maam insensilis transpirãois pulmonũ quæ ex aqueo vapore et salso volatili coalescit; quæq; incalefacto praetermodũ cpore solito major ẽ; nihil obest quominus appellens ad fauces aqueis quas vehit ptib. quadantenus et ad breve temporis intervallum exsolvat occurrens salsum faucibus adhaerescens idemq; ad vellicãoem disponat. Sed nec ~~salute~~ solũoi salium desideratur fluidũ aqueũ perpetuo, illa quippe si modò intenso urgeantur calore facilè ob impressum motu in minimas ptes dividuntur, ut constat ex destillãoe salium quæ ab impresso ignis motu positâ siccâ foã fluiditatẽ aquirunt. atq; etiam evaporãoe illa summa salinarũ pticularũ qm promovet lenis calor solis aut ignis blandus salib. subditus: proindeq; licet fortè parum aut nihil conferrent aqueæ ptes aëris expirati salsi salivalis exsolutioni menstrui hujusce vices intensus ejusd. aëris fervor et motus suppletura sunt. exinde enim variis concussionib. quas patiuntur concretæ, salsi salivalis moleculæ ab aëre inter expirandum fauces impetente fiet, ut vel comminuantur in minores pticulas aut saltem ãnullæ salsæ atomi excutiantur quæ confodere queant sensilem contexturã membranarũ palati fauciumq; atq; hinc erit qd aestus et ardor faucium ñ simplex imo mordax, nec sine vellicãois quodã sensu percipiatur in siti. e hinc etiam ẽ qd aestus idem major sit atq; intensior aestu reliquarũ ptium quæ peræque ac fauces fervidum sguinẽ admittant. Cum enim motui caloris qui communicatur faucib. à sguine circulante accedat et motus quo dictæ salsæ salivales pticulæ impetunt fauces, duoq; illi motus juncti, unã eandemq; sui speciẽ traducant ad cerebrum per faucium nervos sequitur et ob id aestus sensãoem quæ in faucib. excitatur, acutiorẽ multò fore qm quæ excitatur in reliquis ptibus qmqm et aliud ẽ qd faucium aestum majorẽ queat illo quo reliquæ ptes afficiuntur aestus nimirum aëris expirati qui in ipso egressu alliditur faucibus iisdemq; aliquid de suo motu communicat.

Quaeres qui faucium ariditas inter caas sitis annumerari possit quæ nullã sui perceptionẽ in anima queat excitare: cum enim perceptio omnis animæ pendeat ex certo organorum motu certoque spirituũ refluxu ab organis in cerebrũ aridaq; ptes nullo motu cieantur: vix credat quis

ariditate faucium quæ in quiete ptium majori, aut motus potius pene oes privaoe posita ē, posse sui indicium animæ præbere?.

R. equidē ariditate faucium ex se nulla sui perceptione inducere posse; esse tn multa ex quib. illam ipsam colligere poit aïa. si quidem enim moveatur lingua, ut ō moveri ō pt, quoniam distrahit annexas fauces, quæ ob siccitatē et corrugationē insuetam ægrè tractationi obsequuntur. si item lingua palato affricetur ægreq; secundum illius superficiē revolvatur ob exsiccatas aridasq; papillas et scabritiem palati cui admovet sese, ō pt anima ex difficili faucium motu ac distractione atq; ex asperitatis vario sensu non judicare de faucium palatique ariditate. ac porrò quoniam inter expirandum validè impetuntur fauces ab äere fervido, tum etiam à salso salivali, proindeq; nihil obstante ariditate quæ integra ō ē, inflecti quadantenus membranarum huic cavitati prospicientium fibras necesse est, redeuntque illæ ad pristinum situm magna vi et elatere magno fieri vix pt quin in ipso motu restitutionis interjecta nervorū extrema subitò ac confestim comprimant, spirituumque refluxū producant qui corrugaois ejusdā et tensionis ac demū ariditatis inconsuetæ perceptionē producturus erit.

Quæres rursum, num vel sola membranarū faucium corrugatione, quæ ablatum sequitur humorē, sitis sensaō produci queat?

R. neutiqm fieri illud posse. cum enim ad sensaōem excitandam vividus requiratur spirituū refluxus ad cerebrū, vividus item motus in parte sequitur ob tarditatē motus corrugaois qui consequitur humoris assumptione sensim et sine facta in faucib. nulla observabilem saltem mutaōem partibus hisce supervenire ut inde sitis sensus emergat in mente; alioquin corrugaoes fibrarū imò et motus musculares ipsi peculiare in aïa sensaōem ~~productus~~ producturi erunt, qd tn experientiæ adversatur: nimirū constat corrugari intestina ~~intestina~~ item cutem corrugari à frigore externo, imo et validè contrahi musculosas carnes, quin tn inde suboriatur singularis ulla in mente perceptio, idq; propter sensim vel sine sensu facta corrugaōem fibrarū quæ impar est spirituum refluxui in cerebrum producendo, vel propter influxū spirituū solitò majorē in singulas musculi ptes dum contrahuntur illæ quò fit ut nulla ratione spiritus ad cerebrum recurrere poiNt, neq; enim fluere spiritus in musculos pnt ad contractionē præstandam simulq; ac semel adverso motū a musculo cujus promovent contractionē, reverti ad fontē unde scaturiunt.

Summa ea ōia quæ de nāa et cāa sitis jam antea diximus eò fermè recidunt, ut statuamus duplicem sitis sedes speciē: altera simplicē ac moderatam altera composita et paulò immoderata, quæ proinde tn morbosa dici ō pt, ut potè quæ nullum morbum sequitur nullisve officit functionu

exercitiis ac prioris quidē caam refundamus in simplicē fauciū ariditatem modico junctam calori qm inferunt masticata ac deglutita solida, quatenus absorbent salivale fluidum, affrictuq; vario fauciū calorē adaugent: posterioris verò ē in ariditate modo sed et in æstu faucium intenso, ac porrò in salso qddam fauces stimulans referamus: sic ut sitis illa species, aliud nihil esse videatur qm confusa quædā caloris, ariditatis vellicaōisq; cujusd. perceptio illā autem inducere solent præter exercitaōem corporis, quæcunq; salsa ingesta piperata aliave id genus acria condimenta quæ acrimoniā salsam inducunt in sanguine ejusdemq; humorē sufflaminare apta sunt, obiter tn in priori sitis specie, quæ sine intenso faucium æstu et ob simplicē salivæ penuriam quâ adversitur ariditas fauciū appetenda simpliciter fluida et seu calida fuerint nec ne? perinde omne; in posteriori verò specie quæ intensum ardorē faucium adjunctum habet ariditati, ō fluidum simpliciter sed frigidū præcis fluidū appetendum esse.

Quares undenā epota frigida sitim ō raro intendat qm calida compescit aut penitus aufert.

R. discrimen Illud actionis frigidæ et calidæ aquæ repetendū ex majori vel minori motu quo ~~cientur~~ cientur aquæ: ut enim exiguus ē motus ptiam aqua frigidæ fit, ut attemperare illa quidem ad tempus queat sitis sensum, quatenus allabens faucib. frigore retundit earumd. æstum, saliaq; quas exsolvere fit in ipso appulsu secum abducit, ac demū ob dimissas in contextu fauciū ōmullas ptes pristinā ejusd. flexilitate restituit: qa tn defectu motus sufficientis abripere ō potuit frigida salsas omnes palato ac faucib. adherentes pticulas, relictaq; ō multō post frigidæ haustum ob tantillū humorem cōmunicatum faucib. exsolvantur, exsolutaq; denuō vellicaōi inferendæ magis ac magis comparantur, fit ut inde sitim ulterius intendant: contra verò quoniam epota calida ppter intensum quem obtinet motum facile adhærentes salsas pticulas in ipso faucium transitu celeriter exsolvit, aufertque secū in cavitate ventriculi ventriculi, imò et raōe motus majoris facilius subit interstitia fibrarū fauciū membranas componentiū, adeoq; et nativam illd. laxitatē restituit, planū ē, à calida potius restinguendā eē sitim, qm à frigidâ, cum superat illa potius siccitatē caamq; vellicaōis excutiat qm ista

Quares adhuc quorsum spiritus Vini et Vinum ipsum attemperent magis sitim qm aqua?

R. tametsi spiritus vini haustus ardorē intensū statim accersat palato ac faucib. atq; adeo videatur fluidū restinguendæ sitis minus cōparatum qm aqua, qa tn totus sulfureus ē, aptior inde futurus huic effectui pducendo

qm aqua simplex. cum enim spiritum illud sit sulfureorum pinguiumq; corporum ut mitigent salium quorumdamq; acrimoniã, quatenus stamineis suis ptibus implicant, involvuntq; salium spicula echinosa: sequitur et ob id salsa illâ fuligine quæ vellicaoe suâ acriore reddit sitim â spiritu vini deliniendam temperandamq; sic ut post hac fauces stimulare ñ poit: quomodo videmus sal marinũ in aqua solutum, aut aliud quodvis salis genus ex permixtione spiritus vini mitescere, nullumq; aut parvum acrimoniæ sensũ excitare. Deinde verò quoniã spiritus vini pro indole sua sulfurea pingues ac viscidas salivæ faucib. hærentis partes exsolvit eluitq; secumq; ita abripit salsum salivales demersum à quo potissimũ sitis stimulus pendet. obvium ẽ ex eo quoq; à spiritu vini, quatenus ille stimulum aufert sitim restinguendam ẽẽ: ac porro quoniam spiritus vini tenuitate ac mobilitate quâ pollet summâ interiora faucium contextura pervadit, sguinemq; ibid. ob facta corrugaõem fibrarũ stagnante exagitat extenuatq; fit ut fluxilior ille factus per faucium ductus exarescentia contractos facilè trajiciatur, minoremq; adeo æstum iisd. conciliet. contrà verò quoniã aqua salinã acrimoniã faucium ñ mitigat, imò nec salsum omne involutum sulfurea salivæ pte fuliginis, psive mercta dissolvit aut sguini in faucib. nimiũ remoranti calcar addit liberè ut fluat ab extremis arteriarũ finib. in venas. sequitur multò difficilius illa sitis molestia deliniturã qm spiritu vini.

Quæres 5°. quâ raõe spiritus acidi ut sunt spiritus sulfuris vitrioli, succus item limonũ aliorumve fructuum acidorum sitim compescant?

℞. acida siti attemperare ñ unâ ð plurib. raõib. 1.um quidẽ quatenus acida acrimoniã salsã distringant corrigantq; unde vellicaõis sensus minor ex acidorũ haustu futurus ẽ faucib. 2.° verò ex eo qđ acida per se frigoris sensum inducant palato faucibusq; æstumq; earũ ptium compescant. cum enim acida ñ oia in ventriculũ pervolvantur sed nullo eorũ ptes per medias fibras sguini fauces irriganti commisceantur ac figant, quadantenus, sequiter ob id ñ parũ retundendũ ẽẽ fermentatum sguinis motum in sguine faucium, indeq; ad temperiẽ majorẽ ducendũ, ac porro membranas oẽs faucium atq; palati jucundo frigoris sensu percellendas ẽẽ. 3.° quoniã acidi liquores spiculis suis suaviter vellicant tum linguã tum reliquas palati ac faucium ptes, adeoq; et multiplice per varios nervos refluxũ spirituũ promovent: sequitur ex eo excretionem salivalis humoris solitò majorẽ excitandam, ductusq; salivales à saliva penè siccata obstructos reserandos ẽẽ. Enim verò cum spiritus ubi facta in organis impressione refluere coguntur ad cerebrũ, recursũ moliantur ad ptes, tantoq; celerius ad illas ferantur, qntò vis repellens major fuit, planũ ẽ à reciproco illo spirituũ recursu, qui refluxũ eorumd. proximè comitatur, interjectas glandulis salivalib. fibras solitò magis contrahendas: unde compressio major in glandulis contentiq; humoris excratio ;

Caput III
De
Alimentorum Masticatione
Et
Deglutitione

Quamq̃m famis et sitis stimulata mens, innata propensione serio cogitet de proprii ergastuli conservatione, appetatq; ea quae inducta corporis mutationem auferre queant; nihilo tn̄ minus cuncta in deterius ruitura sint nisi praesentib. malis opportuna feratur Medicina quamobrē haudquaqm sufficit aiae sitis ac famis molestia vexatae nosse imò et desiderare, ea quae removendis conferunt curis sed et amovenda illa sunt afflictis corporis ptib. unde mentis anxietas ortum habuit. qa verò in fame ac siti obscuram tm̄ obtinet mens ideam ventriculi cujus nimirū sitū atq; figuram ignorat, obviamq; nullam magis habet ptem affectam quam palatū ad quam referat expetita corpora aut si mavis alimenta quae velut molestae sensaois medicamenta considerantur, idcirco vel ex eo qd paulo distinctius novit os atq; palatū à quib. malè habet, determinanda ē ad suppetias potius ori atq; palato ferendas qm̄ aliis quibuslibet ptib. atqui hinc erit qd libenter haec quae idonea existimat sub molestarū famis ac sitis vellicaoum medicamenta, aut si mavis, alimenta in os atq; palatū intrudat. porrò quoniā intrusa alimenta praesertim sicca ac solida etiam palato admota quādiu crassā obtinent molem vix saporē ullū excitare pnt grataq; titillaoē molestā famis irritaoem sufflaminare, nisi sūm plerasq; sui ptes, organo gustus applicentur, nec ita applicari quin prius densus eorum contextus laxetur, illaq; molantur prius atq; affuso humore molliantur; idcirco mandi remandiq; solida ori intrusa necesse erit, donec flexilitate quad. adepta, in ima palati ptem devoluta deglutiantur et in ventriculum necessitate mechanicâ atq; ex ipsa organorū famis et sitis dispoē praecipitentur. ibidemq; attemperatis stimulis etiam famis

susceptaq; debita mutaõe ac fluiditate majori in intestina, indeque certo itinere in venas ad sanguinis reparaõem ferantur. Verũ hæc oĩa sigillatim expendenda sunt, videndumq; quis ordo mutaõis alimentorum, antequam in sanguine illa vertantur: qã verò quæ liquida sunt alimenta de facili subiguntur, solidaq; in primis ut sunt à naã magis compacta difficilius comparantur ad usũ cui destinantur à summo corporis artifice, multo majorẽ requirunt apparatum organorũ ac fluidorũ multo plures quoq; mutaões qm̃ fluida, proindeq; dimissa fluidorũ alimentorum præparaõe ad solida totos nos convertemus; quæcunq; enim de solidorum mutaõe dicturi sumus, ad liquida facilè ac paucis ptm mutatis transferri possunt.

Ergo ne quid diutius moremur, quoniã semel intrusa solida in cavitate palati simul ac superius linguæ planũ contingunt gratum titillaõis sensum inducunt pro innato mentis voluptatis desiderio, susq; deq; revolvi illa intra cavitatem palati nesse ẽ successivã ut atq; varia solidorũ applicaõe et motione et major et diuturnior titillaõis sensus emergat, atq; illud quidem vel nisu voluntatis consequente praevium mentis raõcinium vel nessitate mecanica futurum ẽ. ac I°. quidem ex eo qd̃ ñ oẽs palati ptes ex æquo sensiles sunt, nec nisi linguæ planũ superius aptum est excipiendis saporũ impressionib. proindeq; superiores cibi ptes palati fornicẽ spectantes sensaõem nullã jucundã inferunt aĩæ ad contactum intrusi cibi fiet ut fatiscente titillaõe qm̃ solidum movet eã pte sdũm qm̃ linguæ planũ contingit determinetur aĩa ad linguã movendã variéq; contorquendã, inde ut alimenta revolvantur, ac gustus organo successivè sdũm oẽs sui ptes admoveantur. Deinde verò nihil obest quominus in simplicẽ mechanicã organorũ, nihil anima concurrente dictam ciborũ revolutionẽ sdũm superius linguæ planum refundamus, enim verò si intelligamus nervos organo gustus prospicientes à linguæ motoriis diversos origine tñ vicinos, ñ sine aliqua ostiorũ comunione, futurũ ut papillis linguæ sensibilib. motis à superjectis solidis, spiritus per nervos eò pertingentes ad cerebrũ refluant. qã verò spiritus dum refluxêre quærunt sibi locum, nec patet comodior alter qm̃ qd̃ iter proximè ducit ad nervos linguæ motorios, per illos in ptes hujus musculos tanto majori motu traducentur qntã erit vis quã ex organo gustûs refluxerint, unde quidã in lingua motus excitandus erit. rursum quoniã admoti linguæ cibi pro diversa organi contextura inæqualiter sensiles movent papillas, et spiritus inæquali motus pportione à variis organi gustûs ptib. ad cerebrum refluxuri erunt. unde inordinatus ac mirè diversus musculorũ linguæ motus futurus ẽ. ut verò ita variè moveri lingua ñ pt quin simul superjecti cibi situm ac posituram non mutent, multipliciterq; volvantur, atq; adeo in ipsa revolutione sdũm totum suum ambitum successivæ linguæ ptes quib. applicantur titillant; fiet ut ex eo mira titillaõis sensuum inhiat mens diutius producatur.

Jam verò quoniã cibi in palatum intrudi ñ pñt quin protinus diducantur maxillæ, quandoquidẽ totã ferè cavitatẽ palati occupat linguæ moles fieri ñ pt quin dum revolvuntur illi hinc atque illinc à linguâ propellantur, aut elabantur intra dentium superiorũ et inferiorũ hiatum, multò minorẽ habeant resistẽam superandã musculi mansorii, quorum videlicet contractioni repugnabant digastrici maxillam diducentis nisus, et intrusa solida in cavitatẽ palati: sequitur protinus illos remoto altero obice contractionis motum exercituros, idq; eo majori vi perficiendum ẽ quod diductis maxillis ex occasione contentorũ in cavitatẽ palati solita copia intromitti ñ pñt spiritus in musculares fibras mansoriorũ ob distractionẽ quã patiuntur illæ à violenta diductione maxillæ inferioris quã infert tum digastrici maxillaris antagonistæ contractio, tum moles alimentorũ linguæ superjecta quæ cunei vim quadantenus exercet in maxillæ inferioris diductione, unde toto illo tempore quo mansoriorum musculorũ fibræ distractionẽ patiuntur violentam angustiamque pororũ, hærere spiritus in cavitate ostioq; nervorũ necesse ẽ. Cum autem collecti spiritus in nervis mansoriorũ musculorũ atq; in ipsa origine perpetuo annitantur ingressumq; moliantur in fibras mansoriorũ; sequitur illos sublata resistẽa parte confestim et cum impetu ruituros in fibras mansoriorũ, illasq; ad validã contractionem coacturos. quoniã verò contractis mansoriis adducitur inferior maxilla ad contactũ superioris: sequitur rursum interjecta alimenta solida pro raõe virtutis maxillam stringentis comprimenda ẽẽ atq; molenda, proindeq; illa utpote in plures divisa ptes ampliorẽ hinc adeptura superficiẽ, sicum quã gustûs organo, applicari queant.

Benè hactenus quidem, inquiet aliquis, et linguæ revolutio et maxillarũ contractio ex mecanicis legib. atq; ex ipsa organorũ dispoõe repeti pñt: vix autem alterna illa maxillæ diductio atq; contractio: quorsum enim semel contracta maxilla rursum diducatur nisi voluntarius accedat motus?

R. Haud operosiori labore mandibulæ diductionẽ ex mecanicis duci posse quã contractionẽ ejusd. Et verò quandoquidẽ constat incogitantib. nobis diduci maxillam: quid obstat quominus vel simplici nervorũ consensu et necessitatẽ mecanicà organorũ ex æquo diduci poit maxilla ac contrahi. ponamus enim consensu nervorũ qui digastricis impenduntur cum nervis interioris illius membranæ quâ buccinator musculus tegitur quaqi palatũ prospectat: ponamus item nonnullam inter gustus et ejusd. digastrici nervos in ipsâ origine cõmunionẽ: certè quoniã ad contractionẽ maxillæ, contritorum alimentorũ õ nullæ ptes in buccas seu in rimã illam quã dentes et buccinatores efformant, aliæ verò rursus in cavitatẽ palati protrudantur; sequitur vel ex eo notabiliter dispoõem maxillarũ immutandã ẽẽ. cum enim intrusæ alimentorũ ptes in buccas suo motu atq; inæqualitate ptium internã buccinatorũ mẽbranã concutiant, influentesq; adeo spiritus hinc repellant ad cerebrũ, atq; à cerebro in ostia nervorum qui

digastricis prospiciunt ob dictam illam inosculaoem qm hnt illi cum nervis buccaru. Cum insuper peri nessitate mecanica quæ ptes alimentoru contritæ effluxerunt in palatu de novo ob ampliore adepta superficie gustus organum feriant, paremq; spiritum aialium reflexum inducant ab organo gustus in cerebru, refluentesq; inde spiritus iter sibi ex ipsa dispoe pororu in cerebro n. ẽ modo in nervos musculorum linguã moventiu, sed et in eos qui maxillæ diductioni præsunt: sequitur ob ubertim hinc inde confluentes undas spirituu in ostia nervorum qui digastricis implantantur fluidum spiritiosu rapido motu in ea digastricos ex prævia contractione mansoriorũ distractos perrecturu ẽẽ, facleq; vi eorund. fibras dilataturum, ac demu superata penitus resistẽa mansoriorũ easdem ad recens amissã contractione restituturum unde nova maxillæ diductio, quæ tandiu duratura ẽ donec elapsis linguæ motitationes ciboru ptib. in dentium hiatu nova mansoriorũ contractioni locus præbeatur. Verum favet adhuc diductioni maxillæ inferioris inducta laxitas fibris mansoriorũ quam promovet involucru ipsu exterius quo muniuntur: cum enim tendineu illud sit, densaq; admodum ejus contextura, quaq; plus æquo distracta elastica vim exercere poit, fieri õ pt quin ubi validè contrahuntur mansorii, augentur que sdum latitudine, vim faciant involventi membranæ, atq; ab illa plus æquo distracta ac restitutioem fibraru ex quib. componitur moliente vicissim vim patiantur, et secundum illas ptes sdum quas extuberant, comprimantur fibraq; adeò defecta liberi spatii sdum qm dilatari queant, ad intera quandam laxitate cogantur, unde cum inde minus renitantur contractioni digastricoru õ erit cur demum facto eorum concursu maxillæ deductio perficiatur, atq; sic totu masticaois opus qmqm voluntariu ẽẽ pt attendentibus præsertim sola mecanica organoru dispoe absolvi poterit

Superest ut masticaois mod modu, quaq; ad masticaoem debitè perficiendam concurrunt, ut tandem solida mollem ac penè fluidam foam aquirat sedulò perpendamus. quocirca mirari primu subit mandibularu ac dentium apparatu quo utitur nãa ad comminutione alimentorum. Et verò mandibulæ se hnt in cpore velut forceps vulgaris, hoc tn discrimine qd in maxillis resistẽa multò majori vi superanda est qm in vulgari forcipe. licet utraq; machina ad vectem reducatur. Cum enim in mandibula vis motiva haud procul a fulcimento applicetur majore energia requirit qm quæ ad forcipis motu desideratur in qua vis motiva procul à fulcimento vectis applicari solet. aliud quoque vulgare inter forcipe et mandibulas discrimen ẽ qd in hoc vectis uterque mobilis in istis verò alter ttm. sunt enim mandibulæ figurâ rotundæ seu semiellipseos aliquo pacto repræsentantes quaru superior stabilis ẽ, excipitque ictus ab inferiori allatos incudis ad instar. inferior vero revolvitur circa duo capitula cylindrica quæ in sinub. ossis temporum revolvuntur, possuntq; duo

ejusq. medietates uterque pari ut duo Vectes exterius conjuncti in mento nihilominus tn haudquaquam obsunt illa quominus maxillæ forcipis in modum planè agant in solida oblata, similiq; proportione ac forceps vulgaris superent resistentiam alimentorum: quemadmodum enim in forcipe aut si mavis in forfice, perinde enim est, quanto magis findendum aut comprimendum corpus proprius ad fulcimentum forfici applicatur, tanto facilius aut finditur aut comprimitur, quanto verò longius à fulcimento amovetur, tanto difficilius vim forficis experitur: similiter et quanto proprius accedunt solida mandenda ad centrum revolutionis maxillæ inferioris eo tanto majori vi et tanto facilius conquassantur, id quod contra evenit ubi procul à fulcimento et anterioribus dentibus aplicantur comminuendi cibi, unde providè factum ut anteriores dentes cuneiformem figuram obtinuerint, illa enim mire compensatur defectus virtutis motivæ inferioris maxillæ juxta mentum quæ pars est remotissima à fulcimento et centro revolutionis: quippe incisivi dentes atque canini qui anteriorem maxillarum partem adornant sunt totidem cunei qui pro innata sua acutie facilè dividunt solvuntq; compagem solidorum propositorum licet alioquin vis impressa maxillæ à musculis mansoriis circa mentum fatiscat singularis quippe cunei proprietas est, ut modica vi renitentia summè divisioni corpora dividat atq; convellat, ut ex mæcanicis constat. itaq; quoniam maxillæ as forficis proindeq; Elliptici cujusdam vectis actionem exercent, ita comparatas esse oportuit ut omni modo resistentiam superare possint; sed et durari illas decuit adversus ictus solidiorum à quibus si mollem aut fragilem substantiæ modum nactæ forent, singulis penè diebus labes inter masticationem inferenda foret quamobrem dentibus omni osse durioribus instruxit illas supremus operis artifex architectus quorum ope comminuere duriora quæq; alimenta possent, sese ab omni labe ac vulnere vindicare. quia verò omni concidendi modo fuerunt ubi sed et terendi in tenuissimum velut pollinem, non unam sed diversam formam nancisci dentes congruum fuit, ut alii Incisioni, alii attritioni simplici destinarentur hinc Incisivi dentes atq; Canini hinc Molares emerserunt: Illi in anteriori maxillarum parte, hi verò in posteriori et prope fulcimentum maxillæ mobilis. his præmissis, ad masticationem ipsam nos convertamus, et quis usus ejusdem futurus indagemus.

Ne quid ergo diutius immoremur, quoniam intrudenda alimenta revolvenda sunt in ipso palato incidi prius oportet in frustula vel in ipso oris ingressu, quod facilè perficiunt incisivi dentes atq; canini ratione figuræ cuneiformis: mox verò quoniam ægrè frustulorum ita incisorum revolutio à lingua fieret nisi illa gratum diu saporem moverent, nec moveri sapor ad multum tempus queat nisi alimentorum frusta innumeris in locis pateant organo gustus, idcirco attritione ulteriori opus est: hanc verò moliuntur dentes ab usu molares dicti

quippe Illi ob inæqualitatẽ superficiei comprehensa semel frusta alimentorũ elabi õ sinunt, antequã compressionẽ maxillarũ quota quota ẽ fuerint experta et in tenuissimas moleculas cominuta; ac ne ullum sit ingestorũ frustulum quod eludat attritionẽ, sic oĩa ad masticadem conspirant, ut quæcumq; ingeruntur multoties dentiũ compressioni subiiciantur, jure ut masticaõis organũ molendino vulgari quo grana teruntur ad panificiũ æquiparari põit, qd enim in molendino lapidea præstat mola motu suo in frumenti attritione, id dentes aut maxillarũ motus respectu solidorũ alimentorũ. quomodò verò se habet in molendino theca illa granorum ministra, eo modo se habet lingua respectu dentium, revolutione quippe multiplici subiicit dentib. cibos. demũ qd arca seu tympanũ quo concluditur mola præstat in molendino idem illud buccinatores musculi in masticaõis opere perficiunt, quemadmodũ enim latera tympani grana quæ fugiunt vim molæ reflectunt, rursumq; eid. supponunt, similiter et buccinatores musculi quæcumq; defluunt ad buccas contractione sua rursum ad dentes trudunt atq; repellunt adeo ut contractionib. variis buccinatorũ musculorum ac labiorum reciprocâ linguæ volutatione hinc illinc pulsi atq; repulsi cibi, dentibusq; iterato subjecti integram tandem partium cominutionẽ pati necesse habeant.

Jam verò quoniã utcumq; trita alimenta atq; in tenuissimũ pollinem redacta saporẽ ullum excitare põt, nisi salinæ eorumd. ptes à reliquarũ consortio paulum extricentur subeantq; sensiles linguæ papillas, singulari meccanica factum darios ut inter motus maxillæ inferioris linguæ atq; buccarũ millenis ostiis serosus latex eructaretur in cavitatẽ palati, õ modo ad molliendã duriora alimenta, sed et quoque ad extrahendas salinas sulphureasve ptes quib. alimentorũ sapores debentur. Enim verò contractionib. singulis masseteris externi compresso salivali ductu superiori õ manari õ pt ubertim saliva profundiq; ad radices dentium molarium à quib. præprimis attritio ciborũ perficitur, idemq; evenit in deductione maxillæ inferioris, retracto enim digastrico, indeq; vi allata laterib. ductus salivalis inferioris contentum salivalem humorẽ dimittit ad radices dentiũ Incisoriorũ, adeoq; alimenta vel in ipso oris ingressu salivali rore imbuuntur. quid quod? et lingua variis suis motib. contractivis õ modo ex propriis glandulis sed et ex tota glandulosa concameratione palati, cui nessario affricatur salivalem humorẽ emulget, quò demũ fit ut ~~ob~~ ob copiosè admixtas salivæ ptes masticata solida õ quidem in pulverẽ sed in ptem veluti quandã et liquaminis certũ genus redigantur et deglutitioni idonea evadant: neq; enim nisi solida fluorẽ quendã subacta masticatãq; adipiscerentur facilè ad imas fauces delabi, indeq; in ventriculum devolvi põent repugnantib. præsertim asperiusculis alimentorũ ptib. Verũ ille solus õ est usus quem præstat salivalis humor alimentis inter mandendũ confusus nimirũ ut illa in flexile qddam corpus convertat: ne quid enim memorẽ haud parum juvare salivam

attritione alimentorũ quatenus aqueo suo humore contexturã illorũ relaxat: favet
insuper laudatus humor integræ ciborũ dissolutioni, jure ut prima alimentorum
digestione in ipso palato inchoari affirmare quis possit: enim vero vulgari experiẽtiâ
compertum ẽ masticatos quosumq; cibos et salivali humore turgidos citius multo
repositos in vasis corrumpi foetoremq; contrahere qm ubi illi aqueo aliove fluidô
imbuuntur: unde autem tam subitanea masticatorũ corruptio advocari põt nisi
ex ipsa saliva admixta quæ menstrui ac fermenti munera exercens, sic intimam
reserat alimentorum contexturã, sic activa elementorum pricipia prius depressa
evolvit acuitq; ut inde corruptivũ fermentaois motũ suscipiant, qd reliquis
fluidis haudquaqm concessum ẽ.

Neque vero repugnat indoles salivalis humoris digestioni atq; dissoluaõi
ciborũ: cum enim diversi generis ptes complectatur quib. stricta pricipiorũ quæ in
alimentis inveniũt contexturã aggredi concutere ac convellere põt, nihil mirũ
si utcumq; insulsus ineptusq; humor videatur saliva, dissoluois opus tn perficere
possit. Quæro enim an non aquea sua pte laxitatẽ saltem quandã integrant-
ium molecularum in cibis masticatis inducere, oblatasq; salia, si quæ occurrant,
liquare põt? num et salsũ volatile qd aqueus humor salivæ secũ vehit sulfureas
alimentorũ evolvere? num et sulfureo volatiles ejusd. fluidi salivalis ptes fixã
inertemq; alimentorũ pinguedinẽ ñ emollire modo sed et in fluorẽ perducere
queant? ac porro num liquatæ salinæ atq; sulfureæ alimentorũ ptes ut variam
atq; multiplicẽ obtinent figurã tum invicẽ tum etiam cum admixtis salivæ parti-
culis concurrere internũ fermentaois motum inire põnt; et si res ita erit, num
vere dissolutioñem ac digestionẽ alimentorũ vel in ipso palato exordium sumere
merito statuemus? Equidem in hoc nihil ab insitis salivæ pprietatib. nihil a
pricipiis alimentorũ componentib. abhorrere videtur quin potius cum alimenta
ex se et suapte nõa, si modo externus humor accedat corruptivã fermentaõ-
suscipiant, quid de illis futurũ ẽ, ubi ñ aqueus simplex humor sed ex diversi
generis ptibus conflatus iisd. miscebitur: ñ diffitebor tn fermentaois motum
quem masticati cibi ex admixtis salivæ ptib. patiuntur qmdiu inhærent palato
tantillum ẽe, ut maceraois potius qm fermentaois nomen mereatur inducta
prior illa alteratio. neq; enim nisi manifestus evadat motus in cibis aut in-
manifesta saltem foẽ mutaõ, qd sane in ore ñ observamus vix fermentari
illos dicamus tametsi saliva fermenti ac menstrui se habet respectu masticato-
rum, idq; profecto tum pter amplius spatium continentis palati tum etiam pter
defectum stimuli quo fermentativæ ptes in motũ cieantur: tum denique ob
tardã pitui salivæ actionẽ in alimenta. Et vero licet in onullis fermentaoum
speciib. liberũ spatiũ et quædã velut laxitas pricipiorũ desideretur, in plerisq;
tn fermentanda ad angustias redigenda sunt, præsertim ubi fermentum tenue

ac facilé evaporabile impenditur: ita concludimus plantas contusas levi admixto fermento in urnis angusti colli, redigimusq; ad angustias quantum fieri pt, additis etiam ponderib. quib. obturacula immota reddantur: liberu contra multó spatium relinquimus, idque pter dispare fermentoru fermentandorumque conditione: alia quippe fermenta tenuia sint quaeq; prae nimia tenuitate facilé subeunt fermentandorum ac solvendoru poros nec nisi parva eorumd. partibus motus qtitate impertiuntur: alia veró crassa quaeq; prout difficilius subeunt interstitia molecularu dividendaru, tantó majora exercent nisum majoremque fermentaoem induunt, illa angustu, haec veró amplum spatiu requirunt, proinde que cum salivale fermentum ad tenuia referendu sit vix pt instar patenti spatio cujusmodi e palati cavitas, manifestum aliquem fermentaois motum excitare. deinde quoniam parum incalescit os pter continuu aëris appulsum, vis salivales fermentum eum motu in ore suscipere pt, ut penitissimos quosque alimentorum recessus permeare poit: unde porró lente activa salivae pincipia vim exercere suam necesse est, idq; tantó magis qd odum plané evoluta sunt.

Summa masticaois nessitas inde repetitur qd deglutiri, nisi cominuta vix point, nec facilé digeri seu exsolvi á menstruo seu fermento ventriculi nisi in minimas ptes fuerint divisa, ut ad soluoem alimentoru praemittendas easd. habeat dispoes nâa in nobis quas artificis prae primis veró chymici ad solutiones cporum aut extractiones suas perficiendas: Et sicut o. satis habent chymici ad solutionem cporum solidoru ead. in menstruis suis immergere: sed insuper illa ipsa aut radunt aut terunt, aut limant, inde ut usurpatum menstruu multó plori pluirib. in locis impetat eorumd. ptes: similiter haud anté immitti oportet alimenta in stomacu quae soluois naalis officina e qm fuerint prius incisa attritaq; dentib. qui mortarii ac pistilli vices in nostro cpore gerunt. quod autem attritio ista alimentoru miré conducat ad eoru dissoluoem; hinc patet qd attrita corpora multo ampliore acquirant superficie: qa veró qtó majore hat corpora superficie, tanta plurib. in locis patent occursui pticularu fluidi solutionem molientis: sequitur inde citius alimenta solvenda fore á menstruo stomacali quo majore illa attritione in ore fuerint passa: atq; adeo licet ex aequo menstruu ventriculi solvere aptum sit solida alimenta, seu in conspicuam mole ingerantur seu attrita: constat tn citius multó dissoluois opus absolvi ubi trita deglutiuntur, alimenta qm ubi in frusta tm divisa; unde potissimu hunc usu obtinuisse in corpore masticaoem dicemus, nempe ut maturet ciboru dissoluoem quae alioquin o ad horas tm aliquot sed ad dies etiam protrahenda foret, o sine gravi cporis noxa ut enim continua patitur cpus nostrum pticularu jactura, vix nisi cito perficeretur alimentoru solutio digestioque resarciri opportuné possent effluvia quae nullo o tempore decedunt tum ex solidis tum ex fluidis cporis nostri partib. unde sensi

et sine sensu irreparabilis virium lapsus.

Masticationis nessitate infert inde expetita voluptas in alimentorum assumptione: siquidē illa quanto magis attrita sunt, secundū multo plures sui ptes gustus organo admoventur, multò quoq; plures sapidas pticulas distillant unde titillaois intensior sensus, jucundior atq; diuturnior. ac demū quoniam saliva aquê apta est soluoi ciborum atq; fermentū ventriculi, nec ubertim illa excerni ac fluere in cavitate palati, nisi ad excretionē glandulæ salivales linguæ ac maxillarū motū sollicitentur; planū ē et vel hoc nomine masticaoēm quæ alternis contractionis ac diductionis motib. perficitur in digestionis negotio nessariā eē; adeoq; et bené consultum nobis, si quæ quotidiè ingerimus alimenta diu remandamus linguâq; revolvamus; præternamq; cōmodū emergens ex attritione ciborū accedit quod pro raoē masticaois uberior salivæ copia emulgeatur, indeq; stomacale fermentū tum vires, tum incrementū acquirat, id qd ō parū accelerat ingestorum dissolutionem.

Cæterum quoniā solida ubi cum dentium attritione tum salivalis humoris admixtione flexilitatē quandā adepta sunt vel levi linguæ motu quaquaversum expanduntur, innataq; gravitate in faucium declive feruntur, nessitate mæcanica, inde in pharingis ostium prolabi, indeq; in ventriculum devolvi ac necesse ē. nessitatē dixi mæcanica, neq; enim in nobis ē cum semel tum solida tum liquida tum solida masticaoē mollita ad imam palati regionē pervenerunt inhibere deglutitionis motum imo musculi huic operi destinati, velimus nolimus contractiones exercent suas, comprehensaq; alimenta correptaq; in æsophagū atq; hinc in ventriculum trudunt. unde autem et qua raoē contractionis motus procedat in variis deglutitionis musculis indagine dignū videtur. quocirca expendenda mutaō quæ imis supervenit faucib. ad adventum masticatorū alimentorum seu illa huc linguæ motus inter varias revolutiones adduxerint seu innata gravitas atq; fluxilitas favente præ pristris loci proclivitate. Ac 1° quidem quoniā aliud nihil imis faucib. de novo supervenit qm simplex alimentorū eò delapsorū contactus quem protinus miræ musculorū pharingis, uvulæ, ossis hyodis ac linguæ contractiones sequentur: planū ē musculares p oēs motus proximè sequentes ac deglutitionem absolventes in simplicē contactu ac motū alimentorū quo Epiglottis ac laringis latera petuntur referendos eē: Cum autem ad contactum alimentorū irritaois sensus ?.. emergat in Epiglotide et latteralib. laringis ptib. nec irritaois sensus a dictis ptib. motis excitari poit nisi refluant spiritus per Epiglotidis ac laringis nervos ad cerebrum. sequitur proximā caām illarū mutaois qm patiuntur deglutitionis musculi, statim atq; alimenta ima palati regionē contingunt: spiritibus hinc ad cerebrū refluentib. tribuenda eē. rursum quoniā hanc solam patiuntur mutaoēm deglutitionis musculi ut nempè statim ab ipso irritaois sensu aut potius statim a refluxu spirituū à omnibus faucium ptib. contrahantur; id qd nisi spiritus solitò majori copia in eosd. fluant vix perfici pt, sequitur refluxū spirituū à laringis

ptib. ad cerebrū solitò majorē fluidi spirituosi, ejusq. callosum incidentis fluxū in prædictos deglutitionis musculos promovere: ac porro quoniā nisi præsto sint viæ per quas fluidū spirituosū ubertim mittatur in determinatos deglutitionis musculos promovere ex occasione recursus fluidi per nervos laringis, longè alii motus in corpore excitandi sunt, ita comparari ostia nervorū laringis atque deglutitionis necesse est; facilis ut sit spirituū à laringe recurrentium in nervos deglutitioni prospicientes influxus, proindeq. contractio dictorū musculorum perficiatur.

Verum tota deglutitionis œconomia distinctius explicanda ē et quo ordine contrahantur musculi huic operi destinati tradendum est. qē dum humefacti triti atque liquefacti cibi spontaneâ linguæ revolutione aut proprio pondere ad imas fauces devoluti sunt epiglotidemq. uvulam ac latterales laringis ptes contingunt necessitate mecanica petita ex nervorū communione, sequitur statim genioglossi ac genioidi contractio, seriq. necessariâ totius linguæ proindeq. laringis atq. pharingis ad anteriores dentes adductio. cum autem adducta lingua anteriorē totā palati cavitatē occupet, indeq. masticati cibi repellantur, ad basim ejusd. atq. pharingē suoq. motū cum semel offerunturpharingi stimulant ejusd. didultores ac levatores ad contractionē, fit ut cum hinc inde sphœno-pharingeus stilopharingeus ac cephalo-pharingeus trahunt ex diversis ptib. pharinx patentior evadat, atq. adeo cibi hærentes in ipso liminē cavitatē ejusd. subintrent. Rursum quoniā cibi pharingem semel ingressi tum impresso motū qua effluviis suis œsophagicum sphincterem movent ad sui contractionē, contratiq. ille ō fit quin simul introducti cibi sdum totam pharingis circumferēcam comprimantur: sequitur eosd. ob pressionē quam patiuntur vel deorsum hoc ē in œsophagum et ventriculum, vel sursum hoc est in palatum rursus trudendos eē: at præpedit illorū regressum linguæ basis palato firmiter applicata: præpediunt similiter levatores musculi pharingis qui nempè sua contractione ejusd. ostium ac faucium lacunar prius lacunar prius obstructum tractatione nimirū musculi uvulæ externi, quem jure lacunaris occlusionem dicere possumus. qō cibi quorum ita regressus ad palatum impeditur, ab ipso in pharingis ostio in subjectā œsophagi ptem, œsophagici contractione deturbandi sunt. Cum autem et hanc ipsā œsophagi ptem qm subiere similiter tum effluviis suis, tum simplici contactu ad contractionē sollicitent, orbicularesq. ac longitudinales ejusd. fibræ contrahantur comprimantq. adeo intromissos cibos, trudendi illi atque pellendi erunt, ō quidē versus pharingē ob proximè initā contractionē occlusum atque ita regressum impediente, sed in subsequente potius œsophagi ductus ptem quæ videlicet motui trusioni minus resistit, atq. ex hac in aliam successive deprehendendo usque dum in ventriculi cavitatem dimittantur, ubi nova mutadem subituri sunt.

caput. IV.

Caput IV
De chylificatione seu de digestione ac solutione alimentorum in cavitate ventriculi.

Tametsi conspicuã satis alimenta mutationẽ patiantur, seu dentium attritione, seu salivalis humoris permixtione, aliamve formã videantur adepta, antequam stomachi cavitatẽ adintrent: quia tamen tanta non est illa mutatio quam subierunt cujus ratione assumpta destinatis usibus sanguinis, puta reparationi accommodentur, ulteriorẽ idcirco elaborationem requirunt facile ut angustissimos ductus per quos sanguini apportantur pervadere queant, apportataque eidem ad minima commisceantur, ac demum in ipsum sanguinẽ convertantur. quocirca in hunc modũ comparari oportuit corpus nostrũ ut praemissa levi ciborũ praeparatione quae in ipso palato perficitur alia suppeteret officina in quã ulterius elaborarentur et ad expetitam fluxilitatẽ perducerentur. suppetit autem, Et siquidẽ advertamus insignem illam mutationem, quam subeunt ingesta in cavitate ventriculi meritò statuamus conceptaculum istiusmodi verã esse digestionis aut dissolutionis potius alimentorũ officinã. favet autem huic operi tum conformatio ipsa ventriculi quae vasis instar oblongi orisque in superiori parte hinc inde apertus palato œsophagoque supponitur. favet et fluidũ ipsum quod per glandulosã ejusdem tunicã eructatur. favent demum circumjectae partes quae miris modis contentorũ in cavitate ventriculi dissolutionem promovere possunt; ut non ineptè singularis ille organorũ apparatus quo natura utitur ad alimentorũ dissolutionem instrumentis illis quae chymici adh

solidoru corporum dissolvedem usurpant conferri poit. qd enim mortarium est aut
lima chymicis, dum solvendu sint aliquod corpus solidum, illud idem dentes nobis
sunt: quemadmodu aute limae aut pistilli ope solida in minimas ptes comminunt
facile ut pateant menstruis quib. eorum solutione moliuntur, sic et dentibus
conciduntur teruntur atq; moluntur cibi menstruu, ut salivale aliudve brevi
affundendum multo plurib. in locis admittant. ut autem solemne e chymicis
contrita solida in vas deinde immittere, menstruoq; immersa reponere ad digesti-
one, inde ut concretas omnes ptes educant, et ad fluore perducant: similiter
et naae mos est masticata tritaq; in minimas ptes alimenta suomodo in datis a
amplum vas dimittere ibidemq; ad digestione reservare. neq; vero deest naturae
artificiu quo contrita alimenta in ventriculi cavum deponat: varii quippe
linguae motus atq; pharyngis idem prorsus in corpore praestant, qd motus artificis
quib. utitur ille ad contrita solida colligenda immittendaq; in destinatum vas,
ac nescio num chymici in suis operib. naam in opere digestionis fuerint imitati
artemq; solida dissolvendi instrumentaq; dissolutionis ex ipsa digestione quae in
nobis fit, atq; ex ipsis digestionis organis mutuati sint; quidquid sit, mire consen-
tit naa in digestionis negotio cum chymicis aut chymici in dissolutionib. suis imita-
tores se praebent naalium digestionu quae in gremio nostro efficiuntur. Verum
consensus iste naae cum artefactis clarius instituta analysi digestionis eorum
quae ingeruntur, elucescet.

Quocirca quonia compertu habemus ingesta dum mora aliqm traxe-
runt in stomacho, mutatioem in eo tantam subire cujus ratoe nativa posuisse
formam, novamq; induisse dicamus. Investiganda nobis I° caa mutaois illius
quaerendumve principium conspicuae illius fluiditatis qm digesta induunt solida
quae nobis aliquothoris a deglutitione cremoris aut pultis specie sese offerunt,
ac chyli in posteru nomine insigniuntur: qo quonia foa mutao ois o nisi ab
indito novo motu praestari pt; cardo rei in eo positus ee videtur, ut nempe
eruamus principium motus quo ptes alimentoru priori amissa dispoe novam
adipiscantur, in quo quide rao foa collocari videtur. qd ut eruamus expen-
denda nobis singula quae circumstant masticata solida, cum semel in cavitate
ventriculi lapsa sint. ac I° quidem se offert ventriculus ipse quo tanqm in
vase aut theca concluduntur assumpta: qa vero ventriculus passive tm se
habet respectu contentoru, motusve quo ejusd. fibrae donantur, impar est
oio transponendis dislocandisve insensibilib. alimentoru particulis, nihil est qd
mutaois illius essealis qm ex experiuntur assumpta, seu ut uno verbo dicam,
chylificaois principium solida ventriculi contextura statuamus. Et vero adeo lenis
e contractilis stomachi motus vix ut exsolutis assumptis sufficiat eorumdem
expulsioni, nisi suppetias ferant diaphragma, musculiq; abdominis. qui igitur
nativa assumptorum foam invertere poit? deinde vero quonia contractivus

stomachi motus ē nisi totā assumptorū movet collectionē, haudquaqm verò singulas earumd. ptes exagitat atq; in varias ciet determaões; vix illae ob impresso illo motu sic pnt mutare situm ac positura, inde et novam adipiscantur foam. neq; verò vel si armos terend terantur integros alimenta in mortario, utcumque pistilli motus inditus longè superet vim qua ventriculus contractione exercet, eo tn. illa in chylum vertenda snt sed in tenui stimen ttm pollinē, cujus integrantes oēs pticulae nativā tuentur foam licet continuitatis laesione expertae sint à pistillo contundente. ead. penè raoe qua vitrū licet diu teratur et in pulvisculum redigatur, haud tn deperit vitri foam integrantib. nimirū ptib. ejusd. vitri foam servantib. licet cumulus detritarum penes varias pprietates discrepet ab eod. ipso cumulo contentarū ac continuatū in unā vitri massa. quemadmodū autem ad essealem foae mutaoem in vitro ō sufficit dividi illud in ptes integrantes minutas ac minutas: sed ulterior divisio dislocatioq; desideratur in ptib. essealib. puta sale Kali et pulvere silicum qua integrantes undiq; ptes constituunt: & similiter ō sufficit exagitari alimentorū ptes in stomaco cierique hinc inde collectione ptium integrantiū earumd. sed esseales alimentorū ptes, praesertim verò sal sulfur ac terra ex quib. integrantes suboriuntur exagitari dividi coireq; rursum in aliam foam necesse est, id quod certè à motu ventriculi contractivo sperare ō licet. Enimverò adeo ō exagitantur ac succutiuntur esseales alimentorū ptes à contractione ventriculi ut ne integrantes quidē facilè diversis agi motuum determaoib. queant ad ulteriorē sui attritionē, facit namq; ppria stomachi contextura modusq; contractionis fibrarū carnearum quib. instructus ē, ut assumpta omni ex pte et sdum extima sua superficiē quā interiori tunicae prospiciunt comprimantur, ptesq; adeo illorum integrantes ad mutuū contactū cogantur stomaco in opere digestionis si quidē tanti momenti ā contractioē ejusd. preli vim simpliciter exercente quo nemo dixerit integrantes subditorū cporum ptes à mutuo contactu removeri, sed magis ac magis addensari; ḡo impar vid. ē motus contractionis ventriculi disturbandis essealib. alimentorum pticulis iisdemq; chyli foae conciliandae.

An vero dicamus mutaoem illā qm subeunt alimenta in cavitate ventriculi pendere à nescio qua ejusd. facultate concoctrice pridem adeo decantatā quae calore nativo tanqm instrumento utatur ad coctionē alimentorū seu qd idem ē ad chylificaoem. sed quorsum id genus facultatis advocem, cujus naam penitus ignoramus, cujus nec distinctā ullam ideam obtinere licet. neque enim spiritus ē facultas hujusmodi aut corpus, quae duo solum in hac rerum universitate nobis innotescunt, sed umbratilem volunt entitatē eē qui cum Antiquis mundanū hoc spatium miris ac miris entib. implere amant. quod si nec spiritus nec corpus ē concoctrix ventriculi facultas, quā mutare alimentorū

foam valebit? et quomodo id genus operis absolvet qd potissimu quaeritur; namq; ut aequi boniq; consulamus Antiquoru asserta extra dubium videtur positum inesse in Ventriculo facultatem, vim seu potestatem alimenta in chylu comutandi: ast in quo sita e facultas illa, vis ac potestas et quomodo agat illa in alimenta inde ut nova illa chyli foam induant. haud ita certo definiri pt, clariusve intelligi atq; existimarunt Antiqui: neq; enim mihi satisfactum e valde quaerenti caam mutaois alimentoru in chylum, si quis illam statuet simpliciter in facultate Ventriculi concoctrice. quaerendum namq; perpetuo relinquitur quaenam, quae naa facultatis hujus et quis modus actionis ejusde in alimenta? Scio equidem Antiquis solemne ee definire facultatem concoctricem qd sit qualitas inseparabilis animae qua mediante nativo calore Ventriculi coctione alimentoru perficiat. Verum obscuru illi per obscurius interpretari videntur; vix enim bene intelligo quid sit rei sit illa qualitas et accidens aiae quae in coctionis caam assumunt. vix bene novi qui medio calore coctione alimentoru moliatur qualitas illa manas ab aia: et qui aia calore uti ad coctione poit, qualitate nempe materiali prorsus ignoro. ut undiq; tenebrae mihi offundantur in aliis de coctionem definiendi modis. Permittamus tn Antiquis, si libet facultate illam concoctrice licet obscure definita. Videamus num calore simplici Stomachi qui saltem vel sensib manifestus e, ejs digestionis ac coctionis negotium expediri poit. Sed videmus innumera pene aiantia, in primis vero pisces, reptilia et insecta absq; ullo sensibili calore assumpta digerere in chylum vertere atq; in proprium nutrimentu mutare. deinde vero constat carnivora pleraq; bruta, ut sunt canes, leones, lupi aquilae &c.... o carnes modo digerere in Ventriculo, d et ossa quoq; quae tametsi soliditate atq; densitate ptium obtineant summa in succu tn nutritium colliquantur, molliu instar carniu. qui autem ossium dissoluoem in Ventriculo tanu tribuamus calori simplici quae ne ab intensiori pt ullatenus obtineri; nusqm enim experiri nobis contigit ossa vel si dies integros bulliant in olla, utcumq; urgeamus igne, inde tn ad quanda partium dissoluoem perducta. qd si intentus ignis culinaris o pt ossa liquare qui poterit in carnivoris remissior multo caloris vis.

3. compertum e in febrib. continuis digestione alimentorum aegra omnino perfici licet caloris gradus cum in Ventriculo tum in reliquis corporis ptib. summopere augeantur: argumento dicendi o calore simpliciter sed aliam longe caam requiri ad assumptorum dissoluoem. planum enim est qnto potentior futura e caa, tanto felicius et promptius effectum expect expectandu ee. qd tn experiea repugnat. quippe ingesta quoq; in febricitantib. quoru calor adurens e in pravos succos et febrile fermentu convertantur.

DICES in machina Papiniana accuratè clausa vel solo balnei mariæ calore ō carnes modo sed et ossa cornuaq; dissolvi, atq; in liquamen delicati saporis converti, licet aliud nullū adhibeatur menstruū præter calorem vaporosū balnei cui machina immergitur: qd ō adeo impar ē simplex calor dissolūi alimentorū ac vulgò existimant Recentiores.

Rx. Haud ægrè me concessurū calorē in dissolūe ac digestione ciborū suū quoq; simbolum conferre: quippe in sequentib. calorem tum stomachi tum adjacentium ptium etiam nos ad hoc opus advocaturi sumus; id unū negaverim calorē solum nulla alia accedente caā cibos digerere, qui idem censeo evenire in alimentorū dissolūe qd in solūe argenti, et aliorumve ab aqua forti: Et sicut nemo dixerit à calore simplici dissolutū argentū, licet promptius exsolvatur in vase calentē qm in frigido: similiter haudquaqm putandū digestionē à calore simplici perficiendā licet vas in quo assumptorū dissolutio peragitur, stomachū intellige, vaporoso calore perpetuò foveatur. Enimverò ō modo habet stomachus noster ut caleat ad digestionē alimentorū, sed videmus insuper profundi in ejus cavitatem tum salivā qm continuò deglutimus cum sinceram tum alimentis permixtam, tum etiam fluidū qddam secretum in glandulis tunicæ interioris ventriculi; unde suspicari saltem licet liquores hujusmodi concurrere cum calore ad dissolūem alimentorū, imò fortè laudatos humores idem in opere digestionis præstare, qd aqua fortis respectu argenti quæ licet promptius argentum dissolvat incalefacta qm frigida, primariū tn argenti dissolvens audit calore stimuli ttm vices gerente respectu ptium aquæ fortis. neque deest conjecturæ locus: jam enim ex dictis compertū ē salivam tum etiam fluidū stomachale fermenti instar se habere respectu alimentorum. hinc ē quod masticata simpliciter in vase reposita citò corrumpantur atq; putrescant, saliva nimirū menstrui vim exercente proindeq; nulla ē ratio tribuendi se simplici calori ventriculi digestionē ac solūem alimentorū; sed advocandum insuper menstruū qd caloris motu excitatū pervadere poē intimas alimentorum ptes, contextumq; eorumd. diffringere QUOD attinet vero ad experimentū papinianū patet dissolūem carniū imò et ossium solius et solius caloris opus ō ēē, sed aquæ in primis cui immerguntur, si enim ossa aut carnes remotâ aquâ adhibeantur, eliquari ō pnt: aut si fortè liquentur ō tn sine aqueo humore carnib. insito qui cum vi caloris educatur ex carnib. rursum in easd. ossaq; ipsa vim exerit: tanto magis qd sensim et sine sensu gravis factus salinis ptib. dum ab ambiente exagitatur igne, multo vehementius terit compagē carnium ossiumq; quo fit ut vel illa ipsa tandē dissolvat

atq; in galatina reducat. qd autem salinæ ptes volatiles ab aqua exsolutæ conferant ipsi ossiu dissoluoi probatur ex eo qd in aperto vase licet triduum integru coquantur ossa, haud tn molliri ō pnt, nedu dica liquari, idq; procul dubio ppter liberè facta dissipaoem salium volatiliu quæ cum in vase clauso inhibeantur à fuga actione sua vertunt in carnes ipsas ossaq; à quibus vi ignis excussa sunt. porro si quidē calor tanti momenti ē ad dissoluoem alimentoru, id saltem contra Veteres statui pt nempe illu haudquaqm ēē umbratile quanda entitate, sed examen potius cpusculoru pernicissimo motu actorum quæ menstrui instar se habnt respectu cporu quæ vi ignis solvuntur, adeo ut in experimento papiniano forte ossiu dissolutio repetenda ē sit ab illis ipsis cpusculis à carbone inflamato, per mediu aquæ balneu carni ossibusq; suppeditatis quæ cuneolorū instar cum impetu confodant atq; divellant ō modo carniu sed et ossiu quoq; integrantes pticulas. Et verò certum ē ptes carbonis ptes dum in flama acte sunt ad eam tenuitate perduci, cujus ratione point facile per media vasa vitrea lutata traduci ad conclusa usq; cpora, quibus nonnunqm clavoru instar hæreant infixa. ita observavit Nobilis Boyle conclusu plumbu in retorta subdito igne dieru aliquot notabile ponderis incrementu sumpsisse ead. fermè raoe ac idem ipsu plumbu dum in miniu convertendu ē, ac nudæ exponitur flammæ. quomobre nihil vetat quominus dicamus igneas atomos carbonu quæ nisi nos fallit conjectura, salinæ sunt et vel salsæ vel acidæ solventis munia exercere in ossiu dissoluoe quæ ope machinæ papinianæ perficitur nihil enim aptius ossium dissoluoi qm acida aut salsa proindeq; ō calore simplici seu umbratili quadā qualitate, ut finxerunt Antiqui, aut motus simplicis coicaoe, ut Recentiores quida existimant, sed cpusculis salinis in ossa et carnes intermissis eorund. solutio ē peragetur, qd eod. recidet ac si dicamus carnes et ossa ō solvi à calore, sed a tenuissimo quod. cpore intra carnes et ossa imisso cujus ope dissocientur solidæ eorum ptes atq; à statu soliditatis ad statum mollitiei et fluiditatis mutentur

QUID igitur, si nec solida ventriculi substaa nec calor ejusd. assumptorum digestioni sufficiunt, ad hoc opus vocandum erit? aliud certè nihil qm lymphaticu hunc liquorē qui per innumeros tunicæ glandulosæ canaliculos eructatur in cavitate ventriculi; quemve adeo in posteru stomachale fermentu vocare liber. neq; verò mutaō alimentorum adeo insignis qua in pulte cremorē aut ut consueto utar noe, chylum vertuntur, pt sine fluido quoda solvente ac dissociante ptes eorum perfici usqm pt. Id unu superest inquirandu qua vi et quo in primis pcipio menstruu stomachale subigat solvatq; solidoru alimentoru ptes: quocirca diligenter fluidi hujus solventis naa investiganda

ē. quoniā verò analogus ille multum salivæ quæ penetrant prima inchoat alimentorū dissolutionē: ideircò quæcumq; in salivali fluido conspicimus ad menstruū ipsū stomachale, cujus ptem saliva constituit, haud ægrè traduci poterunt. jam verò constat salivā syrupo admixtā violaceo, colorē ejusdē invertere atq; in viridescentē mutare: ex quo intelligitur salivā aut salsū qddam acre aut alk. qddam occultū gerere in sinu suo. neq; enim ut hoc semel semperq; dicamus, syrupus violaceus virorē ullatenus contrahere pt nisi vel a salsis acrib. aut alk. simpliciter, ut nec rubere nisi ab acidis. quā-obrē si syrupus hujusmodi, lydius ut lapis naturæ salivæ indigitet, ut indigi-tare nemo negaverit: colligendū salivā salso acri aut alk. sale mystā ē. qd ita experiri licet in fermento ventriculi. si enim jejuni canis extractum ventriculum laveris aquâ simplici, mox verò loturā syrupo miscebis violaceo miraberis ejusd. colorē nativū protinus deturpatū atq; in atrovirentē commutatā. imò verò si unâ aut alterâ horâ à pastu canum aperias ac quidquid fluidi occurrit in ventriculo industriè à crassiorib. alimentorū ptib. nondū digestis separabis trajiciesq; per filtrū, observare tibi continget ex fluidi hujus admixtione laudatū violarū syrupū viridescere, proindeq; colligendū in fermento ventriculi imò et in ipso chyli rudimento canū aut consimile valdè salis speciē illi quæ salivæ inest, salsum nempè acre aut alk. re ipsâ contineri. qd nobis sufficiet ad probandā analogiā menstrui stomacalis cum salivali humore, pluribus enim tentaminib. confirmari ō pt ob difficilem ejus collectionē.

2°. salis alk. aut salso-acris existēa in salivali humore abundè pt probari ex fermentaōe qm suscipit ab admixtione spiritus acidi sulfuris, nitri &c... præprimis verò ubi servatus putredinē cum foetore contraxit, aliòquin ita depressū atq; occultum ē ejusd. sal, ut spiculorū acidorū contactum eludat. unde recens saliva cum nec acidis nec cum alk. liquorib. fermentescit licet paræque utrorumq; mixtionē patiatur. quoniā ita novimus acida ō nisi cum salib. alk. salso-acrib. aut terreis fermentari, planū ē in salivā latitare re ipsa genus alterū prædictorū corporū qd fermentaōi suscipiendæ coparatū sit: sed terrea pars quæ in saliva distillaōi peractā occurrit haudquaqm prorsus inepta ēē est fermentaōi acidorū occursu: qō tota raō cur saliva putrefacta cum acidis fermentescat, referenda ē in alk. qddā aut salso-acre. rursum verò constat nobis linguæ testimonio qd inest sal in putrefacta saliva, salsū ēē ō urinosū qd nempè saporē salis armoniaci salsū referat neutiqm verò urinosū aut lixiviosū cujusmodi ē saporē salium alk. fixorū aut volatilium: qō qd acida cum saliva fervorē concipiant totum refundi debet in sal acre salsum. si quis verò de salsedine illa acri salivæ recentis de

dubitaverit contendatq; in ea alium forte futuru salem atq; in vetusta ac putrida ad experientiam provocandus erit. constabit, sqi de praemisso levi labore saliva utramq; eodem oio sapere, proindeq; ejusd. generis salsu in se continere. Et vero si tum putrida tum recens levi igne vaporentur, dimittunt faeces quae linguae admotae, acrimonia salis armoniaci prae se ferunt. hoc uno discrimine qd faex corruptae salivae multo potentius linguam feriat quam sedimentu recentis, cujus sal minus explicatum e tectumq; ac munitu pingui ac glutinosa maa quae aliquanta ut diximus saliva ptem constituit, atque hinc e quod manifeste saltem salivae vaporatae limus o fermentescat cum acidis, contra qm evenit in faece corrupta quae statim ab affuso acido intense et cum calore fermentescit. Erit igitur ~~quae statim~~ acre salsu quod inest sal in fluido salivali.

3° loco tametsi ex jam jam allatis experimentis evinci poit acrimonia salsa salivalis humoris, qa tn litigant acriter Recentiores in assignanda specie salis in saliva et menstruo stomacali latitantis. idcirco nulla alia in confirmadem adducere libet. antequam ad rationem confugiamus nec sane desunt. Etenim constat in primis oleu in ore diu detentu ac lingua revolutu facile exsolvi ac per minima salivali fluido utcumque aqueo permisceri: qd sane arguit praesentiam sal. alk. aut salso-acris in saliva. neq; enim exsolvi jungiq; videmus pt oleu pinguiaq; alia corpora fluidis aqueis nisi medio sale quod alk. aut de alk. multu participante, ut innumeris liquet experimentis. deinde vero saliva vestium sordes hoc e pinguedine inhaerente saponis aut lixivii instar detergit quae pprietas salsis acrib. aut sale alk. gravidis tributa e. porro saliva illita curantur, herpetes, scabies, ulcera, leviaq; etiam vulnera pustulaeque variae cutem infestantes qui morbi utpote ab acido quodam pendentes vix auferri pnt nisi a remediis acorem corrigentib. atq; adeo inesse in saliva acre extergens ulceru v.g. sordes emendansq; acidum vitiosu quo foventur exulceraoes oio necesse e.

Jam, si analisin chymicam consulemus comperiemus praeter salsu quod volatile e inee insuper phlegmatis, seu aquae simplicis insigne copia, adeo ut in saliva phlegma potiorem constituat ptem reliquis omnib. pcipiis se habentibus respectu illius ut octava ferme pars: inest praeterea olei tantillu in fluido salivali terraeq; nonnihil, haec tn duo posteriora pcipia vix animadversione digna snt: interim tn mire conspirant ptes illae ocs ex quib. saliva menstruumq; ventriculi coalescunt ad ciboru dissoluaem, una excepta terra, cujus concursus in salivae aliorumve humoru compositione vitari vix pt. Enimvero salivale fluidu aquea sua pte facile pervadit terrea alimentoru ptem ejusdemq; compagem vel fluidi motu relaxat, exsolvit insuper quodcumque

occurrit in alimentis. quâ verò aquea illa pars vehit secum salso-aere stami-nibus omnibus sulfureis junctam haud difficulter resolvit contextum sulfu-reae ptis alimentorū, idq; tanto facilius perficiendū cum qd salsū salivale ex aquo comparatū ē solvendis quibuslibet sulfureis tam fixorū tum volatilium generis. pro nâa salis aeris: hinc ē qd saliva eorū ferè oīum dissolūem moliatur, nec nisi metalla nobiliora aut lapides pretiosi, quae strictiorem ptium compagē nacta sunt, ejusd. vim ludant. caeterum licet experiēa multiplici constet salivā adeoq; et fermentū ventriculi dicto modo se habere, contentumq; salem in laudatis fluidis salso aerē eē nemo accuratus rerū explorator negaverit. nihilominus viget tn adhuc eorum opinio qui post Galenum Helmontiumq; statuunt fermentū ventriculi acidum esse, atque ab acido fieri dissoluēm alimentorum: quamobrē ut insignes hec sentēa patronos habuit ex re fore videtur, si hujus fundamenta penitus excutiamus. solent autem acidū stomacale in hunc fere modū stabilire fautores ejusd.

Ac I. quidē ut rationib. pugnent experimenta adducere solent non-nulla quorū haec praecipua sunt. I°. inquiunt saliva mercurium, ut loquuntur extinguit atque morti ficat: argumento dicendi salivā proindeq; et fermentum ventriculi acidum continere. neq; enim fixari nisi ab acidis ullatenus pt. Mercurius: imò fixatus ab acidis pristinae redditur fluiditati alkalium aut salso-aerium permixtione: sed

Rx. fallax si quod aliud, hoc experimentū eē, nec salivā ullatenus Mer Mercuriū figere. si enim teratur Mercurius cum saliva in mortario vitreo nullatenus extingui se patitur, divisionē quidē in globulos distinctos longa exagitatōē, fixaēm vero oīo ~~totus~~ recusat. contra verò si teratur in mortario aeneo haud difficulter fluiditatē deponit abitq; brevi in mollē nec currentē massā, nihil aut parū huic operi conferente saliva nisi qd forte ut salso illa gaudet volatili juvat ptium metallicarū à mortario ipso separaōem. hinc fit ut mixta illa mercurio abeant cum eo in qddā velut amalgama. qd imponit pro vera mercurii extinctione. ac ne illud à me gratis dictū quis putet instituat ipse experimentū idem extinctionis mercurii, comperietq; etiam nulla adhibita saliva sincerum mercuriū tritum in mortario aeneo peraeq; fixari metalliq; specie pasta ejusd. mollioris adhaerere: quod sané ō nisi in ptes metallicas aeneas, quib. naturâ nâa hydrargirus associari pt, nemo cordatus retulerit: qd de hyorium oīo experimentū allatum.

Objiciunt 2°. massā farinaceā ab admixto salivali humore ex ea aquo fermentari atq; turgere, ac si fermenti vulgaris contactu atq; miscelā passa foret: cum autem, inquiunt, saliva idem praestet atq; fermentū qd ultro concedimus, acidum, et hanc ipsā acidā eē necesse est.

Rx. Exceo ẽ magis argui praesam salis acidi in saliva qm alk. aut salso-aeris, ex aquo enim massa farinacea fermentatur ab alk. ac terreis atq; ab acidis, nimiru ab admixtione salium fixoru alk. pula tartari absinthii aut etiam crystaceoru ac terreoru, cujusmodi sunt ovorum testa conchilia corallia &c... unde fermentao illa qm suscipit massa ab admixto salivali fluido haud magis probabit acidu in hoc fluido qm alk. aut salso-aere. eod. reddit argumentu qd repetunt ex dissolutione cupri in ventriculis avium praesertim verò struthionis. licet enim forte stomacale fermentu aut saliva cupru exsolvant qa tn perinde roditur illud ab alk. aut salsis atq; ab acidis, à spiritu urinae nempe aut solutione salis armoniaci pariter ac à spiritu nitri vitrioli &c... qm qm citius ab his qm ab illis, idcirco nullu ex eo fundamentu duci pt ad stabiliendu acidu ventriculi fermentum. quid quod? fallax ẽ experimentu qd repetitur ex imminuoe cupri aut ferri ingestoru à struthione aliisve; quod enim male minuantur ẽ magis arguit dissoluoem eorund factã à fermento ventriculi struthionis qm simplice attritione à calculis et arenis inductã. si quidẽ struthio aliaq; aves exceptis aquila ẽ nullisq; aliis carnivoris quae in glaviae nactae ẽ sunt avidè deglutiunt arenulas calculosve, quibus post modum, favente musculosa stomachi structura dentium instar aut ~~moluntur~~ limaru moluntur atque teruntur assumpta queq; imò et calculi ipsi ingesti quamobrẽ quae vulgò circumferuntur de Br. struthione qd ferru digerat atq; cupru haud ita certa sunt ac pleriq; existimarunt; cum res tota, id est, ferri cuprive diminutio quae occurrit in apertis strutionis ventriculis plane referri poit in attritionẽ qm metalla patiuntur à calculis pariter ingestis. illud aute facile evinci pt experimento ante aliquot annos instituto in dicta Academia Parisiensi Regia. cum enim datâ operâ denarius cupreus in cucullum plicatus struthioni deglutiendus fuisset propositus, imò vero elapsis aliquot annis, cum secaretur struthio inventus ẽ denarius sbum extimâ sui ptem velut erosus ac laevigatus, ita ut nullum impressoru antea caracteru vestigiu appareret. ubi verò applicata cucullo facies interior denarii exploraretur integra nec deletis principis effigie nominiq; circumscripta inventa ẽ, cum tn poteratur illa non denarii referenda fuerit in attritionẽ illatâ à lapillis in ventriculo struthionis contentis, neutiqm verò in menstruu ventriculi.

Objic. 3°. haedi coagulu imò et ipsu ventriculum quo coagulum continetur pulveratu ad lactis coagulaoem usurpari, qui quidẽ ẽ nisi in acidum referri pt à fermento stomacali subortu.

Rx. Equidẽ lactis coagulaoem inductã à coagulo haedino aut ventri-

ventriculo ipso pulverato tribuenda ee particulis acidis quib. tum coagulantum ventriculi substantiae facta e sunt, atq. referta, exinde tn nusqm colligi pt acidu eē fermentu ventriculi accurrit nempè manifesta acoris caā in coagulo tum etiam in ventriculo hædino ; proindeq; ō ē recurrendu ad fermentu ipsu ventriculi . Enim verò si exploremus coagulum hædinu comperiemus illud nihil aliud ee qm coagulatu lac aut caseo sa saltem illius ptem . cum autem lac suapte nāa , nullo accedente externo spore acore contrahere poit et in grumos coagulari praesertim in loco calido , ō ē quod aliundè petamus acorē coaguli hædini qm ex ipso lacte prius assumpto , mox verò defectu energiae sufficientis fermenti stomachalis acido facto et concreto in casei formē substantiam : atq; hoc quidē adeo veru ē ut ō oēs hædoru ventriculi incoagulum reserventur à rusticis mulierculis : sed illi ttm qui occurrunt refertī grumis lactis , reliqui autem qui inanes reperiuntur aut grumis hujusmodi destituti tanqm inepti coagulaoī lactis rejiciuntur : ex quo intelligitur disparē eē in variis hædis menstrui stomacalis conditionē et in ōnullis quidē imbellem atque imparē vitando acori et coagulaoī lactis , in aliis verò summè actuosum et subigendo ac solvendo lacti parē adeoq; jure merito quis dicat coagulum hædinu ō tam acorē menstrui stomacalis arguere qm vitiu et imbecillitatē illius cum solvendo ac digerendo naāliter ō nullae lactis ptes in grumos concretae atq; indissolutae remorentur in cavitate ventriculi.

Quod spectat ad ventriculu hædinu, cujus pulvis adhibetur ad lactis coagulaoēm, ō magis ille nativu habet qm reliquae ptes hædi : siquo igitur donatur adscititius ille ō et à coagulo ipso acido diu incluso repetendus per mora namq; coaguli ptes acidae ita altiùs penetrant , imbuuntq; ventriculi continentis texturam ut assumpto coagulo poit ventriculus ipse coaguli vices gerere in casaeli , secus autem res accidat si coagulo vacuus stomachus ad lactis coagulaoēm usurpetur quippè adeo ō lac coagulabit , ut potius ejusd. fluiditatē tueatur ; argumento sanè dicendi maximo acorē ventriculi hædini coagulo potius contento qm fermento nativo ventriculi ortum suu attestari .

Objic. 4.° chalibeata interius assumpta ructus nidorosos inducere odorē spirantes vitriolicu et similem illi prorsus quem mittit ferru dum menstruo quodā acido puta spiritus sulfuris dissolvitur , unde colligunt fermentu ventriculi acidum ee .

R. Exsolutu ferru in menstruis salsis , imò et simpliciter infusum in aquâ comuni odorē aut potius nidorē istiusmodi vitriolicum exhalare , atque

atque adeo ō magis ac rutib. illis nidorosis qui martialiū assumptionē se-sequuntur argui posse acorē fermenti qm salsa acrimonia: sed nec experimentum succedit in omnib. imò verò in his tm, quorū fermentū vitiosum acorē contraxit, cujusmodi sunt illi omnes qui affectib. tentantur hypocondriacis, quorū tota massa proindeq; et fermentum ipsū stomacale acidis ptculis luxuriant: alioquin si bené habentes chalibeata deglutiant nidorosos istiusmodi ructus haudquaqm patiuntur: imo et volatile ē salsū menstrui stomacalis ā alqi hoc posterius responsū etiam locum obtinere pt ad explicanda illā lactis coagulaōem in ipsa cavitate ventriculi quā tantoperé illi ventilant aj ajunt enim persaepé ō Infantes modó sed Adultos quoq; assumptū lac intra horae spatium coagulatū et acrescens vomitū rejicere, imo et dulcia quaeqs ut sūt mel, saccarū aliaq; hujusmodi acorē in stomaco brevi concipere. Enim veró ō nisi in malé habentib. quorumve adeo inversa ē in[illegible] indoles nativa fermēti ventriculi supervenit vomitus lactis coagulati aut acor dulciū assumptorū in sanis quippe nihil tale observatur nisi forté sese ingurgitaverint lacté, sive saccaro aliisve id genus edulíis dulcib., tum enim cum ō sufficiat vis ā fermenti stomacalis subigendis edomandisq; ptculis acidis quas multas, túm lac tum dulcia pené oīa paulum involutas comprehendunt, fit ut illae à suscepto levi motu expediantur à compedib. reliquorū pp[illegible]orū, se seque exerant tum in lacte cujus ptem coagulant, túm in saccaratis aliisve edulíis dulcib. quae in aqueis soluta sponté acescunt.

Objic. 5°. ea oīa quae acidis attemperandis comparata sūt cujusmodi sūt terrea, alk. fixa, oleosa &c... appetitū dejiciunt et coctionē ventriculi difficiliorē reddunt: contrá veró experiēā constat acida quoq; ut sūt acetum succus citri, omphacium &c.. prostratum appetitū stimulare coctionemq; ventriculi restaurare proindeq; ō acidum ō eū pt ventriculi fermentū.

R. pro diversa conditionē fermenti ventriculi terrea alkaliave modó appetitum dejicere modó veró augere. si enim vitiosa adepturū ē aciditatē ut in melancolicis ō nullis hecticis quibusd. ac fame caninā laborantibus, [illegible] verū ē ipsa terreorū aut saliū alk. obtundi nimiā fermenti actionē adeoq; et deliniri famis stimulos, neq; tn inde in peius ruituri sunt aegri vel, nec alimentorū digestio perperā inde celebranda ē, imó qntó magis alk. ac terreorū ope comminuentur fermenti spicula fixiora eademq; absorberi continget, tantó facilius recuperaturū ē illud nativū suū acre salsū volatile unde tum appetitus tum digestio alimentorū alk. ope adeo ō interturbanda

sunt, aut potius à præternaali statu ad naalem reducenda sint: quidquod alk.
aut salsoru acrium ministerio ciboru appetẽam incitare solemus, præsertim
in iis quoru fermentu effœtum ẽ, aut justo viscidius. quippe nullo potiori medi-
camento juvari pt coctio alimentoru, nullo fermentu restitui melius qm
amaro, putà extracto absinthii aut aloes, mirrha aliisq; id genus quæ salem
alk. aut salso-acri plurimo turgent: et si stomachica hactenus præscripta
in cruditate ventriculi et coctione ablata revocemus in mentẽ, comperiemus
illa oĩa penè acria ẽe amara et tum sale volat. acri aut salso gravida, haud-
quaqm neglectis salib. fixis cujusmodi snt absinthii tamarisci &c.
nec volatilibus etiam cujusmodi snt spiritus salis armoniaci, ipsumq; sal armonia-
cu debitè purgatum quæ oĩa fermenti stomacalis viscidatẽ aut corrigunt, aut
luxuriantẽ aquea ptem absumunt, indeq; dejectam revocant appetẽam. uno
verbo multo frequentius alk. ad restituendam appetẽam et coctionẽ ventriculi
usurpantur qm ad obtundendam famẽ: unde argumentu ppositu magis fa-
favet salso acri fermento qm acido. qd verò addunt acidis stimulari appetẽam
prostratu; verum certè in õnullis præsertim his quorum salivale fluidum
nimia contraxit acrimonia aut vitiioso quod amarore infectum ẽ. nihil eni
magis acrimoniæ alk. ~~salsu emergit~~ aut amarori emendandis aptius quam
acidu; ex acido namq; et acri alk. salsu emergit qd desideratur ad soluẽem
alimentoru, gratumve saporẽ inducendu in ipso palatu; nisi enim mediam
obtinuerit naam salivale et stomachale fermentum, ita ut nec ad acre
vergat nimis neq; ad acidu, tum coctio tum appetentia, tum voluptas quæ
sequitur masticaẽem notabiliter minuentur. sunt enim in mæcani: mo c
rerum cporearu limites quos ultra citraq; nequit consistere rectum. quamo-
brã quoniã acrius aut amarius fermentu salivale plus æquo exsolvit sulphureas
alimentoru ptes aut assumptas inquinat amarore, õ dejicere õ pt appetitu
ciboru qui nisi stimuletur, masticandi et gustandi voluptate, facilè proste-
rnitur. qa verò acida corrigunt nimiã ejusd. fermenti acrimoniã præpe-
diuntq; adeo nimiã sulfuru exsoluẽem inter masticandum, inde õ miru si
acida appetitu exacuent, imò et coctioni õ paru inserviant: veru id locum
habet ttm in biliosis quoru sgis plus justo acris ẽ: in melancolicis vero et
pituitosis adeo õ juvat acidoru usus, ut potius officiat concoctioni alimentoru
imò et excitandæ appetẽæ, quin potius õ nisi salsis piperatis et acrib. quibus-
liber delectantur illi et ciboru appetẽam invitent. de cætero licet in omnibus
forte acida moveant appetẽam acuantve; nihil tn inde argui pt acor salivæ
aut fermenti stomacalis, id unu colligi pt nempe ab acidoru mixtione

edulia saporem multo jucundiorem acquirere, quo fit ut multo avidius expetantur quam ubi sincera et sine ullo acidorum condimento assumuntur. accedit etiam quod acida dum titillant linguae papillas feriuntque totum ambitum palati sollicitant ad contractionem fibras quibus muniuntur glandulae buccarum palativae parotides &c... propter comercium nervorum linguae ac membranae palatum investientis cum nervis dictarum glandularum, ex eo quod contrahantur fibrae glandularum majorem salivalis humoris expressionem fieri necesse est. quoniam vero irriguo solito magis palatum salivali humore multo acutius gratiusque feriant organum gustus atque inde non solum augeatur ciborum appetentia, sed et eorundem coctio in ventriculo, nimirum propter insignitum auctum menstruum perficiatur. demum nihil vetat quominus pari imo et potiori jure dicamus fermentum ventriculi salsum esse, quoniam nisi sale marino aut fontano salsis condiantur cibi, vix libentes assumuntur, imo fastidium provocant, salitaque ut plurimum appetentiam irritent.

Objic. 6.° in confirmationem suae sententiae qui fermentum ventriculi acidum esse statuunt Hypocrat. auth. qui aphor. 1. sect. 6. ait: in diuturnis intestinorum levitatib. hoc est in lyenteria et dissenteria, item diarrhea, in quib. penitus deficit appetitus et ventriculi digestio pene cessat: si supervenerit ructus acidus qui prius non extiterit, bonum esse signum: ex eo enim innui putant fermenti stomachalis restaurationem.

℞. 1.° Aphor. allatum parum favere acidi stomacalis assertorib. ait enim Hyp. ructum acidum in diuturno alvi fluxu bonis aegri rebus supervenire non {modo prius non extiterit} quib. verbis innuitur, ructum acidum in omni alvi fluxu toto morbi decursu sese exerentem, nihil boni portendere, sed illum tantum qui in fine supervenit. unde acidi praesentia in stomacho vel ab initio alvi fluxus adeo non indicat fermenti laudabilem constitutionem, ut exitum potius agri praenuntiet: nec magis allatus Aphor. evincit nativam aciditatem fermenti quam salsedinem acrem. si quidem enim ructus acidus boni ominis est et fermenti restitutionem significat etiam ab initio alvi fluxum apparens validum significabit fermentum, atque adeo morbi brevitatem. quod tamen est contra experientiam. observatur enim acidum ructantes aut vomentes ab initio et in morbi decursu periculosius laborare et ad multum tempus. si ergo ructus acidus superveniens longis in intestinorum laxitatib. futuram portendit valetudinem, illud non ex acore fermenti ventriculi repetendum erit, ut pote quia vitiosus perpetuo et cruditates accersit: sed ex alio capite, adeoque

℞. 2.° ructus acidos bono omine supervenire in contumacibus alvi

profluviis praesertim verò in lyenteria de qua in hoc Aphor. ttm agit hyp. quatenus significant alimenta quae prius immutata celeriter excernebantur jam remorari, incipere in cavitate ventriculi, et licet ructus acidus vitiosa ubiq; coctione indulgeat. Sperandu tn brevi restituendu aegru cui licet digestione aliqm moliri cum antea incocta atq; immutata alimenta rejiceret. Et verò satius semper est coctione fieri aliqm alimentoru etsi vitiosa qm nullam. fieri autem significatur ex ructib. acidis qui ô nisi praemisso aliquo coctionis ac digestionis molimine prorumpunt in fine lyenteriae. qo ructus acidi eatenus festivu exitum pollicentur, ô qa acidi fermenti restitudem demonstrant sed salso-acris, quod cum ob progressa exsolutem spirituu sguinisq; valdè infirmu sit, inhiberi pt acore assumptoru in ipso motu digestionis.

Objic. 7° apertum brutoru stomachu aliqnto post inchoatam in digestione emittere spiritus summè acutos et acidos qui nares et oculos feriant unde arguunt acidum ee fermentum.

Rx. utcumq; feriant acutè nares spiritus ex alimentis quae digeruntur in ventriculis animantiu, haud tn aciditate illos prae se ferre, ô acrimoniam potius salsa: si enim qo eliquatum ê in ventriculo degustetur, salsum esse deprehendetur; eundemq; movebit sapore qm sal armoniacu: imò si quod magis fluidu est in chylaceo illo humore trajiciatur per charta emporetica misceaturq; tincturae violaru, virore statim eid. conciliat, argumento dicendi maxime adeo ô acidum ee chyli rudimentum in ventriculo animantium, ut acre salsu potius sit proindeq; et spiritus ipsi inde exhalantes ô acidi sed acres potius futuri sunt. Deinde verò licet forte in quibusd. occurreret acor quidã in chylacea mâa ventriculi, id unu ttm argui pt, vitiose nempe factam coctione, ex quâ chylus acidus emerserit.

Objic. 8° pane ejus generis ee cibum, cujus nunqm nos capiat fastidium cujusve appetitu ultimò amittamus, primumq; denuò recuperemus, idq; eam sanè ob caam quod insit pani spiritus acidus fermento stomacali amicus ac valdè similis.

Rx. Ex eo qo pane in cibu usurpemus qm reliqua edulia quoru citius fastidio tentamur, id unu colligi posse nempe talem ee panis contexturam cujus raoe mitius et jucundius feriat gustus organu faciliusve subigatur à fermento ventriculi: nusqua verò ex eo concludi pt acidu ee fermentu ventriculi quin potius quonia perrara ê acidoru actio in acida nisi salsu acreve futuru ê fermentu ventriculi vix poterit solvi panis ac fermentari: aut si forte solvatur solvetur quadantenus ob fluidu aqueu in saliva ac fermento sthomachi luxurians migrabit panis in succu acidu sguinis reparadi prorsus ineptum, ut in

videre ē in ōnullis affectib. hypocondriacis in quib. præter acorē salivæ et fermenti ventriculi assumpta omnia præsertim vero panis acescunt, ō sine summo functionū oium naaliū vitio; inde enim hypocondriaci extenuantur, hinc anxii sūt et morosi, summamq; viriū prostraōem patiuntur. Erit gō à primo ad ultimū fermentū digestivū stomachale salsum ad acre vergens; atque hæc salsa constitutio prædicti fermenti pēropportuna in primis videtur ad explicandas varias mutaões quib. obnoxiū ē sdūm varias sguinis alteraões pro varia namq; sguinis fermentaōe ac motu adēq;at varia salium cum acidorū tum alk. exaltraōem fiet ut et ob associatas diversorū salium pticulas præter justā ac desideratā pportionē modò evadat acrius qm par ē modo insolitū acorē contrahat, aut demū migret in salsum requisitū, quæ sūt vitia fermento ventriculi magis familiaria, si si salinā tm spectemus ptem quæ sanè primas tenet in dissoluōe ciborum. contra vero si statuamus simpliciter acidum fermentū ventriculi, ægrè oīō intelligemus quâ raōe tam citò desciscat à statu naali ut plerumq; contingit, aut si mutari facilè poterit pro variis sguinis mutaōibus quomodo salsū, ægrè saltem secernetur à massa perque consueta colatoria traducetur, quæ acida humori mag. qm vero salso et acri separanda comparata sunt.

Quæret fortè aliquis, undenam tanta fermenti copia quæ digerendis cibis alimentis requiritur suppeditari queat? neque enim nisi salivæ tantillū unius diei spatio excernimus, nec si viventis canis ventriculum aperiamus, observamus ubertim profundi menstruū stomachale, detersâ enim membrana glandulosa suo muco vix nisi post aliquot horas madere conspicitur.

R. Non deficere fontē unde derivari poit sufficiens copia fermenti ad ciborū dissoluōem, sguinē nempe cujus magnā ptem lympha constituit, cujus quidem pars abit in salivā ac fermentū ventriculi. id unū quæri possit, cur nempe masticaōis et digestionis tempore solitâ major salivæ ac fermenti ventriculi copia excernatur. Et qd ad Ium attinet cur nempè inter masticandum salivalis humor uberius profundatur in cavitate palati, certè ō ē qd anxiè disquiramus tam scitè; namq; collocatæ sūt glandulæ salivales, tam scitè dispositi ductus ab iis exorti, ut ō poit masticaōis motus exerceri, imò nec sapere lingua quin simul largè profluat salivale fluidū per innumera ostia quæ hiant in toto palati ambitu, seu enim diducantur maxillæ seu constringantur, necessitate mechanicâ superius allatâ promulgatur ex parotidib. tam superiorib. qm inferioribus salivale fluidū. deinde vero vix pt titillari lingua à pticulis salinis masticatorū, quin simul ob institutū consensū nervorū organi gustus cum nervis in glandularū salivaliū ubertim exprimatur fluidum salivale, etiam nihil concurrente

motu musculorum mansoriorum. Experimur namque si admoveamus granum salis apici apici linguae statim ab inducta vellicatione protinus tametsi nec lingua nec maxilla ullatenus moveantur, erumpere salivale fluidum solito majori copia inundareque palatum: quod sane nisi consentiant inter se linguae nervi cum nervis glandularum salivalium vix evenire vix potest: quorsum enim vellicatio quam infert linguae sal contactu levi promovere posset uberiorem salivae excretionem nisi huic rei favebit nervorum consensus. neque enim sal ex suppositione aliud quidpiam contingit, quam extremum linguae apicem, unde transmitti non potest motus ad superiorem palati partem imo nec ad glandulas parotides ad expressionem contenti salivalis humoris, repugnat enim linguae mollities quae facile obtundit impressum motum tum etiam situs parotidum respectu linguae, inhibet enim interjecta inferior maxilla motus eosdem: unde necessario recurrendum ad laudatum nervorum consensum: hinc enim futurum ut quoniam sibi ostia vel in ipsa origine communicant nervi linguae cum nervis glandularum salivalium refluentes spiritus per nervos linguae commotos à spiculis salinis determinentur in vicina ostia nervorum glandulis prospicientium, accelerentque notabiliter motum spirituum per eosdem antea influentium: cum autem rapidiori motu ferri spiritus non possint in glandulas salivales, quin simul tum membranae involventes, tum fibrae quibus intertexuntur magis tendantur ac contrahantur. nec tendi magis quin vesiculis glandulosis vis inferatur, compressionemque illae majorem patiantur siquidem inde solito uberius vel ab ipsis alimentorum saporibus aut saporum perceptionibus salivale fluidum excernendum. patet igitur saltem salivalem humorem non deesse assumptis ad dissolvendum.

Neque vero deest magis ventriculi fermentum, praeterquam enim quod alimenta etiam aliquid emulgent ex glandulis oesophagi in ipso descensu in cavitatem ventriculi, accedit quod etiam alimenta mole sua et quatenus implent stomachi cavitatem promovent solito majorem excretionem fermenti digestivi per tunicam glandulosam ventriculi. Et vero cum assumpta mole sua distendant totum ventriculum, adeoque et interiorem glandulosam ejusdem membranam quae ante ciborum assumptionem tota in rugas plicata est flaccidaque fit ut membrana dicta glandulosa tensionem adepta multo facilius secretionis munus cui destinatur absolvat: liquor enim per tensam multo celerius trajicitur quam per eandem laxatam, unde facilius multo fermenti particulas quibus onustus est in acinis ejusdem glandulosis deponit. unde à faciliori promptiorique fermenti secretione non uberiorem non fluere fermenti copiam in cavitatem ventriculi necesse est. quid quod fibrarum contextus quo mollinscula glandulosa interioris membranae fulciuntur utcumque tener ac gracilis haud tamen omnino ineptus est expressioni fermenti in acinis

glandulosis contenti; ut enim ab ingestis plus aequo ille distenditur perpetuum exercet nisum ad contractionem suâ elastica vi seu motu spirituum per nervos eò deductorum proindeq; et ob id quamdiu perseverat ventriculi turgescentia, haud parum fermenti stomacalis excretio promovenda est, donec inanita cavitate ac contractis rursum fibris carneis ventriculi, pristina laxitati restituatur glandulosum ejusd. involucrum totumq; rugosum evadat.

Superest ut modum actionis fermenti stomachalis in alimenta paulò accuratius investigemus et qui solida ingesta vi fermenti in albicans liquamen chylum in posterum appellandum convertantur dilucide explicemus quocirca expendenda nobis sunt varia solidorum mutadones antequam penitus exsolvatur et per pilorum devolvantur in duodenum. ac I.° quidem observamus solida dentib. attrita ac deglutita. Dum omnem suam contexturam magis laxari atque molliri. ex quo colligo aqueas tum salivae tum fermenti ventriculi partes altius intromitti in poros et interstitia moleculaerum integrantium ex quib. ingesta solida componuntur. Et verò cum laxari non possit eorum solidorum textura nisi vel à contundentib. vel à distrahentib. externè agentib. vel à cuneolis quib. internè agentib. moleculas quas impetunt concutionib. et à mutuo contactu removentib., nec contundi ulterius distrahiq; violenter possint ingestorum partes à solida ventriculi substantia quae et ipsa tenera est mollisq; deglutita complectitur: sequitur à fluido per glandulas ventriculi derivato dictam solidorum laxitatem induci. cum autem fluidum istiusmodi totum ex minutis constet particulis quae facilè subire queant inconspicuos ingestorum meatus, planum videtur laxitatem mollitiemq; quam assumpta solida paulò post deglutitionem acquirunt à particulis fluidi stomacalis cunei vim exercentib. in singulas ingestorum moleculas dependere. quoniam verò aquea pars in cum in saliva tum in fermento ventriculi praedominatur aptiorq; adeo quae multò plurib. in locis pervadat. assumptorum poros ob partium constituentium multitudinem, concludendum à primò ad ultimum aqueam partem salivae tum etiam fermenti stomacalis mollitiem illam ac laxitatem solidis assumptis inducere. neque verò huic operi impares aqueas partes quis dicat: namq; ex omnib. fluidis nullum aptius quod solidorum penè omnes poros subeat quam aqueum. Illud enim si non solvit penitus eorum contexturam, constanter tamen laxare observatur; id alterum experientia contestatur nempe: solida quaeque assumi mus vel simplicis aquae infusione mollescere; imò et spontaneo oborto motu fermentativo liquari, unis exceptis sulfureis et pinguib. quae ad contactum aquae densiora evadunt, quaeq; vel ob eam rationem diu laedunt actionem fermenti ventriculi unde coctu difficilia reputantur: Et jure quidem cum enim reserari non possint à partib. aqueis inde

ut fermenti, hoc ē salsi p̄ticulæ intimā aggrediantur eorū contexturam ō mirū si tam difficulter solvantur et ventriculo gravamen afferant. cæterū modus quo aqueæ p̄tes cum salivæ tum fermenti stomachalis co laxant emolliuntve solidorū contexturā in cavitate ventriculi in occulto eē ō p̄t. si meminerimus aqueum fluidū aut potius essentiales aquæ particulas intestinis motib' agitari. quippe obviū ē unilibet attendenti particulas aqueas dum seu pondere proprio, seu motu liquidi urgentur in poros solidorum paulo angustiores, vim facere millenis in locis, concutereq; in ipso ingressu latera meatuū quos subeunt, unde convelli illa hic atq; illic, atq; adeo toties solidi nexū resolvi, singulasq; antea congestas moleculas posita quiete respectiva ad quendam motū respectivū sollicitari aut disponi nesse ē: in quo quidē laxitas et mollities eorum posita est sed ē aliud quo ō parū promovetur laxitas contexturæ solidorū assumptorum ab aqueis fermenti p̄tib' nimirū solutio p̄tium salinarū quæ sese exerunt magis in ipso contextu, illæ enim semel soluta et in motum concita p̄tib' aqueis, cujuscumq; indolis sint, haud parū favent priori acerrimæ solidorū dissolutioi q̄m moliter aqueus latex fermenti, antequā integra fiat per piorū omniū divisio, seu enim salia quæ solvuntur, acida erunt, seu alk. seu salsa. haud parū tn nisū aquearū p̄ticularū juvatura sunt, acida quippe soluta terreas, alk. vero aut salsa sulfureas aggrediuntur p̄tes, unde qd aqua ō p̄t, ubi vincula molecularū firmiora sunt id ope saliū quæ extrahit aqua, ut cumq; perficiatur, atq; illud ē primū exordiū coctionis alimentorū quod in simplici laxitate atq; mollitudine solidorum consistit.

observamus 2.° sic emollita ingesta solida sensim et sine sensu liquari in succū cinerei, ferruginei et alterius ad alburn vergentis coloris ex quo intelligitur vim q̄m primū laxari inceperant alimenta pedetentim augeri: augeri autem ō p̄t vis movens in aqueis, ut potè quæ eodem modo se hnt in coctionis initio atq; in progressu, eadem quos ē cā easd. in motu ciens; qo incrementū viriū aut motus potius quo alimenta à statu mollitudinis ad statum fluiditatis perducuntur in longè aliam cām q̄m p̄tes aqueas referendū ē ō in solidam ventriculi substām quæ iners est, nec nisi solo motu caloris eid. quo ab initio fuit percita. qo in salinas p̄tes quas secum vehit latex aqueus fermenti ventriculi totū id revocandū ē. sed nec ipsæ salinæ p̄tes sufficienter exagitantur, ut per se concreta dissolvant principia ingestorū solutorumq; fluiditatē tueantur, cum et ipsa obsequantur motui

vehiculi aquei qd integrae solutioni alimentoru impar statuimus; qd partes salinae fermenti vera et effectrix causa fluiditatis alimentoru ee ᵒpnt: ut tandem universalis motrix causa aethereu nempe fluidum in operis partem vocandu sit; nihilominus tn quonia compertu habemus, aetherea materi nusqm moliri corporum dissolutionem nisi concurrant et alia corporum ramenta minutiora quae poros corporu ingressa aut aditu ejusd. impediant, aut exitu per media solida dissolvenda, negari vix pot salsum qd inest fermento stomacali concurrere tanqm occasione ad concilianda fluiditata ingestis solidis; quanta requiritur ad chylificationem. Et vero cum ptes aqueae fermenti parum aut nihil attingant sulfureas alimentoru ptes quas videlicet non pervadunt ne per occasionem quidem juvare pnt integram alimentoru dissolutionem, qd idem de salso dici ᵒpt, qd suapte naa abradit carpitq; sulfureas ptes, ut si sensibiles tm dissolutionis spectemus causas in opere digestionis salsu salivale ac stomachale primarium efficaciusve ingestoru solvens habendu sit. de sulfurea fermenti pte ᵒē qd mentione faciamus, quippe tantilla est respectu salinae aqueaeve, tamq; arcte salinis involuta ē, vix ut proprio marte praestare aliquid poit in dissolutione cibrru, si quid enim agit debet illud totu sali cui juncta est.

Videndu itaq; qua raoa salsum fermenti inchoata ab aqueis ptibus dissolutionem absolvat, vimq; fluidi aetherei aplicet ad penitus disperbandam compage pcipioru ex quib. alimenta coaluerunt: atqui illud multis modis futuru ē; cum enim salsu innatet fluido aqueo fermenti ᵒpt quin simul in lacunas oes ac rimas per quas aqua viam sibi parat in intima solidoru intromittatur, carpatq; vel simplici motu fluidi sulfureas ptes iter agenti occurrentes, adeoq; et vel ex eo laxari ᵒparu continget tota assumptoru contextura qm mire colligit vincitq; sulfurea pars. quonia vero laxata in hunc modu compage ingestoru exerunt se se salinae permultae ptes quas aqueus latex exsolvit inprimis vero acidae quae occursu aerium salsaru lucta ineunt ac motu fermentativum, fit ut cohaerentes adhuc moleculae in quorum gremio totidem velut in cuniculis fermentativus grassatur motus, penitus dissocientur atq; in minutas adeo pticulas redigantur milleris ut subinde loco componentia pcipia se sistant menstruo cui imerguntur, unde continuata serie fermentaoum salso-aeris fermenti cum spiculis acidis quae tum in terreis tum in sulfureis assumptoru ptib. nidulantur, sic tota moles dividenda erit fluiditate ut tandem adipiscatur.

Sed an non quoq; aëris particulæ quæ seu insitæ sunt plerisque cibis seu inter masticaõis et deglutitiõis motus iisdem miscentur suũ quoq; simbolũ collaturæ sunt in opera digestionis.

Rx. Haud levib. conjecturis statui posse et aëre quoq; alimentis permixtũ concurrere ad dissoluõem ciborum. Enim vero constat innumeris experimentis, nec digestiones ullas nec fermentaões in succis vegetabilium imò nec dissoluões metallorũ perfici posse ubi oĩs aëri denegatur accessus. namq; 1º compertũ ẽ succũ chicorei puta aliarumve plantarũ vix aliquam mutaõem subire in vasis hermeticè clausis: contra qm accidit ubi inapertis digestioni spontaneæ permittuntur. similiter videmus præcaveri effervescentiam syrupi violacei aliorumq; ubi accuratè reconduntur in vasis remoto aere ex omni infusio item aut succus rosarũ pallidarũ oleo superaffuso illibata conservantur ad multum tempus quæ alioquin si patiantur imediatũ aëris contactũ, vitiosũ acorẽ aliumve saporẽ fermentaõis effectum acquirunt. deinde vero observavi õ semel urinã putrefactã quæ in apertis vasis tincturã ex cupreo cæruleã educit vix ac ne vix quidẽ cupri dissoluõem moliri in vase clauso nisi fortè aliqua pars aëris inter occludendũ relicta sit: nec omittendũ curiosũ illud experimentũ qd fit in liquore illo fumante qui ex sublimato mercurio et stagno anglico parari consuevit. liquidẽ ille quãdiu vas ẽ occlusum est, placidè et nullis eructatis vaporib. conquiescit; ubi vero remotum vasis obturaculum, adeoq; et liber datur aëri ingressus fumos exhalat albicantes indiciũ sanè novi motus fluidi liquori inditi, qui sanè õ nisi ab aëre comunicari pt. quidquod? spontaneæ tum animaliũ, tum sanguinis, urinæ, aliorumve humorũ corruptiones vix excitari pnt, ubi illa muniuntur à contactu talis aëris. ita carnes crudæ in vacuo Boyliano vel æstate in media incorruptæ servantur ad multos dies, sic et sanguis ipse et urina in vasis accuratè clausis servata annos integros vindicantur à corruptelã quæ vel intra duos tresve dies invadit, cum carnes tum humores quæ libero patent aëri. cum autem digestiones oẽs et corruptiones tum liquidorũ tum fluidorũ sine prævio motu fermentaõis nunc obscuro nunc manifesto perfici õ possint, nec motus fermentativus ab aëris contactu excitari queat planũ videtur aëris incumbentis ptes concurrere ad mutaões et soluões oĩum penè corporũ in quib. saltem dissoluõis principia depressa et motui fermentativo suscipiendo proprio marte inepta sunt. Enim verò negari õ pt etiam nihil conferente aëre dissoluões metallorũ perfici posse menstruorũ õnullorũ ope. videmus enim ferrũ v.g. à spiritu vitrioli haud difficulter exsolvi in machina Boylianâ aëre penitus exhausto. neque illud mirũ, acida namq;

spiritus vitriolici ptes ita expeditæ sunt; nihil ut obsit quominus patulos
pervadant ferri meatus, eorumdemq; latera cum impetu distringant. verū
longè aliter sentiendū de cporib. corruptelæ obnoxiis quorū pncipia ferment-
ativa depressa sunt, aut potius aliis involuta. neq; enim illa pncipia corrupti-
onis aut fermentaois motū suscipere pnt, nisi accedat caa quæ ligatas immo-
tasq; expediat ptes vindicetq; in motum. et verò quoniā inviolata hæc naæ
lex, ut quæcumq; assumptum servent statū nisi à à superveniente externa
caa mutare illum cogantur. pater urina v. g. sanguine carnes &c.....
nusqm susceptū statum immutatura nisi de novo adveniat caa mutadem
aut motum potius induens involutis pncipiis quorū extricaoe et agitaoe mixti
compages resolvenda ē. cum autem maa æthærea ex æquo semper fluat per
urinā aut sguine carnes &c...., novumq; adeo motū indere pncipiis eorumd. ō poit
sequitur caam oem mutaois et motus quo cientur præfata cpora dum corrumpu-
ntur referendum ēē in circumstantia cpora. jam verò cum ex omnib. præsto
sit aër omnib. complectendis perspicuum videtur, huncipsū generalem esse caam
mutaonū, quæ in terrestrib. sese offerunt cporibus.

Neque tn dixerim ut ut ab aëre deducā exordiū motus quo pleraque
solvuntur ac deliquescunt cpora, proinde tn illum caam ēē pportionata validis
illis motib. producendis quib. mixtorū compages sponte disturbatur. favent
equidē suo motu liquidi aëris ptes quæ intimos solvendorū meatus pervadunt
laxandæ eorū contexturæ, dissolvendæ verò ac corrumpendæ prorsus impares
sunt. neq; enim ut dicemus motui fermentativo sufficit motus liquidi: unde
advocandū perpetuo fluidi ætherei subsidiū: adeo ut aëris ptes in opere dissoluois
se habeant velut occasio tm, cur fluidū æthereū liberū antea iter agens per
cpora corrumpenda, difficulter modò idem perficiat, vimq; exerat suam in
latera pororū quorū ductus aliqua ex pte impediti sunt à ptib. aëreis intromissis
sed de his satis, namq; illa clarius tractatu de fermentaoe patefient.

Itaque quoniā certum ē aëre cibis admixtū degluti haud improbabiliter
asseremus illum conducere aliquid ad digestionē et dissoluoem alimentorum
quidni enim ille soluoem alimentorū promoveat in cavitate ventriculi qui
cito eisd. extra cpus positis corruptelam accersit, ut constat de carnib. juscul is
aliisve ingeri salitis qui autem soluoem illam promoveat, haud difficulter ..
intelligemus si meminerimus aërem ex mirè disparatis ptib. conflari, quæque
solvendis diversi generis ptib. accomodari queant: nimirū ille præter flexilia
illa stamina ex quib. jam antea aërē præprimis conflari diximus, recondit
mirè diversi generis ptes, salinas, acidas, alkalinas, sulfureas, aqueas, terreasve
equas vel delibat ex innumeris cporib. quib. vel delibat ex innumeris cporib.

quib. incumbit vel intro suscipit excussas intestinis illis motib. quib. vel cum terra viscera tum accumbentia ejusd. superficiei cpora indesinenter aguntur: unde aër quem spiramus, quiq; ō nisi ad aliquot milliaria extenditur atmosphæra quasi exhalaoum sphæra et congeries nuncupatur. quamobrem nihil obest quominus ille aggrediatur diversi generis cpora, eorumq; dissolutione moliatur. qd enim altera sui pte consequi ō pt, altera feliciter perficitur. Esto enim occurrat sulfureum ac pingue qddam corpus: certè quoniam miasmatis sulfureis aut salib. acrib. gravis ē aër, sulfureaq; aut salia vol. liquandis fixiorib. sulfureis ptib. apta sunt, detraher ille solvet, semberque ōnulles solidi sulfurei ptes secumq; abducet. ita videmus illum ex sulfure vulgari quandā velut tincturā proliciere. qd abundè liquet ex gravi odore sulfureo quo totus aër sulfuri circumfusus imbuitur. qd si salinū erit corpus similiter quoniā aqueas permultas secū vehit aër pticulas exsolvetur, illud quadanteus odoremq; sui spargit latè: ut experimur in salinis alìisve locis in quib. aut sal marinū aut nitrū aliave id genus asservantur salia aut salini formia cpora, demū si terrenū ac solidū futurū ē corpus, certè quoniā similiter aër tum nitrosis plerisq; ptib. tum acidis multiformib. gravidatur invader sane illud vixq; exeret tantam arietando in superficiē, ut tandem abradat permultas ejusd. moleculas, atq; id quidē in lapidib. aliisve terreis ptib. cujusmodi sunt metalla observare ē, quæ continuā patiuntur ptium jacturā odoremq; sui æquè ac molliora diffundunt. inde ē qd emunctæ naris homines odore cuprū à stanno, stannū à plumbo, plumbū ab antimonio discernant: qd idem obtinet in permultis lapidū speciebus; jam ut hæc oīa ad concoctionē alimentorū in ventriculo traducamus. an non enivis obviū si quidē aër quoad minima permixtus erit assumptis, qd inter masticadem fieri necsse ē, posse illum tam discrepantib. extructū pticulis juvare ciborū digestionē ac solutionem. quid enim agant in sulfur comune alimentari multò compactius quid ni etiam aër nitrosa sua pte tenuissima adoriatur tum sulfur cum sale vol. alk. aut terreas demū assumptorū moleculas; easdemq; distringant atq; in fluorē abire cogat; cum et hac pte ipsa oīa penè cpora corrumpat, ne ille pertinax sit, qui hanc vim fluido æthereo denegârit? ut proinde statuendū sit præter salivale ac stomacale menstruū concurrere ad soluoēm et digestionē alimentorum vel äërem ipsum qui inter masticandum alimentis admiscetur.

Neque dixerit quispiā pisces quorū vita degitur aquis in mediis, paraq; ac terrestria quaq; animantia digerere assumpta, tametsi nullas

sorbent aëris ptes, quippe licet forte ob mire diversã indolem pisciu
à nobis et reliquis aïantib. ttm ñ exigant illi menstruorũ apparatum ad
digestionẽ alimentorũ, adeoq; et supervacaneũ imò et noxiũ fortassis futurũ
illis ẽ aëris subsidiũ in opere digestionis haud tñ ex eo quidqm argui posse
adversùs propositã conjecturã. namq; extra omne dubium ẽ aëris permul-
tas ptes promiscuè cum alimentis deglutiri. constat etiam ex dictis aërem
exsolvendis omnib. penè corporib. comparatũ ẽ, adeoq; cogitatu proclive est
vel leviter attendenti illum digerendis alimentis aliquid saltem conferre. quid-
quod? et pisces ipsi vel in mediis aquis aëre hñt quo utantur. sc verò latent
in aqua aëris permultae ptes quae se sistunt facilè ubi subdito igne efferves-
cunt aquae aut removetur incumbentis aëris pressura, ut in machina Boyli-
ana qm si contento exhaurias aëre derepentè eructat aqua prius machinae in-
clusa contenti aeris bullas quae in ipso egressu quandã effervescẽam menti-
untur. quomobrẽ ut in aqua vivant pisces, cum ipsa alimentis admixta
deglutiunt ñ nullas aëris ptes quae dissoluõem assumptorũ haud secus ac
reliquis animantibus promovere queant. his accedit qd piscium magna pars
ex aquis identidẽ emergat aëre fruitura aut potiùs ejusd. aliqm partem
haustura operib. digestionis mox impendendam.

Sed ẽ aliud qd ñ parũ juvat digestionis opus in cavitate ventriculi ~
calor nempè mitis et vaporosus stomacho contentisq; conciliatus à sanguine ~
ventriculi tunicas irrigante, tum item à circumpositis incumbentibus et
accumbentib. ptib. hepate nimirũ liene, epiploo ac intestinis, inde enim
ñ parũ acuitur vis fermenti stomacalis qua et penitus agatur in remotiss-
imos assumptorũ recessus eademq; dissolvat. Enim verò seu calorẽ in stom-
aco conspectabimus veluti nudũ ac simplicẽ motũ quo subsaltant, ~
perniciter ejusd. parietes secundũ oẽs integrantes sui moleculas, seu ~
tanqm agmen corpusculorũ perniciter ac vorticosè motorũ sendemũ concur-
rere dicamus subsaltantẽ stomachi motũ cum halitib. variis summè
mobilib. ad calorẽ stomacho conciliandũ, perinde nobis ẽ, utroque enim
assignato modo haud parũ calor assumptorũ digestioni collaturus erit.
nempe age supponamus eatenus calere ventriculum quatenus varios excipit
ictus tum à sanguine calenti ppriam substãam peragrante tum item à
subsaltantib. vicinis ptib. eidem applicitis inde ut et ipso cogatur sdum
integrantes oẽs sui ptes subsilire multifariã, qd calere ẽ. certè quoniam
accumbunt assumpta fermento imbuta ejusd. parietib. fieri ñ pt quin
et ipsa continuè verberata milleris in locis in subsaltantẽ quoq; agantur

in motum

in motum caloremq; adeo suscipiant: qa veró subsilire ō pnt assumptorū moleculæ quin multipliciter concurrant factoq; concursu frangantur alterenturq; quin item fermenti admixtæ fermenti pari motu subsaltanti concitæ multó vehementius adoriantur occursantes alimentorū partes: sequitur inde et citatius et quoad minimas item ptes assumptorū comminutionē aut dissolutiōem potius absolvendā eē qd si maxis calore assumptis communicari halitus specie, contendasq; tum à stomacho, tum item à circumjectis ptibus manare agmen pticularū subtilium perniciter ac perturbatè motarum, ex aequo calor digestioni promoturus est; atque item in operis societatē cum menstruo stomachali vocandus. Et veró quoniā calidi halitus dum assumpta pervadunt celeri motu exagitant cum singulas eorundem moleculas tum et menstrui stomacalis ptes et mira indè assumptorum conquassatiōem et pcipiorū dissolutiōem suboriri necesse est. rursus quoniam laudati halitus caloris motu pciti sunt veluti flos, tum ptium salinarū tum sulfurearū sanguinis quo inqi ventris ptes rigantur prout varia indole nacta sunt ramenta ex quib. illi componuntur variā quoq; actionē exerant in objecta queq; alimenta quib. afflantur, proindeq; ut est comparatum sulfur volatile molliendis solvendisq; sulfureū compactiorū partibus, ut sal alk. ptes laxandæ similiter sulfureū contexturæ prorsus accomodatæ, aqueusve humor sua aptè natā sales eliquat, ō ē dubium quin effluvia istiusmodi juvent imó et perficiant quoq; ingestorum dissolutiōem. demū si medium qddam tenere iter amabis statuasq; calorē tum in subsaltatorio stomachi motu, tum item in effluviorū emissionē, habebis inde et et juvare et perficere etiam assumptorum dissolutiōem queas, nec repugnantē trahes in tuā sententiam: vix enim intelligi pt communicari calorē quin protinus ō nullæ decedant ptes à calenti cpore, quin item, calefaciendi cporis tremat subsiliatq; contextura, adeoq; planū ē utrumq; in opere digestionis conspirare vim nempè calidarū exhalationum et subsaltantē ventriculi motu quib. una exagitantur contenta.

Nec proinde putandū pro ratiōē caloris quo fovetur ventriculus eó melius perficiendā eē coctionem alimentorū quippe si intensus vigebit in cpore motus caloris ut in febrib. continuis adeo ō benè habebit assumptorū digestio, ut deterior inde futura sit. Enim veró idem planè obtinet in coctione alimentorū qd in vulgarib. actionib. quæ ignis ope perficiuntur, et sicut multo pejus sunt vulgares carniū puta aliorumve coctiones quó major subditus ignis, sic similiter in naalem illam assumptorū coctionē qm promovet in nobis ...

intestinus ventris calor. eod. præternaaliter aucto male habere nessum est. tametsi enim primas ō tenet calor in coctione ac dissoluoe ciboru favet tn adeo confertq; motu quo tum alimenta tum fermenta ciet, ut insignis ex ejus incremento mutao in assumptoru dissoluoe ō suboriri ō poit. neque vero rapide ac velociter exagitari pnt alimenta fermentumq; digestivum quin summa inde lucta summaq; attritio pcipioru excitentur, summeq; adeo tum saline tum sulfureæ alimentoru ptes evolvantur: atqui abest laudabili dissoluoi nimia isthæc evolutio extricatioq; pcipioru. inde enim expressus ex alimentis succus seu chylus adeo ō attemperat sguinis æstum et acrimonia ut potius adaugeat; qo ab intenso ventriculi calore coctione alimentorum vitiari nesse est. ut miru videri ō poit febricitantiu vires intra paucos ex exsolvi dies, tametsi nutrimentu majori copia qm pro more capessant: vi enim caloris quo æstuat ventriculus assumpta quæq; in fermentu potius acrbosum qm succu nutritiu convertuntur, unde tardus fit ad valetudinem gradus. cæterum ut ab intenso calore vitium accersitur alimentorum coctioni, sic et ab imminuto quoq; haud contemnenda inducitur labes ille ob rapidiore inditu alimentis motu extenuat nimium singulas eorumd. moleculas: hic vero ut languide movet crassiores dimittit ille salinas, sulfureasq; alimentorum ptes plus justo evehit evolvitq; hic depressas implicatasq; relinquit. ille ob extricata nimiu succi nutritii principia humoru compage inditi motus vehementia perturbat: hic ob mire intricatas actuosas chyli ptes humoru ac totius sguinis motum obtundit penesq; sufflaminat: unde ut cruditates ventriculi præcaveantur inolevit mos apud eos qui imbecilliore viscerum calore nacti snt admovendi regioni ventriculi gestandiq; perpetuo scutum coccineu aut pelle leporina, aliave id genus quib. tueri nos ab aëris frigidioris inclementia solemus, nativumq; calore fovere. quo eod. utendu hnt quib. ob profunda ventris vulnera gangrænæ metu omentu præcisum ē, indicium sane omentu huic potissimu usui destinatum, nempe ut calore suo juvet coctione tam quæ in ventriculo qm quæ in intestinis perficitur, cui suppleri externorum calore foventiu ope illud queat. porro idem obtinet in nostro corpore ubi digestionis negotiu agitur qd in officinis chymicoru & sicut illi ut digestiones suas ac solutiones cporu blande perficiant aut extracta comparent, minus immutata solent conclusa leni calori fimi equini comittere, ne quid motus vehementia plus æquo confringantur aut exaltentur principia aut imbecillitate aut lentitate menstrui frigidi solutio tardiq; al[...]

absolvatur aut in crassiores ptes liquescat; similiter naã chylum ex alimentis sincerum et prositutis usibus accomodatum edultura, blandũ subdere colorẽ ex alimentis stomacho conclusis necesse habet; tum ut promptius ac fœlicius digestionis absolvat opus, unde stomachum providè munivit undiq. calidis visceribus hepate nimirum liene Intestinis Epiploo quæ respectũ ventriculi balnei cujusd. vaporosi qm accurate vices implent.

Quaret forsan nonnemo ventriculus nec à cerebro quoque adjumentũ habeat dissoluõis alimentorum: quippe multas obtinet à cerebello nervorũ propagines per quas subsidiarios spirituũ manipulos plures admittat.

℞. equidem suadere multa spirituosarum ptium nessitatẽ in opere digestionis: Et verò qui nervorum stomachalium resoluõem patiuntur illi prater qm qd cibos õ appetunt vix absumptos digerere valent nec nisi languidè perperamque perficitur coctio alimentorũ, in iis quorũ spiritus ob febriles sguinis motus vel aliam quamcuq; cãam absumpti snt. an verò spiritus ipsi immediatè concurrant pticularũ nempè suarũ admixtione cum alimentis? an verò mediatè ttm et quatenus promovent fermenti stomachalis secretionẽ? haud ita certò definiri pt ac permulti existimant. neq; enim hiant nervi stomachales in ventriculi cavitate, imò distribuuntur aõs fibris carneis aut glandulis miliaribus quæ villosam alias ejusd. tunicã constituunt, unde imediatè afflari spiritus assumptis õ pnt: multo minus statuat quis ẽ spiritus per canaliculos glandulosos cum fermento dimitti in capacitatẽ ventriculi. Cum enim glandulæ ad laudabilẽ recrementorũ secretionem debitam postulent tensionẽ qm quidẽ obtinere illæ õ pnt, nisi à tendinosis fibris quib. mirè intertexuntur ac fulciuntur, cum nec tendi fibra tendinea point nisi inflentur à spiritib. aialib. planũ videtur spiritus in fibras potius glandularum sthomacalium qm in vesiculas earumd. exonerari proindeq; vix credibile ẽ spiritus per glandulas ipsas cum fermento excerni in ventriculi cavitatẽ.

Dices quid go futurũ ẽ de spiritib. qui continuo adventant fibris glandularũ tendineis aut carneis etiam ventriculi?

℞. Illos ubi muniis suis defuncti snt in fibris seu transpiraõe ut snt à naã tenuissimi, hinc inde avolare aut per dicata emissaria rursũ sguini commisceri, atq; ex ea forte mischela pendere humorũ quæ in sit. secretione. Enim verò ut angustissimus ẽ pororũ apparatus quo recrementorũ separaõ à reliquis massæ sguineæ ptib. obtinetur adeoq; et cum sanguis tum recrementa in eo contenta summã fluiditatẽ requirunt

subire ut possint recrementoru particula angustias pororu quibus glandula pervia sint, nihil vetat quominus intelligamus fluidum spirituosum à reticulo tendinoso qd glandulis fulcimentum præstat dimitti in canaliculos per quos sanguis ab extremis arteriaru finibus traducitur in venas eu commixtumq; sanguini evadere in novum fermentationis incitamentu quo et facilius ille recrementis exoneretur, spoliatusq; nutritiis ac spirituosis permultis ptibus eludat, coagulatis et stagnatis periculum liberisque circulationis legibus obsequatur. unde eatenus solum digestioné alimentorum juvare dicendi erunt spiritus quatenus promovent fermenti stomacalis digestioné foventq. caloré ventriculi fermentatis qm intendunt sobolem.

Sed an non, regeret aliquis, spiritus dum afflantur sanguini ad secretioné recrementoru, misceri iisd. poterunt accrescereque ptib. ex quibus illa componuntur: Et si hoc ita fiat quid ni statuemus concurrere spiritus ad coctioné alimentorum veluti ptem fermenti stomachalis!

Rx. Si spiritus sanguini glandularum intima peragrati commiscentur recrementis fore similiter ut quemadmodu illi concurrunt ad secretioné excrementoru puta urinæ, cerumini aurium, sudoris &c... et continuo iisd. miscendi essent, qd providentiæ naæ videtur oio alienu. quorsum enim natura spiritus qui feruntur ad renes ad promovendam urinæ secretioné inspirentur urinæ ptibus ò secernendis modo, sed et eliminandis quoque ex corpore tanqm inutilib. imò et noxiis excrementis, et cui tandem usui futura illa spirituum prodigentia? quo spectet illa fluidi spirituosi absumptio? an forte oneri pro nimia copia futuri spiritus nisi per conspicuas vias aliquanta eorumd. pars excernatur. sed an non vires totius corporis ex jugi influxu et copia fluidi spirituosi repetendæ sunt quis autem intelligat à nimia ejusd. copia vires prosternendas à quo ipsæ constant? Deinde veró an non inter varios motus musculares tanta fit spirituosaru ptium absumptio quæ copia illas peccare ò sinat, si tantum e ut qntitate aucta peccare dicantur spiritus, ut porro sit statuendum spiritus qui per nervos feruntur ad glandulas haudquaquam misceri cum humoribus per easdem excernendis. neque enim peculiare quiddam habent glandulæ aliæ præ aliis cujus ratione modó spirituum cum suis recrementis miscelam patiantur modó vero impediant; utrobique enim seu glandulæ excernendis excrementis dicatæ erunt seu recrementis utilibus dimittendis dimittentur spiritus in canales traducendo sanguini destinatos

traducendo sanguini destinatos. unde non erit cur potius associentur recrementito utili secernendo quam inutili. nihil enim obest quominus spirituosæ partes ex æquo pervadant urinæ moleculas puta quam fermenti stomacalis. imò verò faciliùs pervadent urinam quam fermentum stomacale quod nimirum paulò viscidius est minusque adeo permeabile. uno verbo nullum subest fundamentum statuendi spiritus animales immediatè conferre ad ciborum dissolutionem. dabo equidem nonnullas fortè spirituum partes quæ præ agilitate suâ ac tenuitate effugiunt superantque objectos canales quibus concluduntur inter avolandum concurrentibus cibis communicari. verum tantillum est quod avolat quodque communicatur assumptis, ut inter causas digestionis recenseri non possit.

Dices si spiritus animales ex se nihil promovent coctionem alimentorum; unde fit quod qui animum conficiunt curis atque meditationibus etiam à pastu de cruditate ventriculi perpetuò conquerantur?

Respondeo me ex jam dictis ante-occupasse difficultatem, qui statui spiritus mirè conferre secretioni fermenti ventriculi unde ~~tam~~ tametsi spiritus alioquin non erunt miscendi immediatè cum alimentis. haud parum tamen officient digestioni si quacumque ob causam præpediatur aut minuatur eorumdem fluxus in nervos ventriculi. quod posterius vulgò fieri creditur, quoties anima plus æquo angitur curis, aut studiis indulget gravioribus. ob imminuta namque spirituum copia à qua glandularum stomachalium textura debitam tensionem habere et ad fermenti secretionem comparari, collabi glandulas in sese laxatis fulcris fulcris, hoc est, staminibus tendinosis quibus intertexuntur, proindeque secretionem fermenti malè perfici accidamus torpere assumpta in cavitate ventriculi, indigestaque provolvi in intestina ideò necesse est.

Atque hæc de causis dissolutionem alimentorum aut perficientibus aut juvantibus. nunc quæ reconditus est modus quo causæ omnes jam recensitæ conspirant ad unam eandemque actionem, dissolutionem nempè ac mutationem assumptorum examinandum nobis num menstruum stomachale aliave fluida digestioni naturaliter destinata dissolutionem alimentorum simplici motu liquidi absolvant? an verò concurrat insuper fermentativus motus? quod ut breviter ac facilè expediamus recolendum ex tractatu fermentationis corpora illa à motu liquidorum vel ex eo solum differre quod in his particulæ essentiales separatius leniusque moveantur à fluido æthereo: in corporibus verò fermentantibus vehementer ac perniciter cunctas partes exagitari manifestius ut inde motus evadat totius quod in fluidis locum non habet: supponendum 2° tum motum liquidi fluidorum tum motum fermentativum corporum

quorumcunq; repeti tum ex situ atq; dispõe pororũ tum fluidorũ simplicium tum corporum fermentantium per quæ ex ipsa necessitate mecanismi mundani continuò traducitur fluidum æthereũ. neq; verò quatenus simpliciter incumbit corporib. maa æthereа iisd. aut fluidi aut fermentaõis largitur motum, sed quatenus intima permeat eorumd: unde pro varia viarũ per quas iter habet dispõe varios effectus excitare necesse habet: si enim liberæ futuræ sunt viæ à primo ingressu ad exitum seu si corporum meatus recti et æqualis ubiq; amplitudinis recta feretur, nullo penè concitato motu meatuũ lateribus, ut potè nullibi ejusd. motui repugnantib. si verò per ambages feretur pororũ aut angustiores fient illi aut exituro fluido æthereo objiciantur repagula vim faciet illud tum in latera pororũ, tum in objectas quaslibet ptes exitum inhibentes, cunctaq; intestinis motib. perturbabit leniter quidẽ in corporib. quorũ facilè cedunt ptes ut in fluidis, vehementer verò in his quorũ minùs ptes obsequentur porique angustiores erunt ut in corporibus fermentantibus hic positis.

DICO dissolũõem alimentorũ õ simplici motu fluidi sed motu fermentativo absolvi. Enimverò præterqm qd perfici assumptorũ digestio ac dissolutio õ pt. nisi actu caleat fermentũ ventriculi, motusq; caloris indatur alimentis qd sine incremento motus fermenti stomacalis fieri õ pt, adeoq; nec sine fermentaõis quadã specie accedit qd vix insinuari queant fermenti ptes intra poros alimentorũ quin variis in locis inhibeant facilè ingressũ aut exitum maæ ethereæ proindeque ut ẽ illa remoræ impatiens, sequatur dissilitio multiplex ac vehemens ptium ex quib. insensiles alimentorũ meatus immerserant, qd ẽ fermentari ac fermentaõis motu dissolvi alimenta quippe nihil aliud desideratur ad fermentaõem ex dictis nisi ut ex occasione intromissi cujusd. corporis in poros alterius exagitetur utrumq; cum impetu qdq; solidius ẽ in minores comminuatur ptes. Verum suppetunt nobis multa quib. superbundè probamus fermentaõem alimentorũ in cavitate ventriculi: ne quid enim dicam, vix intelligi posse mutaõem illã qm patiuntur alimenta dum in chylosa abeunt maam à simplici motu liquidi fermenti qd vix ac ne vix quidem moleculæ integrantes alimentorũ à mutuo contactu removeri pnt. experiẽa quotidianâ compertũ ẽ à pastu in benè habentib. suboriri quandã inflationẽ ventriculi, qd sanè referri õ pt nisi in motũ fermentativũ quo cientur alimenta rarefiuntq; cum impetu certu insuper plerumq; à pastu excitari ructus in sanis; cum autem ructus aliud nil sint qm aërea aërea quædam maa, nec aërea maa possit ex mixtis sine prævio motu fermentativo quo conclusæ conclusæ aeris ptes vindicentur in libertatẽ aut sulpurei quidam habitus aëris in foã eleventur planũ ẽ ex eo verè

in stomacho fermentari assumpta. Deinde vero qui fieri poit utilium partium ab inutilib. separao et homogeneoru ab heterogeneis divortium nisi ita recludentur assumptoru ptes et pcipia singula fluiditate acquirant: Et qui fluiditate acquirent, ut point alia aliis associari, nisi quoad minima fiat divisio singuloru, idq sane fieri o pt sine intenso motu fermentaois haud secus enim ac mustu tartareas quas continet ptes deponere o pt nisi praemissa fermentaoe qua singulae atterentur ptes ut aliae aliis accrescant, aliae aliaru consortium respuant. Similiter dicendu quonia o oes alimentoru ptes ex aequo nutritioni comparatae sint, fermentativo motu sic atterendas esse facile ut inde utiles et homogeneae ab inutilib. et heterogeneis separentur. quidquod? vix spirituosae ptes extricari in sanguine pnt et ad distinctos usus comparari nisi priore alimenta digestione, aut qd idem e, fermentaoem experiantur. Evolvi enim quocumq; motu o pnt pcipia volatilia quae in destillaoe vehementissimu ignis gradu requirunt: unde intenso ac fermentativo motu indigent alimenta in ventriculo ut recludantur principia depressa volatiliaq; exerantur in motu. porro haec una videtur et naturae norma in singulis mutaoib. ut fermentaoe utatur, sic deliquescunt cadavera famq; immutant carnes aeri exposita fermentativo motu nec pasta in panem, nec mustu in vinu aliaq permulta nativa mutant formam positoq; uno statu alium acquirunt nisi ope fermentaois, nec probabile est alia via qm motu fermentativo humore qm radices plantaru exsugunt abire in succu nutritium flores ac fructus; ut extra dubium videatur tum et in hominib., tum in et in reliquis aialium specieb. digestionem fermentaoe praestari.

Neque obstat qd aliqui dicunt alimenta fermentaoi magis disposita cujus generis sint fructus orarii permulti multo difficilius exsolvi in ve ventriculo deterioremve chylum suppeditare qm permulta alia fermentata adeoq; fermentaoi suscipiendae minus idonea in quoru censu recensendus in primis panis.

R. namq; vel ex eo qd o nulla esculenta suscipiendae fermentationi magis apta sint, et vel ex eo inepta ee quae in laudabile succum vertantur in cavitate ventriculi. qd enim habent fermentativas permultas ptes summe extricatas vel intensius qm par e fermentantur vel praepollentia o nullaru ptium fermento adversaru: sic illud atterunt deprimuntq; ut o valent illud perrumpere intimu plexioru nexu, nec subigere cuncta adeo ut in laudabilem evadant succum hinc e qd musta cerasa aliaq; hujusmodi ob conceptam nimia fermentaoem in ventriculo abdominis inflaoes ac tormina plerumq; producunt, aut ut quandoque

ab assumptis cerasis aliisve fructib. indigesta remaneant in Ventriculo velut
in morboru fomite. porrò ad laudabile ventriculi concoctione, haudquaqm opus
e intensa fermentaoe imò benignâ ac placidâ. neq; enim suma chylus prin-
cipioru extricaoem requirit, imò relinquenda multa sguini evolvenda: secus
enim futuru ut sguini permixtus chylus eund. ad tanta fermentaoem cogat
brevi ut illu corrumpi atq; fatiscere necesse sit. hinc e qd in febrib. continuis
adeo intendatur febrilis motus ab assumptis quoru nempè expressus succus ob
nimia activoru ppioru exaltaoem in febrile fermentu degenerat. proindeq;
qm jure quis motu quo fermentu ventriculi solvit alimenta ut pote blandu
blandu nec tumultuosu extractione vocaverit aut extractiva fermentaoem
quippe o oes indiscriminatim alimentoru ptes facessunt in chylum, sed
tenuiores ttm crassiorib. faecum foa relictis, unde o immeritò ob factu illum
ptium delectum et secretione, succu nutritiu, hoc e, ptes alibiles ex alimentis
educere extrahereq; fermentu dicatur, quomodo à onullis menstruis videmus
extrahi e mixtis onullas ptes aliis intactis. hoc tn discrimen e inter actionem
fermenti stomacalis et alia menstrua quib. ad extractiones chymicas uti con
consuevimus, qd haec pleruma; simplici motu liquidi expotitu opus absolvant
illud verò o motu liquidi ttm sed paulo intensiori, hoc e fermentativo extrac-
tione suam moliatur. Enim verò dum extracta vulgaria fiunt non videntur
menstrua quicqm corrumpere mixtoru texturā, congruas ttm eluunt abripiuntq;
pticulas relictis caeteris intactis illibatisq; ita videmus spiritu vini resinosas jalapae
ptes extrahere intacta lignosâ pte quae elapsa illa allaptaq; eand. speciē servare
videtur: contra qm accidit in Ventriculo fermentu enim stomacale non modo
abripit tenuiores ac congruas magis ptes, o et oes indiscriminatim exsolvit, ut
postqm exeruit illud vires suas in alimenta, actum penitus de priori ac nativa
illorum forma qd sanè vehementiam motus quo succus nutritius ex alimentis
educitur, seu qd idem e fermentaoem significat, adeoq; jure ut jam dixi,
videmur actionē quâ fermentum stomacale dissolvit alimenta extractivam
fermentaoem appellare.

Quaeres. quomodo fermentu ventriculi qd in glandulosa ejusd. tunica
secernitur madefacere, intimeq; permeare poit assumpta praesertim solida quae
plenioribus prandio aut caena tota penè ventriculi cavitatē implent. difficulter
enim utut fluidus humor sit fermentu intelligi pt ex aequo eod. impraegnari,
eod. alimentoru ptes quae cavitatis ventriculi centru occupant, qmq; circumfe-
reae respectant eidemq; applicantur: unde futuru ut o simul oes digerantur
alimentoru ptes, o successivè prout aliae prae aliis actionē fermenti prius experietur

Rx. Et ob id fortè digestionē alimentoru fieri successivè. verisimile enim e
o oes simul eorumd. ptes impraegnari fermento qd nimiru secundu ventriculi

latera fluit, ponderesq; innato ad fundū cavitatis devolvitur; adeoq; nihil videtur repugnare qd alimenta quæ imam ventriculi ptem occupant prius exsolvantur qm quæ latera contingunt, illaq; etiam prius qm quæ cavitatis centrum tenent, qui enim simul ac semel ingesta quæq; solvantur, chylusq; si simul ac semel profundatur in duodenū, subito queat ostia lactearum ne ille ut consistentem tener mediam adeoq; ē pt. aquæ ac fluida aquea subire exiguos canaliculos, ne ille inquam magnā ptem devolvetur ad crassiora intestina brevi cum fæcibus excernendus, atq; adeo hinc defraudandū erit totū corpus debito nutrimento proindeq; opera ludet nra dum artificio singulari coquit insignē alimentorū copiā modica ttm eorum pte usura: qd ē reb. nostris futurū si assumpta ō simul solūm omnes sui ptes digerantur, sed successive et pedetentim. interim tn nihil obest quominus omnes alimentorū ptes successive imbuantur stomacali fermento. prætergm enim qd quæ ventriculi fundo incumbunt soluta ac liquidiores facta summa petunt quæ compressione ventriculi ptimq; circumstantium quā cavitate adscititiā adeoq; proxime sequentib. locū præbent, accedit qd alternis contractionib. diaphragmatis et musculorū abdominis adeo exagitentur contenta in cavitate ventriculi ut locum mutare necesse habeant, ut quæ centrū occuparit ad circumferentiam quæ circumferentiam ad centrū successione varia propellantur: quomodo videmus agitato vasis cujuslibet contenta liquida aut mollia susque deq; moveri modoq; ad circumferentiam modo ad centrū vergere quamobrē licet aliæ præ aliis alimentorū ptes fermento imbuantur, ō erit cur aeq ex æquo ut ut successive tandē dissolvantur abeantq; in chylosam massam.

Superest ut modū quo ingesta liquata et in chylum conversa excludantur è cavitate ventriculi explicemus. sed ō desunt machinæ quib. urgeri ac comprimi queant contenta in cavitate ventriculi. nempe ventriculus gaudet multiplici fibrarū carnearū apparatu, cujus ope sese contentisq exonerare quadantenus pt. enim vero contrahentib. sese fibris longitudinalib. ab ostio ventriculi superiori ad inferius protensis imminui stomachi longitudinē; contrahentib. vero sese subjectis, hoc est, orbicularib. fibris imminui ejusd. latitudinē, ac demū ex contractione obliquarū quæ orificiū superius amplexatæ pergunt obliquè descendendo a sinistris ad dextrū latus ventriculi fundū attolli, inclinariq; alias depressū illius superficie versus orificiū inferius sic nessē ē, unde concurrentib. tot compressionis organis angustabitur ventriculi cavitas sinetq; contenta fluidiora dilabi quā data porta liberior, pylorum intelligas; neque enim utcumq; premantur contenta in cavitate ventriculi parare sibi viā pnt remeareq; denuo per orificiū superius ventriculi prætergm enim qd innata obest gravitas chyli contentorumq; aliorū, quominus illa leniter compressa ferantur sursum, præsertim ubi apertum ē commissarium declive orificiū nempe inferius per qd facile nec repugnante imo favente gravitate devolvantur in duodenū accedit qd obliquæ fibræ quib. munitur cingiturque

orificiu superius ventriculi dum contrahuntur illud nessitate mecanica petitâ ex fibraru positurâ sumoperè angustetur contentaq; ab ipso modo contractionis obliquaru ejusmodi fibraru determinentur trudanturq; pylorium versus. porrò quonia extremus œsophagi ductus proximè in ventriculum explicandus per medias traducitur fibras carneas diaphragmatis à quib. dum latera premitur extremu œsophagi, seu qd idem ē superius orificium ventriculi vix a tantillo motu contractionis ventriculi urgeri pnt contenta versus orificium superius, vimq; illa quæ premitur ac occluditur superare; dixi à tantillo motu contractionis ventriculi, namq; re vera tam exilis ē motus ille contractionis vix ut sui indicium præbeat et acutè explorantē desideret. præsertim ubi ventriculus turget alimentis hæc enim pondere suo ac mole ita renituntur contractioni fibraru ventriculi, ut nisi aliunde accederet caa trudens pellensq; contenta in cavitate ventriculi hærendum ipsis necesse est sit. qd ne gratis hoc à me quis dictu putet garriat, provaco ad experientiam, obvium enim cuilibet cane plenè pastum secanti ventriculum non nisi subobscuro motu undulaois veluti cujusd. atq; ut ajunt vermiculari cieri. Deinde verò patet ventriculum licet plus æquo ab alimentis distentu tum elatere pprio tum vi spirituu qui continuò per nervos fluunt in ejusd. fibras contrahi aliquo usq; possit, nusqm tn adeo in jejunio confectis alib. ut poit contenta quæq; exonerare, qd tn necesse foret, si verū qd vulgò affirmatur ventriculum pprio motu peristaltico seu circumpressorio ac vermiculari excludere è propria cavitate contenta, ut quærenda alia sit caa quâ premantur alimenta contenta in cavitate ventriculi extrudanturq; in duodenu. Verum præsto illa ē: siquidem tum diaphragma, tum abdominis musculi hinc inde prostant quoru assiduis alternativè contractionib. ambab. velut manib. vesicæ instar comprimatur ventriculus: neq; enim diaphragma suâ contractione deorsu tendere pt quin simul subjectum ventriculum premat exprimatq; ex eo aliqm fluidi contenti parte, nec musculi abdominis contractione exercere sua sursumq; contenta viscera repellere pnt quin protinus et pariter aliqm inferant ventriculi pressione succiq; nutritii ō nihil urgeant in cavitate duodeni. atq; id quide ex mecanica dispoe diaphragmatis et musculoru abdominis. quippe organa illa respiraois se hnt respectu ventriculi manuu instar duaru quæ interposita vesica alternis pressionib. agunt exercentq; quemadmodu verò geminæ manus hinc inde vesicæ liquore turgidæ applicatæ compressionib. alternis eand. contento exhauriunt liquore; similiter et diaphragma dum ventriculu suâ contractione detrudit ducitq; ad musculos abdominis repelluntq; illi adductum contentu succum nutritiu exprimendu effundendumq; habent in duodenu.

Neque inde effluxu chyli pylorus utcumq; inter digestione angustior evadat. quippe per illum ō nisi tenuior ac fluidior assumptoru pars elabitur remanentib. crassiorib. et nondu liquatis in cavitate ventriculi. sufficit verò

vis Stomacum comprimens expressioni illius ptis alimentorũ quæ fluiditatem adepta ē in Ventriculo, facilè enim et superiorē occupat locum præcipitatis crassioribus per pylori rimā viam sibi facit in cavitatē duodeni, idq; ō derepentè à vicib. successivis prout successivè premunt Ventriculũ abdominis musculi ac successivè solvuntur. ōdem soluta solid solidorũ ptes.

QUOD attinet ad tempus digerendis ac solvendis alimentis destinatũ varium illud ē pro varia conditione fermenti stomacalis, alimentorũ et vivendi raōis. Enim verò prout fermentũ magis vel minus actuosũ nunc citius nunc tardius absolvitur digestionis opus in universum tn qui intra limites sanitatis salsum salivale aut fermenti stomacalis paulo crassius nacti sunt, illi citius conficiunt alimenta qm qui tenuius obtinuerunt. qntò enim molē obtinent majorē salsi moleculæ tantò majorē quoq; motus qntitatē assumunt, tantò majori vi impetunt alimenta, tantò magis angustant vias per quas ætherũ fluidũ traduci consueverat per poros alimentorũ ubi illa cavitatē eorumd. ingressa sunt contra verò ubi paulò exiliores snt salsi pticulæ, præterqm qd minorē pro raōe molis motus qntitatē suscipiunt atq; adeo languidius petunt alimenta minoremq; vim exerunt in integrantes eorumd. moleculas accedit qd intromissæ in poros alimentorũ liberiorē ingressum exitumq; prœbeant æthereo fluido, unde multò minor aut tardior saltem fermentaō. Deinde certũ ē consuetos cibos facilius digeri qm insolitos, et leviores qm crassiores: consueti quidē, eatenus quia ex consuetis alimentis prodit chylus ac sguis idem qui ejusd. indolis ac molis salsum Ventriculo suppeditant; unde æquabilis semper atq; intra spatium æquale eorumd. alimentorũ dissolutio perficienda ē: ubi verò insueta ingeruntur quoniā eund. ō habent respectũ fermenti stomacalis ptes ad illa quem hnt illæ ad in assueta, sntq; vel crassiores vel tenuiores fit ut pro vario respectu inconsueti cibi modò tardius modò citius digerantur consuetis. De crassiorib. alimentis ō ē qd fusè dicamus. patet enim illa multò difficilius exsolvenda ēē qm quæ læviora sunt. difficilius namq; moventur attenuunturq; moleculæ crassiores ac densiores alimentorũ qm quæ læviores snt laxiusve comparatæ. porro vivēdi raō haud parum confert accelerandæ aut retardandæ digestioni: citius namq; digerunt alimenta qui assiduis laborib. corpus exercent ut Agricolæ qm qui vitā desidam agunt, ab exercitiis namq; corporis ita extricantur salia ita acuuntur ita absumitur luxurians humidũ sguinis, ut energiæ summæ fermentum excitari ac Ventriculo suppeditari necesse sit, proindeq; validius citiusve in rusticis alimentorũ digestio absolvenda erit: contra verò quoniā otiosi et vitā sedentariā agentes minorē patiuntur humidi assumptionē defectu motus muscularis assidui quo impensè exagitatur sguis et fermentaōem tuetur vegetam luxurianti sero immergi fermentativas cum salivæ tum fermenti

stomacalis ptes nesse ē: proindeq; tardius multò assumpta quoq; eupepta licet seu facilis digestionis alimenta confecturi sint, ut omittam salis stomacalis pticulas ut potè tenuiores in nobilib. et molliter educatis qm in rusticis quib. ex usu sūt alimenta crassa, ō sufficere celeriter ac citatè solvendis alimentis. hinc etiam ē qd interdiu melius digeramus qm de nocte, à prandio nempe et matutinis horis pp̄ter cporis exercitaōes multò major fermenti copia et acutius multò excernitur ad soluōem alimentoru qm de nocte in qua feriantur omnes animales functiones, tradituq; corpus somno ac quieti: unde quonia digestio citius aut tardius celebretur pro qntitate et energia fermenti digestivi planu ē in vigilantib. in quib. conspirant ōia ad fermentoru secretionē et acutiē melius instituendam citiusq; coctionē alimentoru qm in dormientib. unde satius erit paulò liberalius prandere qm coenare. summa qui liberu habent animu curis nec gravioribus sese permittunt animi motib. illi citius meliusqve conficiunt alimenta qm qui assiduis indulgent meditaōib. aut negotiis detinentur gravibus cujusmodi sunt litterati et reru publicaru ministri, à naā etiam pavidi, tristes iracundi &c... namq; ab omnib. hisce animi motib. quonia ut alio loco dicturi sumus vel plus aequo movetur sguis vel plus aequo stagnat in ptib. vix fieri pt quin notabilis contingat mutaō in fermento ventriculi tum raōe qntitatis tum raōe indolis adeoq; et quin mira emergat diversitas in modo dissoluōis alimentorum, ut inde alia citatius processura sit alia tardius.

Caeterum quoniam exsol utcumque exsolvantur alimenta in cavitate ventriculi eo tn ō deducitur divisio ut singulae alimentoru ptes solvantur ulteriori idcircò digestione ac fermentaōe opus ē quā penitus alterantur alimentoru ptes quas vim menstrui stomacalis eluserunt, chylusque aut rudimentu potius chyli in ventriculo elaboratu ulterius perficiatur quamobrem jam cocta magna ptem alimenta atq; in chylum conversa atq antequam in subsidiu veniant sguini, transfundenda fuerunt à ventriculo in cavitate duodeni, indeq; in alia intestina in quib. tanqm novis vasis nova mutaōem subirent.

Caput V
De
Mutatione chyli in Intestinis ejusque motu in Sanguinem

Tametsi abundè patet nessitas ulterioris elaborationis chyli ut potè qui totus faeculentus turbidus ac grisei coloris forma se prodit in ipso egressu ventriculi, vix tamen intelligitur vel ex sola vasis mutatione posse illum novas induere proprietates, faeces deponere atque ad eam partium subtilitatem pervenire sine qua subire ostia lactearum non potest. quamobrem novis opus est menstruis quorum ope expetitam illam quam postulat mutationem in intestinis adipiscatur. neque verò in hoc opere manca videtur natura: praeterquam enim quod illa munivit interiorem totam intestinorum cavitatem à pyloro ad anum usque conglomeratâ quadam glandulâ illius aemula quae interiores stomachi parietes obducit, atque ex ea manat ubertim fermentum stomachi prorsus analogum: accedit sic illa utatur hepate ut ex eo quoque menstrui fontem, biliosum intellige liquorem, derivet in duodenum per ductum coledochum; sic illa pancreate, ut ex eo pariter deducat laticem serosum per canalem pancreaticum qui ejusdem nominis succum exonerat in porum biliarium seu coledocum uno ductu in duodeni cavitatem cum bile profundendum, proindeque nihil defuturum est in intestinis ad integram chyli elaborationem, seu ad perfectam partium ejusdem intactarum fermento ventriculi dissolutionem secretionemque faecum à partibus chylosis. Enim verò qui liquor eructatur a glandulosâ intestinorum tunica ille, quod jam dixi fermento ventriculi analogus est, ut si lotturam cavitatis intestinorum jejuni animalis syrupo violarum miscebis nativi coloris in subviridentem mutationem sis observaturus; ergo dicendi succum intestinalem eandem salis speciem quam fermentum ventriculi continere, id quod etiam vel ex ipso sapore deprehenditur, mucosus enim ille humor quo madet interior intestinorum tunica, si degustetur salsedinem quandam prae se fert atmo

armoniacalem, unde in similes usus vocari nihil vetat liquorem ejusmodi in quos vocatur fermentum ipsum ventriculi, adeoq; nihil vetat quominus illum intestinalis nomine insigniamus. Deinde vero bilis ab hepate per conspicuum ductum fluens in Intestinum, utcumq; despectus pridem humor et ab excrementitius reputatus a veteribus habet unde fermenti et menstrui munia implere possit in alteratione chyloseà materiâ. quippe bilis adhuc calens ab affuso spiritu nitri ad fermentationem suscipit. quod ante arguit salis alk. aut salso-aeris existentiam in bile. 2°. bilis vestium sordes potenter detergit quod similiter arguit et salis alk. et salso-aeris praesentiam in bile et sulfureas omnes partes ex quorum connubio contrahat saponariam facultatem. verum illa clarius ex analisi chymica patefiunt: destillata namq; bilis suppeditat omnihil aquae et spiritus volatilis, aliquantum olei partem ac sal volatile, imo ex arte singulari nitrosas partes relicta terra salso sale gravidatâ, quae omnes partes omni modo respectu aliorum corporum fermenta haberi possunt ac fermentationem excitare: sed respectu etiam bilis ipsius quippe illa suapte naturâ fermentationem suscipit, ut enim disparata fovet salia facile illa occasione datâ concurrunt motumq; suscipiunt fermentativum ut patet in ira: imo et olim observavi non raro ligato ductu pancreatico postquam elota fuissent duodeni sordes, injectaq; foret ligatura Intestino paulo infra ligaturam insertionem ductus biliarii atq; etiam in ipso pyloro, observavi, inquam intra 5. aut horas 6. interjectam ligaturas inter partem intestini bile ad turgescentiam usq; refertam, illaq; spumante per inflictum vulnus intestino prosilire. Cum autem spumescentia illa bilis non possit referri nisi in sponte susceptam fermentationem quae non nisi ab heterogeneis partibus et diversae conditionis fermenti deduci potest: planum videtur bilem diversi generis partes easq; fermentativas fovere in gremio suo.

Porro nec videtur succus pancreaticus à pancreate derivatus in Intestinum ineptus humor ulteriori praestandae chylosarum partium solutioni: quippe per omnia consentire videtur fluido salivali, eandemq; sortitum naturam, seu enim syrupo violarum comisceatur seu evaporatâ superfluâ humiditate gustetur residua ejusd. faex, seu demum probetur ejus natura destillatione, easd. omnino refert proprietates atq; saliva, eadem suppeditat principia, in primis vero acre salsum armoniacale se se exerit, si modo educatur ex sanis animalibus non raro enim observatum acidum exploratrice lingua asseverant magni nominis Anatomici quod sane nec quid nostris aut illorum praejudiciis tribuamus, commode referri potest in morbosam liquoris constitutionem. ubi enim ille praeternaturalem contrahit acorem eod. ipso inquinari singula recrementa necesse est, ut vel urina ut ut aeris humor illa sit a natura acida inde reddita observare mihi contigerit in Nobili quod. nephritide laborante: quod ex odore primum suspicatus confirmavit sapor acidus ac demum color ruber quo illa fucavit syrupum violarum admixtum proindeq; nihil mirum si quandoq; tum succus pancreaticus tum salivalis humor ab acri-salso deflectant in acido-salsum. habet igitur succus pancreaticus aeque ac salivalis humor atq; fermentum ventriculi unde solvere possit crassiores chyli partes in duodenum devolutas.

Qualis autē modus quo tam disparata fermenta chylum perficiunt in ductu intestinali ambiguum eē non pt: si ad naām cujuslibet attendamus. Et veró haud aliter aget in fæculentum chylū fermentū qd a glandulis intestinalib. excutatur qm fermentū ipsū ventriculi cujus actione supá enucleavimus, neq. aliter alterius succus pancreaticus atq; fluidū salivale, cui affinis ē ut totus quæstionis cardo in explicanda bilis actione positus videatur. Neq. enim cum Antiquis putandū illā merū eē atq; inutile excrementū foras ut noxiū humorē eliminandū. Et veró ne imprudenter naām egisse dicamus quæ noxiū illud excrementū derivavit in duodenū intestinū chylosæ maæ vel in ipso exortu ventriculi; inconditā mixtione luem allaturum nē ille humor si quidem ut inutilis rejiciendus ē, tutius in colum aut rectum in quib. nil nisi excernenda, fæces crassiores continentur derivandus fuisset, præsertim cum non longiori distet intervallo colum ab hepate qm duodenū, atq; adeo per incōmodas vias ac longo tractu ducendus ō fuit canalis bilem adsportans, Ergo quoniā ita Authori corporis visum ē ut bilis chilosæ maæ affunderetur, putandū illā condimenti aut fermenti potius loco se habere respectu chylaceæ maæ ōdem planè subactæ. quoniā vero ex dictis constat bilē fermentari ab admixto spiritu nitri intelligemus facilè illā motum fermentaōis suscipere ad contactū chili cujus nativum acorē institutā prius in ventriculo fermentaō attemperare ō potuit. tantillum enim salsi acris continent saliva atque fermentū ventriculi, ut ō sufficiat illud edomandis infringendisq; acidis ptib. quæ inter fermentaōem qm patiuntur in ventriculo sese exerunt. unde quoniā illæ fluiditatē adeptæ ac sui juris factæ protinus devolvuntur cum chilo cui innatant in duodenū intestinū, occursu salium acrium quos secum bilis abduxit à sanguine fermentaōis motū initura erunt, nisi intima acidorū spiculorū mixtione refugiet bilis præ consistentiâ modo crassiori, id qd in benè habentibus nunqm evenit. ut enim bilis eod. ductu excernitur in cavitatē duodeni cum succo pancreatico fluido nempè quaqueo salso, sic diluitur ac liquatur facilè et quo ad minimas ptes chilaceæ maæ, proindeq. et spiculis acidis quæ secum ducit commisceri poit objectisq; salib. acrib. acidorū actione experiri idq; tanto magis qd salinæ ptes solutæ jam sint à succo pancreatico bili conjugato et vel chilaceæ maæ permixtione fermenti intestinalis succique pancreatici fluxilitatē majorē consequitur.

Jam si fermentabit chylus a bilis permixtione quoniā intensiorē inde suscipit motū, ptesq. oēs ejusd. confusæ ac perturbatæ moventur futurū ut vario congressu, quæ ōdum planè solutæ sunt aut crassitudinē justo majorē obtinent dissolvantur majoremq; inde fluiditatē acquirant futurū quoque ex eo ut remittente motu fermentativo indissolutæ aut crassiores et fæculentæ ptes præcipitentur et à tenuiorib. separentur. Et veró quoniā bilis utcumq; diluatur aliqm in viscuditatē conservat ob sulfureas ptes quas continet crassiores, abripit illa facilè terrestres ac sulfureas crassiores chili ptes fæcum crassiorū speciē aliquando se

proditura, ut eundē pene usū præstet bilis chylo maæ sulfureæ ac viscidæ
suæ ptis qd albumen ovi respectu syrupi aut plumbū in purgaōe metallo-
rum & sicut albumen ob tenacē ac viscidū substaæ modū syrupis dum e-
iisdem admixtū, obvias quasq. crassiores saccari ptes abripit. ut plumbum e-
similiter ob parilem substaæ modū facilè nubit scoriis seu indigestis sulfurib.
aut salib. metallorū. similiter dicendū et bilem raōe viscosæ suæ ptis abripere
quidquid in chylo crassius latet, ægreq; motui fluiditatis obsequitur et ita ō
modo subigere atq; extenuare chyli ptes sed et purgare et puriorē efficere.

Quæres unde nā tam apposite fluat bilis quo tempore chilus duodeni
cavitatē subintrat. Et qui fermentandis singulis ejusd. ptib. par ee possit?

R. ad I.^um concurrere multa quæ promoveant bilis motū in duodenū digest-
ionis tempore, præterqm enim qd idem in bile obtinet, qd in reliquis recrementis quæ
per vasa sua excretoria fluere nusqm desinunt ~~ptes~~ advenientes novas ptes quæ
singulis arteriarū pulsib. colatoria subeunt, quasq. prius ingressas uti clavus clavum
nessario pellunt, truduntq; in vasa excretoria, accedit qd vel ipse ventriculus ass
assumptis turgidus haud parū juvat solitò majorē bilis excretionē. cum enim
vesicula fellea pyloro incumbat, ō pt assurgere illud distendiq; quin protinus accum-
bentē premet vesiculā felleā, urgeatq. adeo bilem contentā in porū coledocum
ac porro in duodenū. sed ē aliud quo mirè promovetur bilis effluxus in cavitatē
duodeni, modus nempè insertionis pori coledoci. Ille enim cum semel pervasit
carneū involucrū duodeni ō recte pervadit tunicā nerveā ejusd. sed obliquo pla-
nè ductu dirigit iter in cavitatē sub orbicularib. fibris intestini, donec emenso
aliquo spatio per mediā tunicā nerveā et glandulosā, viā sibi aperiat in cavita-
tem. hinc ē qd singulis duodeni contractionib. emulgeatur tantundē bilis, qm
tundē continetur in eaductus coledoci pte quæ carneo tegumento immersa ē
qmobrē ō apposite affundi ō pt bilis chilosæ maæ duodenū ingressæ.

R. ad 2.um qd attinet sufficiat nempè bilis fermentandæ adeo insigni
massæ chyli quæ ex ingestis elicitur. R. tametsi impar ō ē jecur excerne-
ndæ insigni bilis qntitati utpote qd totius cporis glandulas magnitudine sua
superat: haud tn desiderari tantam bilis qntitatē ad chylosæ maæ ferme-
ntaōem quantā quis prima fronte putaverit. sicut enim bilis fluidum ep-
sumè activum, cujusq; adeo sales valdè evoluti sunt, vel una ejusd. guttula
sufficit fermentandæ notabili massæ chylaceæ pti cui comiscetur, quomodo
videmus fermenti modicū massam farinaceam omni proportione
majorē fermentare, quod idem in cerevisiæ aliorumq. et succorum
fermentatione locum obtinet.

Atq; ille ē bilis usus, chilaceæ maæ maturatio purgatio atque ex
perfectio. verum quoniā ō pristinus ac bilis admixta ē chilosæ maæ oes
ejusd. ptes fermentaōem suscipiunt, sed alia citius, alia tardius, imò nec præstò

sed aliae citius aliae tardius imò reciprocatò. Sunt ora vasorum chyliferorum in duodeno, quae fermentatas atque purgatas chili partes exsugant, singulas longissima idcircò ac flexuosa intestinorum serie opus fuit tum ad intactas fermentis alimentorum partes penitius exsolvendas tum etiam ad absolutae distributionis munus, ne massa chylosa confestim illabens gulae insatiabilique abdomini nos subjiceret, neve sordido dejiciendi crebrius ministerio, indigna hominis dignitate servituti nos manciparet. Et verò in tanta intestinalis ductus longitudine vix ulla potest alimenti portio foras elabi quae non antea continuatae fuerit fermentosae subacta aut cuipiam chyliferorum vasorum ori se applicuerit, ut inde quidquid utile est et alendo corpori idoneum in massa chylacea rapiatur in receptaculum pecquetianum indeque sanguini asportatur. jam quoniam utcumque per longam intestinorum seriem circumducatur chylosa materies, formidandum fuisset ne partes viarum lubricitate citius tamen quam par est iter illa ad rectum intestinum absolveret, injiciendae fuerunt remorae hic atque illic in toto ductu intestinali quibus succi alibilis motus retardaretur illud verò consequitur natura plicis ac rugis multiplicibus nerveae ac glandulosae tunicae intestinalis conniventes appellamus valvulas quae totam intestinorum cavitatem à pyloro ad rectum usque in varias cellulas distinguunt unde non recta fluere datur chylosae massae progredique liberè ac continuo fluxu à duodeno in subjecta intestina; sed superandae ipsi plane plicae assurgentes totidem velut aggeres, ut proinde toti massae successivè fluenti innumeris in locis haerendum sit, antequam perveniatur ad rectum intestinum. Verum non hic solus est usus valvularum conniventium nempè ut chylo citatius ad rectum properaturo moras injiciat quippe et alii multo praestantiori dicatae usui, ut nempè fermenti intestinalis effluxum inhibeant colligantque idem distinctis velut in scrobibus, tum ad ulteriorem chyli perfectionem, tum ad integram chylosarum partium distributionem, quod magni momenti est: nisi enim per dilucida intervalla coacervetur fluidum intestinale quo iter agenti chylo fluxilitas conservetur futurum brevi, ut vel antequam perducatur ad Ileum intestinum expetitam fluiditatem amittat, unde subire ostia lactearum Ilei non poterit, proindeque maxima ejusdem pars cum faecibus devolvetur in rectum non sine maximo alimentorum viriumque dispendio. pautis quoniam intestinalis ductus à pyloro ad rectum usque chyliferis pervius est vasis, quorum oscilla mirè exilia sunt, obvium est exindè summam in chylo fluxilitatem desiderari iter ut sibi paret in truncos majores chyliferorum ejusdem vasorum. cum autem chylus quanto magis pergit ad colum tanto majorem patiatur tenuiorum partium jacturam, utpote qui iter agens libitat se ostiis innumeris chyliferorum à quibus velut exsugitur, fluido quodam indiget, menstruoque quo sensim contrahenda viscidita praecaveatur, id quod mirè praestat intestinale fermentum per dilucida intervalla occurrens in cellis quas parare videntur valvulae conniventes: quippe quod non modo simpliciter diluit crassescere incipientes chyli partes, sed et nondum plane

subactas ac fermentatas dissolvit: atq; id quidē tanto facilius absolvendum ē ab intestinali fermento per glandulosā intestinorū tunicam eructato, qd et aliud fluidū fermentativum in operis ptem vocat, in primis vero à medio Ilei ad finē ejusd. pergendo ad colum: quippe præsto sunt glandulæ vesiculares ab acinorū contextu racemosæ dictæ aut racematim congestæ quæ sui generis fermentum excernunt, idq; nisi nos fallit conjectura paulo acrius intestinali fermento. probabile enim videtur qntò magis accedit ad colum chylosa mater materies pro crassitudine adepta majori, et magis repugnare dissolui, unde fermento acriori opus ē quo mira ptium chyli tenuitas superetur, ac quidquid ejusd. faecib. confusū superest fluiditati desideratæ reddatur. nam et derhus aliquid aliis conjecturis quorsum amabo, disparatæ in Ileo extruantur glandulæ si quidem ejusd. generis fluidum excreturæ sunt: et si diversum derivaturæ erunt, quorsum id mitius et ineficacius sit eo, qd profundunt intestinales glan glandulæ cum multo potentiori pateat actioni chylosa materies crassior redita in Ileo intestino qm in jejuno ac duodeno in quib. fluiditatē obtinet summā.

Dices quorsum igitur in Cane racemosæ dictæ glandulæ Pejerianæ vel in ipso duodeno collocentur, cum in eo nondū chylosa maa fluiditatē amiserint.

Rx. discrimen illud structuræ et sitûs glandularū racemosarū in homine et cane petendū ac ex eo qd in canib. multò brevior Intestinorū apparatus qm in hoc, unde cum brevi ducatur in illis chylus à pyloro ad colū vermiculari ac peristaltico Intestinorū motu vix sufffectura foret Ilei brevitas incrassatis chyli partibus diluendis atq; solvendis. unde citò illæ traducendæ forent in colum indeq; cum faecib. eliminandæ; cui incomodo mirè occurritur vel ipsâ sitûs glandularum racemosarū mutaōe, illæ enim si includantur vel duodeni vel jejuni parietibus profuso suo fermento ita stimulabunt fermentaōem chyli eundemque ita secundum omnes sui ptes extenuabunt, omnes ut ejusd. utiles partes possint exsugi à chyliferis vasis anteqm devolvatur in colum.

Bene quidem hactenus, inquiet, aliquis, variæ ac mltiplices alimentorū mutaōes explicatæ sunt, nondū tn planè perspectum ē atq; dilucidatum quâ raōe chylosa maa pyloro superato successivè mirâ illam Intestinorū circumductione decurrat: ut tandem ejusd. faeces ad rectum devolvantur per anum statis temporibus amandandæ.

Rx. præterqm qd favet motui chylosæ maæ per Intestinorū gyros ipsa ventriculi compressio quâ successivè omnis chyli truditur in duodenū quo prius illapsæ ejusd. ptes urgeri tanqm clavus à clavo queant: accedit qd vel intestina ipsa memorato suo motu peristaltico ac vermiculari contenta queq; successivè complectendo premendoq; continuatâ serie contractionū volutant à duodeno ad podicem usq; qa tn paulò recondita ē caa peristaltici illius motus intestinorū quo vermium instar sese contrahunt, idcirco in ea evolvenda

aliquantū immoravi tanto magis q^d de illa altum silentium apud Anatomicos itaq; argumenti difficultas haudquaqm repetenda ē ex simplicita Intestinorum contextura quæ simplex ē, multo minus ex organis motus ac contractionis Intestinorum, quippe illa instructa sunt fibris orbicularib. et longitudinalib. carneis quorū ministerio et angustari Intestinorū cavitas et decurtari ejusd. longitudo facile queat: Id unū negotium facessit, qui nempè fibræ tum annullares tum longitudinales quæ voluntariis motib. obnoxiæ ō sūt, quaq; adeo anatomicam proindeq; et perpetuā contractionē exercere debent, quomodo videmus in sphincterib. musculis chylificaōis tempore ulterius contrahantur, idq; ō nisi serie ac ordine quodam, ducto initio à pyloro pergendo semper ad anū, q^d ē vermiculati et peristalticè moveri: quocirca supponendū tanqm indubitatū Intestina ubi penitus exinanita sūt chylosa māa immota permanere, nec manifestam ullam contractionē fibrarū exercere donec intromittatur māa quæd. chylosa alteriusve indolis qua stimulentur ad motū vermicularē hoc posito, sic rem totam juvat expedire

NON pnt fibræ annullares et longitudinales duodeni, ut ab eo ducamus exordiū, contrahi et ad manifestum motum quem antea ō habebant sollicitari, nisi solito magis inflentur ac turgeant. turgere autem distendiq; ō pnt præter morē nisi præsto sit caā inflaōem et distensionē producens illam, e juxta vulgatum axioma quo constat cpora semel assumptum statū perpetuo conservare nisi superveniat caā mutaōem inducens: go debet assignari caā qua fibræ duodeni inassuetam experiantur inflationē et ad contractionem manifestā cogantur: unde autem repêtamus caām adauctæ illius Inflationis fibrarū? an à sguine duodenū irrigantē? sed idem ille ē, eodemq; modo advehitur, seu devolatur chylus à ventriculo in duodenū, seu non, neq; ex eo q^d chylus impleat duodeni cavitatē, inde tn major vel minor sguinis qntitas aut diversæ indolis appellit ad fibras ejusd. carneas: go sguis ō ē caā inflaōis ac contractionis majoris fibrarū duodeni tempore distributionis chylosæ māæ an dicimus causā nor à nervis per quos fluidū spirituosū derivatur in fibras duodeni. sed illi pariter nullam patiuntur mutaōem cujus ratione spiritus uberiori copiâ profundant in interstitia et loculos fibrarū carnearum unde inflationē earund. majorē promoveant. Enim verò nihil ē in cerebello à quo nervi intestinales originē suam sortiuntur, unde major fiat proventus majorq; determinaō spirituū versus duodenū aliaq; intestina, quo tempore exonerat sese ventriculus chylosa māa in cavitate Intestinorū, ut enim contractio duræ ac piæ matris eod. modo perficiuntur antè et post assumptionē ciborū, ut arteriæ cerebelli ab assumptis cibis ex æquo pulsant urgentque spiritus in glandulas cerebelli atq; antea solebant, proindeq; par æquali siē


spirituū copia quocunq; tempore in danis derivatur in Intestina vix intelligi pt caam novæ ac inconspicuæ contractionis fibrarū duodeni ortum suū attestari ex nervis duodeni prospicientib. aut potius spiritib. per eosd. uberius in fibras ejusd. derivatis. quid igitur? an statuemus ab irritaoē qm infert chylus dum interiorē duodeni tunicam contingit stimulari fibras ad contractionē majorē? placet. sed quid hoc est irritaō inducta in interiori intestinorū Involucro? quæ bellua quæ sui Indiciū ō faciat, quæve ingrata nullā sensaōem aīæ non advocet? neq; enim placidè ac compositè observantib. hæc quæ geruntur in nobis benè habentib. tempore distributionis alimentorū ac inquietis ob excitatam in duodeno aliisve Intestinis injucundā molestamve sensaōem qd tn oportuit fieri. neque enim aliam novimus irritaōem in nostro cpore qm quæ ingratæ sensationi conjuncta ē quæ perpetuo ortum debet cporib. aculeatis asperisve pungentib. radentib. aut divellentib. sensiles cporis ptes. quamobrē explodenda irritaō illa. neque annumeranda inter caas adauctæ contractionis fibrarum Intestinalium. Deindè verò posita inani illa irritaoē quæ merus ē ignoraō Azilus manet semper id qd vertitur in quæstione explicandū. qui nempè ab irritaoē tanqm à caā nova inflatio major accersatur fibris carneis duodeni: neque enim quib. irritatio familiaris ē ad explicanda pleraq; phænomena quæ occurrunt in cpore clarè dilucideq; explicare pnt irritaois effectus, ut qui obscura irritaois idæa nacti snt. ad quam porrò caam nos convertamus. Et si chylus ō nisi ad chylum ipsum aut chylaceā maam de novo in Intestinis superveniente. Et si chylus ō irritaoē contractionē Intestinorum præstiturus erit, quis actionis modus in chylo ad dictū effectum præstandū nobis supererit.

Fateor equidem primâ fronte rem arduā videri atq; difficilem, si tn accuratè penditemus omnia comperiemus sanè chylum motib. quib. agitur trusionis nempè atque totius liquidi ac fermentaōis promovere posse contractionē tunicæ carneæ Intestinorū quorum cavitatē subintrat, idq; multiplici via atq; raōe futurū ē. ponamus enim eâ qntitate fluere chylum per ostium pylori ut dilatetur inde collapsa aut plus æquo coarctata cavitas duodeni, certè quoniā dilatari ō pt cavitas quin protinus vis quædam inferatur fibris orbicularib. contractionem molientibus illæq; adeo elongentur solito magis sequitur I. ob angustatos distractione inductâ loculos ad quos deducuntur spiritus ad contractionē fibrarū orbicularium pleno ductu atq; ostio non profundendum fluidum spirituosum à nervis intestinalib. quippe illud ō nisi pro raōe excipientium meatuū ac loculorū derivari pt: proindeq; si meatus ac loculi ad quos pertingit solito angustiores futuri sunt, minor protinus futurus ē ejusd. fluxus pro raōe angustiæ poris ac meatib. inductæ: ac ex porrò quidquid solito more derivari ō pt in meatus ac loculos in nervis ct-

atq; etiam in ipsa nervorū origine hæsurū ac cumulandū erit. 2°. Verò quoniam retenti Spiritus in nervo ipsaq; nervi origine moræ impatientes et coactiq; urgentur perpetuo à retro sequentib. Sequitur simul ac vis dilatans Intestini cavitatē unde fibrarū annullariū distractio, angustiaq; loculorum remittere cœperit cum ipso impetu illos confestimq; in loculos dictarum fibrarū irrupturos ac pro ratiōe tum motus tum quantitatis auctæ contractionē fibrarū annullariū solito majorē producturos eē: unde vicissim cavitatis Intestinalis angustia suborietur, indeq; contentorū extrusio ab illa pte in subsequentē. Ponamus 2°. ventriculum chylosam maām pauca copiā exprimere in duodenū, ita ut illa cavitatē ejusd. dilatare ñ valeat, laxeq; per illam devolvatur. certè quoniā illa chyli pars quantilla ē dimitti ñ pt è cavitate ventriculi fluereq; secundū se totam, quin aliqm sui motus p partem indat tunicæ glandulosæ ac nerveæ, quin item et fermentativo quo agitur motu exagitet similiter succutiatq; Sevit. itb. dictā tunicā glandulosam atq; nerveam, indeq; multipliciter premantur aut flectantur tendinosæ fibræ cujus posterioris membranæ. Cum nec flecti, succuti aut premi fibræ tunicæ nerveæ queant quin simul spiritus per stamina fibrosa quib. carneis fibris multipliciter alligantur, spiritus incolæ urgeantur in dictas fibras carneas præsertim verò orbiculares ut potè viciniores: sequitur cum præter spiritus per nervos consueto tonore fluentes et aliam admittant fibræ copiā eorumd. à tunica nervea inflandas eē, easd. poterant præter morē, deducendas que adeo inflexe, ut inde cavitas quam cingunt notabiliter coarctetur.

Jam verò quoniā contrahi ñ pnt fibræ orbiculares quin simul in increscant sdum latitudinē suam atq; adeo, et dum angustiorē reddunt Intestini cavitatē eand. extendant sdum longitudinē, futurū, ut quo tempore orbiculares contrahuntur, superjectis longitudinalib. vis inferatur illaq; inconsueta compressionē tum distractionē patiantur. qa verò distractæ aut compressæ fibræ seu elatere proprio seu vi spirituū in nervis retentorum cum impetu irruentium ad pristinū statum contractionis redire annituntur, evenit ut fatiscente vi quâ dilatantur orbiculares Intestinorum fibræ protinus contrahantur longitudinales breviorēmq; reddant ductum intestinalem: unde ab una parte Intestini ad aliā extrudi devolviq; conte. contenta necesse eē. qd enim fibræ annullares dum contrahuntur premēdo amplectendo atq; stringendo perficiunt illud longitudinales inductā brevitate consequuntur: qd ut clarius pateat et in subjecta figura. Supponamus chyli ptem C C. devolutam in stomacho A. in duodenū B. B. occupetq; spatium C C. patet, siquidem Intestini pars B. D. D. contractionē fibrarū longitudinaliū retrahatur ex D. D. in C. C. inclusa ptem chyli F. C. sese subtrahente Intestini pte D. E. volutandam esse in subsequ-

subsequente ptem G. G. proindeq; licet longitudinales fibræ nullam inferant pressionẽ chylosæ massæ ejusd. in progressum in Intestina promotæ erunt.



Jam si contractio Intestini ducat exordium ab ipso duodeni pn̄pio ut fieri necesse ē quippe in illud Ventriculus primũ sese exonerat contentis necessitate mechanica fiet ut illapsa chyli pars in priorẽ duodeni ptem trudatur in 2.am à 2.a in 3.am & sic consequenter donec perveniatur ad Rectum. Cum enim ad contactum expressæ ptis chylosæ protinus quæ priore duodeni pars contrahatur prematq; contenta in cavitate: certe illa aliquorsu ut fluida sint trudi ac pelli necesse ē: qa vero multo angustior ē via ad retro cedendum qm ad progrediendũ ppter angustiã pylori et pressionẽ continuã quam patitur Ventriculus aut ejus contenta, quā urgentur illa ad pylorũ per quem exitum moliuntur: sequitur illapsa chyli ptem per faciliorẽ et ampliorem viam agendam esse exprimendamq; in proximè sequentẽ ductus Intestinalis partem ut autem secunda illa pars ductus rursum appulsu chyli contrahitur eum eundemq; premit, exprimendus ille in aliam Intestini ptem ō in priorem quippe quæ nondũ à contractionẽ remisit quaq; ideo locum ō prabet expressæ massæ, qo in consequente tertiam atq; a tertia ad quartam & sic de reliquis pergendo ad Rectum, atque illud idem de singulis chylosæ massæ ptib. a Ventriculo defluentib. dicendum erit: ut nulla sit cui successive peragrandus ō . it totus inter ē ductus Intestinalis: unde cum oēs successivè offerantur osiis chyliferorũ vasorũ, quidquid succi nutritii continent facile dimitti eraint atq; ita qm optimè nutritionis opus erit absolvendum.

Quæres itaque qua raoē seu quo agente motu viam sibi parat chylus in ostia ductuum chyliferorum?

Rx. Non deficere causam moventē quâ urgeri poit chylus in ostia lactearum. Et verò vel simplici motu liquidi protinus ac occurrunt lactearū oscula subit illa, utcumq; acclivia sint, quomodo videmus reliqua fluida in fistulas capillares scandere assurgereq; extra libella fluidi subiacti. Deinde verò haud parum promovetur motus chyli in ipsa fermentaōē quâ cietur tota massa cui confunditur: haud enim parum urgetur inde motus fluidi quo 1.um subit chylus ostia chyliferorū vasorū ac porrò multum confert expressio in ipsa inducta à contractione fibrarū annullariū Intestinorū. compressa enim māā chylacea exitū sibi parat quaquaversū et quâ data porta ruit in ductus chyliferos apertos, unde mox ad glandulas mesentericas necessitate mecanicâ properandum habet: Et verò cum singulis contractionib. fibrarum annullariū secundū latera comprimantur interjecta lactea in cavitate hiantia urgeri ac trudi aliquorsum contentum chylum nesse ē: retrogredi verò ō pt in cavitatē Intestinorū pp̄ter repugnantes valvulas semilunares quib. vasa lactea muniuntur ab ostio ad terminū usq; qd trudendus extra in continuū atq; patentē ductū mesenteriū versus, usq; dum exoneretur in vesiculas glandulosas ex quib. glandulæ mesentericæ coalescunt. atq; illa chyli motio ab Intestinorū cavitate in glandulas tantò facilius perficiendus erit, qd inter varios motus Inspiraōis et expiraōis aliquanta tum Intestina tum mesenteriū ipsū experiantur pressionē quâ fit ut expressus chylus in lacteas ob inhibitum regressū in cavitatē Intestinorū urgeatur alternis vicib. aut alternis potius pressionib. quas inferant modo Diaphrama modo abdominis musculi dum contrahuntur, urgeatur in continuos ductus chyliferos ac demū diffluat in glandulas mesentericas.

Quæres rursum quâ mecanicâ chylus ad glandulas mesentericas perductus inde transferatur in venam subclaviam lateris sinistri.

Rx. totum illud facilè intelligendū cui adverterit ad situm glandularū mesentericarū et vasorū inde ductorū progressum. Et verò quoniā glandulæ mesentericæ mesenterio in medio aut ejus radicib. positæ sunt, atq; adeo eid. pressioni, cui vasa lactea exposita sunt, planū ē chylum eò perductum inde trudendum ac exprimendumq; in vasorū alterutrū quo pervia sunt: retrogredi verò ō pt in venas lacteas priores à quib. nempè advectus est qd exonerandus in lacteas secundarias velut in totidem emissaria, indeq; ducendus in receptaculum pequetionæ aut glandulas potius lumbares vesiculosas. rursū quoniā glandulæ lumbares incumbunt aortæ per relicta intercapedinē à tendinib. diaphragmatis viam sibi parantis in cavitatē abdominis futurū ut singulis ejusd. pulsib. aut potius dilataōib. notabilē sustineant pressionē, proindeq; cogantur advectum chylum effundere in

apertos ductus hiantes in cavitate vesicularũ suarũ, ō quidem in lacteas secundarias à mesenterijs ortas quippe illa haud secus ac primaria valvulis muniuntur quib. inhibetur regressus chylo in glandulas mesentericas: Ergo per patente et liberũ canalem pecquetianũ eliminandus ē glandulis aut si mavis vesiculis lumbarib.. porro quoniã ob continuo adventante chylum continuamq; pressione qm patiuntur tum glandulæ tum vasa quæ chylum adportant in ductum torachicum pecquetianũ qui prius immissus in ductum torachicũ urgetur à pone sequente gradatim scandere tandemq; exonerari profundiq; in venam subclaviã oiō necesse ē. neq; verò huic chyli motui in subclaviã parũ collatura ē descendentis aortæ dilatao. cum enim ipsa magnã prem incumbat ductui torachico ō non potest quin singulis dilatationib. eund. insigniter premat, contentumq; urgeat chylum in subclaviã ut potè cui ob repugnantes valvulas ō datur regressus in glandulas lumbares. atq; sic tandem exquisitâ mœcanicâ chylus seu succus ex alimentis paratus ad continuas tum sguinis, tum solidarũ cporis ptium jacturas resarciendas ab Intestinis in subclaviã adsportatur.

Inter hæc chylosa mãa ob tenuioris ptis seu chyli decessum à pyloro ad finẽ Ilei crassior facta limi ac fæcum specie devolvitur in chylum colum. inde per anũ velut inutile excrementum eliminanda; neq; enim ubi tenuior abscessit pars valet illa ulterius suppeditare ptes sguini reparando accommodatas. deficit namq; in colo fermentũ par solvendis relictis materiæ chylosæ. præterqm enim qd fluidum qd per tunicã coli glandulosã excernitur multò viscidius ē intestinali fermento, accedit qd bilis et succi pancreatici ptes si quæ fortè cum chyli fæces ad colum pervenerunt ob prægressam fermentaoem quæ exerunt chylosã mãam à pyloro ad finẽ Ilei ob sumptas etiam ptes tenuiores quæ confusæ cum chylo in lacteas abreptæ sunt, ineptæ prorsus sint imparesq; excitandæ novæ fermentaoi ad dissolvoi fæculentæ chyli ptis exoneratæ in colum, unde illa tanqm inutile quid excernenda ē neq; tn illa protinus continuatâ nimirũ serie motus peristaltici ab extremo Ileo ad rectum volvenda ē atque trudenda quippe obstat coli amplitudo et capacitas, quominus ab Ileo descendentes fæcum ptes oborta chyli contractione statim urgeantur in rectum utcumq; enim motu quo illabuntur succutiant nervea coli tunicam promoveantq; adeo aliqualem spirituũ refluxũ ab ead. in fibras orbiculares carneas. tantillus tn ē ille refluxus inde ut ō poit excitari contractio sufficiens adcomplectendas arctè fæces premendas atq; trudendas ab una Intestini pte in aliãs. Deinde verò haud parum impedit fæcum progressum in hoc præsertim singularis Coli conformatio quippe illud præter cætera plurimis quasi cellulis discretũ exspumescit.

unde si tanta futura ē ei̅ foecum moles, quae colum ō impleat cavitatem vix poterunt illae; utcumq; contrahatur colum ab unâ cellula in aliâ volutari. porrò quoniā faeces ob adeptā viscidit[at]e et consisteam aegrè fluunt vix pnt obsequi lentae ac debili pressioni qn inferunt orbiculares fibrae coli stimulatae simpl[ic]i faecum appulsu caam movente atq; premente postulant majore qm chilacea maa. Illa enim ob fluxilitate vel levibus tenuium intestinorū contractionib. ō repugnat fluitq; de facili ab una pte in aliā unde ad superandā resisteam faecum quae ex viscidit[at]e et crassitudine nimia repetitur, vividis ac vegetis fibrarū coli ac recti contractionib. opus ē ubique successivè à colo in extremū rectum: unde autem ducamus caam contractionis majoris fibrarū annullariū coli ac recti. equidem ō ab ipso motu quo appellunt faeces in colum: quippe Ille pportione respondet caae moventi, hoc ē contractione. Ilei quae lenta supponitur ac debilis quaeq; adeo ō nisi debilem ac lentam coli contractione promovere pt: qo ab ipsa faecum indole repetenda ē: si enim illae removentur in colo, ō pt quin ob permixtione fermenti per glandulas coli depluentis, ut ut illud visi viscidius sit aliquam fermentaoem suscipiant: qa verò faeces ō fermentantur, expanduntur dilatantque adeo nerveā coli tunicam, alioquin mille nis inloeis concussa appulsu ptium, singularū inordinatè actarum exprimi inde fluidum spirituosum, influereq; ubertim in orbiculares coli fibras. ac demū vegetam ob id earumd. contractione excitari nessum ē, proindeq; qmqm tardè et multò post ciborū assumptione excrementa à colo in rectum trudenda erunt. Jam verò quoniā ad rectum devoluta, utcumq; promoveant coli extremi ac recti contractione haud tn illam quae sufficiat vincendae resisteae sphincteris utpotè qui strictè et vi magna claudit rectum anum, haerendū illis rursum in recto et extremo colo donec progressa longâ digestione atq; fermentaoe evolvantur salinae ptes depressae, evolutaq; acriter vellicent rectum molestamq; irritaoem producat ac protinus quoniā vellicata atq; inconsueto motu tunica nervea spiritus incolas dimittit in fibras orbiculares extremi coli ac recti solito majore tum coli tum recti contractione excitari premi proinde ac trudi vi multò a majori faeces in sphinctere superari ejus. resisteam, ac tandem excerni faeces oio' nesse. Verū tanta ō ā coli rectiq; contractioque par foret eliminandis penitus contentis faecib. nisi praesto eent musculi respiraois quib. ulterius urgerentur. quamobrē providè factū ab authorē naā ut quoties excernenda forent recrementa toties molestus quidam irritaois

sensus excitaretur in mente ne incogitantib. nobis quocumq; tempore ac loco incomposite ac indecorè elaberentur: qa verò irritaois sensus induci n. pt, nisi refluant spiritus à recto et colo in cerebru; cum nec refluere possint spiritus à prædictis Intestinis ad cerebrum queant quin simul ob communione nervoru coli et Recti cum nervis respiraois dicatis quoru origo ostiaq; vicina sint, nessitate mecanicâ fit, ut qui refluunt à colo et recto spiritus viam muniant in nervos respiraois ferenturq; adeo majori copia spiritus in abdominis musculos et diaphragma; unde ad contractione solito majore comprimi magis ac magis viscera Intestinaq; indeq; urgeri magis in Rectum excrementa nessaria, idq; ex nessitate mecanica: neq; enim licet quoties acriter stimulant rectum excrementa ead. retinere inhibereque contractione diaphragmatis musculorumque abdominis.

Cap. VI. de sanguificatione seu mutaoe chyli in sanguinem.

Na. hæmatosis fit per dissolutas à sale aeri et lixivioso pingues et sulphureas sanguinis particulas et in rubrum colorem mutatas.

institutionum Medicarum tentamen secundum seu de corpore morboso

proœmium

Quanquam ut in ipso Phisiologiæ limine diximus supervacanea videatur secunda hæc institutionum pars quæ Pathologia inscribitur, quomodo præsertim hactenùs doceri solet, ut potè quæ tota in tradendi generalibus morbi, causæ morbi et symptomatum notionibus occupatur quæ ubi ad singularem morborum historiam ventum est vix quidquam juvant ad dilucidam eorum cognitionem assequendam, licet, emenso Phisiologiæ studio, hoc est lustratâ corporis humani fabricâ evolutisque diversarum ex quibus componitur partium usibus mutuisve respectibus, tyrones ad proprios partium defectus animum appellere possint, ideòque multo parcituri sint tempori quod frustrà in captandis vagis rerum notionibus deterunt; quoniam tamen invaluit mos apud antiquiores antequàm de singularibus sermonem facerent, generales præmittere tractandorum ideas, unde postmodum gradatim et per multas ambages ad singularia descenderent; utcumque hisce temporibus Metaphisicæ illæ docendi rationes viris emunctæ naris minùs probentur, ab institutis tamen majorum non putaverim recedendum, si modò rem paulò distinctiùs pertractabimus: enimverò licet ad historiam Morborum procedentes, generalibus eorumdem notionibus sine gravi detrimento supersedere quis posit, expedit tamen hæc quæ vulgò circumferuntur tyrones non ignorare, tùm ut faciliùs librorum antiquorum lectioni incumbant, in quibus pathologicæ pleræque voces occurrunt Neotericis

parum consuetæ; tum etiam ne absoluto studiorum curriculo, ignari videantur apud illos quorum tota scientia in nominibus, definitionibus ac divisionibus posita est: quamobrem nos vix quidquam à receptâ methodo recedentes id unum curabimus, ut missis inanibus quæstionibus quas Pathologici vulgò interserunt, singula quæ ad generalem Pathologiam spectant breviter atque dilucidè proponamus, morbosque in suas species disgnamus, quod opus ut non penitùs inane, ita difficultatem habet summam, præ primis in tantâ Phisiologorum discrepantiâ, his hæc, illis alia corporis principia statuentibus: unde cum variè varij statum naturalem exponant, etsi et diversum pariter esse necesse est quod diversis saltem rationibus explicari statum corporis morbosum necesse est; verùm quoniam singulorum sententias proferre aut examinare immensi operis sit, ne quid frustrà tempus teramus Pathologiam nostram sic struemus, ut cum jactis fundamentis Phisiologicis apprimè cohæreat, parum solliciti quid hi vel illi aliter senserint, benè vel male, hoc vel illud.

Porrò Pathologiam quæ ut verbum græcè sonat sermo —
pathologia quid? morbi est aut quod idem est statûs corporis morbosi, in quatuor partes dividemus pro vario respectu morbi aut statûs corporis morbosi ad causam ejusdem producentem,
ejus ptes 4or. ad ea quæ consequuntur aut quæ eundem significant, in
1ª mbi naa et divis. 1ª itaque parte de morbi naturâ ejusque speciebus dicetur,
2ª causæ in 2ª de causis morborum, in 3ª de symptomatis quæ
3ª symptomata.
4ª signa evolventi. morbûm comitari solent; in 4ª demum evolvemus signa quibus variæ morborum causarumque morbosarum species discerni possint; atque ut hæc clariùs innotescant, seu ut ad varios corporis defectus facilior aditus fiat, examinandum in ipso limine in quo sanitatis ratio posita sit; rectum enim vulgò dicitur index est obliqui; et licet experiri magis

nobis datur quid sit sanitas quam verbis explicare, ob innumera quæ simul conspirant ad sanum hominem constituendum, quàm quæ perangustis definitionis cancellis comprehendi possint: quoquomodo tamen sanitatis idea ~~tractanda~~ tradenda est, quæ si non penitùs mentem explebit, ex præmissâ saltem naturali corporis oeconomiâ poterit illustrari: ergo quoniam sanum illum vocare consuevimus cujus omnes partes tam solidæ quàm fluidæ sic inter se consentiunt ut inde functiones omnes liberè possit perficere, sequitur sanitatem esse illam partium corporis tùm fluidarum tùm solidarum habitudinem aut si mavis consensum, cujus ratione singulæ munia et functiones suas liberè exercere queant. dico sanitatem esse habitudinem seu consensum diversarum corporis partium ut intelligatis illam esse ens merè respectivum, non absolutam quandam qualitatem, atque in mutuis operis quas mutuò sibi præstant partes ad functionum suarum exercitium illam omninò positam esse. adde sanitatem esse consensum fluidarum solidarumque partium præter opinionem antiquorum qui statuebant sanitatem simpliciter in partibus solidis quas solas vivere contendebant, quanquam ex æquo fluidæ solidæque vivere dici possint, imò et potiori jure fluidæ quàm solidæ; quippe omnis mutatio, omnis motus, nutritio, auctio &c quorum in exercitio vitæ ratio posita est, à fluidis ritè constitutis dependent; ut vel ad levissimum eorumdem vitium quodcumque illud tandem sit, partium solidarum functiones vel penitus corruant aut saltem notabiliter lædantur: sic cessante spirituum in musculosas partes influxu sufflaminatur derepentè motus muscularis; sic inhibito sanguinis in solidas partes influxu, marcescunt illæ brevique exsolvuntur; sic mutatâ naturali ejusdem crasi cum videlicet justò viscidior evasit, ineptæ fiunt partes solitis functionibus obeundis; quare positis omnibus præjudiciis dicendum ad sanitatem corporis non

Sanitas quid!

An sanitas magis à solidis quam fluidis dependeat:

non solidas modò sed et fluidas quoque partes concurrere. cæterùm non quæcumque ab exactâ dictarum partium symmetriâ declinationes morborum nomine donandæ sunt, sed illæ demùm quæ sensibilem manifestamq; functionum læsionem inducunt: quippe magna est apud Medicos sensuales artifices sanitatis latitudo, multæ sanorum consistunt differentiæ; neque verò senes utcumque multò languidiùs suas exercent functiones quàm juvenes; utcumque infantes omni ex parte imbecilles, ægrotare tamen protinùs non dicuntur, quandiu functiones obeunt juxtà ætatis et constitutionis nativæ conditionem; nec si quis alio videat acutiùs aut cursu et membrorum robore cæteros antecellat, continuò tamen sanus, reliqui autem ægroti habendi sunt. id unum colligere licet nempe diversam esse in variis partium constitutionem, atque in his quidem validiorem quàm in aliis, quanquàm singuli pro modulo liberè exerceant functiones. ut proinde

Varii sanitatis sunt gradus.

concludendum varios ac multiplices esse sanitatis gradus: namque et vel idem homo juxtà variam ætatem et vitæ rationem nunc magis, nunc minùs sanus est, et modò perfectiùs atque validiùs modò imperfectiùs se habet, atque illi dispares sanitatis gradus et status æstimandi penès virilem ætatem in quâ vegetiora sunt omnia. Annotandum obiter Medicos in varios usus sanitatem inter et morbum statum quendam tertium interponere solitos, quem neutrum dixere, in quo videlicet functiones sic exercentur ut nec manifestè læsæ nec omninò integræ videantur; de quo statu cum soleat moveri controversia an detur necne; idcircò paucis quid eâ de re sentiendum sit explicabo. quoniam igitur omnem hominem sanum esse aut ægrum, hoc est vel liberè vel difficulter functiones obire necessum est, certum est physicè loquendo nullam

dari talem mediam constitutionem sanitatem inter ægritudinem; sed vel statum hunc medicorum neutrum ad sanitatem modò, cum videlicet nulla est functionum læsio; vel ad morbum, cum liberè non perficiuntur functiones revocandum esse: quia tamen alia est ineunda ratio Medicis, ubi cum sanis res est et valetudo conservanda, alia ubi cum ægris et auferendi sunt morbi, alia deniq ubi vel cum pronis in morbos, vel cum convalescentibus, quorum nempe hi reficiendi restaurandique, illi præservandi: ideò non abs re factum ut et neutram constitutionem invexerint medici. mitto hic recensere varias neutrius statûs divisiones, ut quod alter sit per participationem alterutrius extremi, intellige sanitatis aut morbi, alter status neuter per participationem utriusque, alter denuum per utriusque negationem; quippe similia illa ad libidinem potius Pathologorum Metaphisicis abstractionibus nimium deditorum quam ad usum practicum introducta sunt. — cur admittendus status neuter.

pathologici tentaminis
pars Prima
de morbo.
caput jum de morbi naturâ variisque ejus speciebus

Perspectâ sanitatis naturâ nemo arbitror est vel obtusioris ingenii, cui, si vel paululùm ad rem ipsam attenderit, non liceat genuinam morbi definitionem eruere: tamen quoniam ex dilucidâ statûs morbosi cognitione innumeris

occurritur vitiis, quæ tyronibus negotium quandoque multum facessunt; juvat antequam progrediamur expendere quanta sit humani corporis cum artificiosis plerisque machinis affinitas atque similitudo, et quid requirant machinæ ut ea exequantur quæ sibi proponunt artifices, quid præstitutis earum usibus officiat, quænam functiones machinarias vitiare queant: inde enim facilius varii corporis defectus et à statu sano declinationes innotescent; magis enim nos movent quæ extrà nos posita quàm quæ nobis insita sunt; atque id quidem tantò magis quod humanum corpus machina sit singularis, cujus motus juxtà leges mechanicas omninò reguntur:

humani corporis cum organo pneumatico similitudo

de multis tamen instar omnium sumamus exemplum organum pithaulicum gallicè un orgue, quippe quod cum nostro corpore satis aptè conferri potest: Enimverò quod in organo fistulæ ex quibus constat, illud organicæ ac solidæ nostri corporis partes; quod folles organi, illud cor ipsum; quod demùm aer per folles in pneumaticos varios canales immissus, idem humores à corde per arterias propulsi in varias partes in nostro corpore præstant: ac ne quid similitudini desit, quod Pithaules (vulgò l'organiste) ad organicam symphoniam excitandam dum modulatrices pinnas assulas ordine movet in pluteo, idem fermè mens nostra præstare solet in cerebro, dum per varia nervorum extrema spirituosum fluidum dimittit in nervos ad expeditos musculares motus edendos: itaque videamus quæ concurrant quæque faciant ad organi perfectionem, inde ut aptum sit modulamini ad numeros

organi conditiones duæ
1°. fluidi aerei
2°. solidarum partium integritas.

efferendos. ac primò quidem concurrunt ad organum duæ omninò fluidæ videlicet atque solidæ partes, aer et fistulæ

cum toto pneumaticorum canalium apparatu. quod spectat ad aërem, ille synerus sit oportet, nec nimium crassus aut rarefactus, omni pulvere, festucis aliisque id genus quæ facile verrit corpusculis liber: quod ad partium solidarum congeriem attinet, integri sint folles canalesque pneumatici omnes necessum est, ne quâ parte aër follibus inclusus in canonem pithaulicum vulgo sommiers sibi exitum paret; deinde omnes fistulæ sic inter se aptari debent ut ostium inter et conceptaculum nulla rimula relinquatur. demùm sic fistulæ omnes penès figuram cavitatem, ostium aliaque fingi convenit, constanter ut eundem sonum edere possint. hæc sunt quæ si consentiant, perfectum organum atque ut sic dicam sanum reddere possunt: quod si vel nullus aër vel aëris loco trudatur in canonem aqua, vel si aer plus æquo rarefactus aut festucis et pulvere sordidus, totam certè organi oeconomiam interturbari, sonosque vel nullos edi aut certè admodùm dissonos necesse est. rursùm si follès aut canon pithaulicus alicubi pervii sint aut aliquo loci obtusi, sic ut immissus flatus æqualiter distribui non possit, si fistulæ penès figuram, situm, conjunctionem, cavitatem &c vitiantur et pariter lædentur organi functiones. jam si rem totam ad corpus humanum transferamus, duo equidem non secùs ac in organo pithaulico conspirant, fluidæ scilicet partes et solidæ, humores indeque prolicitæ fluidæ organorumque compages: et sicut non sufficit ad organi pithaulici perfectionem benè habere fistulas, folles ductusque omnes pneumaticos quæ solidæ sunt ejusdem partes, sed insuper multa requiruntur in fluido äereo, benè ut fistularum concentus procedat, similiter in corpore nostro non solidæ modò partes integræ sint oportet, in convenienti situ positæ, hanc vel

ita in corpore humano
1°. fluidorum
2°. solidorum integritas
ad sanitatem requiritur

vel illam figuram et organisationem obtineant, sed et contenti humores et spiritus benè habere convenit, ut nec copiâ exuperent nec rapidiori motu ferantur sed placido, nec vel tenuiores sint aut justo crassiores, acriores aut acidiores &c quæ omnia ritè si consenserint corpus humanum benè habere et sanum esse necessum est: quod si solidæ partes vitium aliquod penès figuram, situm, connexionem atque interiorem contexturam contrahent, si spiritus aut humores quà motu, quà quantitate, quà substantiâ naturalem modum excesserint, vel funditùs ruere vel notabiliter lædi corporis functiones omninò necesse est: unde ut sanitas in mutuo fluidarum solidarumque corporis partium consensu atque conspiratione, ita et morbus in quodam velut dissensu et asymmetriâ collocari potest. quamobrem satis aptè describi poterit morbus

in quo consistant sanitas et morbus?

morbi natura.

Morbus in genere vitiosa solidarum fluidarumque partium corporis habitudo, cujus ratione destinata munia liberè ac naturaliter exerceri non possunt: quæ morbi descriptio parùm aut nihil discrepat ab eâ quam tradit Galenus: aït enim morbum esse dispositionem corporis præter naturam, actiones primò et per se lædentem: quod idem fermè sonat ac in morboso statu ita corpus se habere ut partes ejus naturalia munia exercere non possint. exercitij quidem vocem præ cæteris usurpandam judicavi, catenùs quia quemcumque modum quo lædi potest operatio et munus partium comprehendit; munium verò, ut præcludantur illæ inanes pathologorum quæstiones quæ ex actionis et functionis diversitate plerumque suboriuntur. hoc unum interest discrimen nos inter et antiquos, quod illi præternaturalem illam dispositionem et morbum in solidis tantùm partibus collocarent, nos verò et in fluidis

quoque reponamus. jam non vacat diversas morbi definitiones explicare, in quibus videlicet inania multa, aut longè nimium petita, quæque obscurandæ potius ejusdem notioni quàm dilucidandæ videntur aptiora: quid enim ad morbi dilucidam cognitionem conferunt ea quæ plerique adjiciunt Galeni definitioni, quod nempe dispositio præternaturalis primò et per se lædat actiones: enimverò si dixeris cum antiquis morbum efficienter læsionem actionum seu læsam actionem producere, num mille te ambagibus implicas? anne statueris obstructionem nervi efficienter motûs aut sensûs imminutionem producere, et os dislocatum claudicationem exercere? annon videre possis et hæc vitia se habere tanquàm meras ~~qualitates laesionum actiones~~ [illegible] læsiones? neutiquam verò tanquàm meras causas? deinde quod addunt aliqui nempe morbum requirere permanentiam in parte, illud certè otiosorum hominum est, atque eorum quibus recondita magis doctrinæ cura est quàm perspicuitatis. quorsùm enim amabo permanentia hæc habitudinis vitiosæ in partibus corporis ad morbum ab aliis quibuscumque ejusdem affectionibus discernendum? quid si fugax erit præternaturalis partium habitudo, si modò non patiatur functiones naturaliter exerceri, propterea morbus non dicetur; nec vix natus infans si morietur, nomen hominis merebitur. hæc sunt quæ difficulter probare quis possit, neque obstat quod dixeris id genus affectus fugaces medici curam non postulare; sed sponte nullo adhibito remedio sanari; etenim utcumque curentur, seu rerum naturalium Mechanismo, seu arte, si tamen functionum exercitiis oberunt, continuò morbi erunt, aut nulla est morbi notio generalis adducenda: verum hæc nos longiùs adducerent; ad generales morborum differentias procedamus.

Itaque quandoquidem patet ex dictis sanitatem proficisci ex debitâ fluidarum solidarumque partium constitutione; quæ quidem nullo modis vitiari potest, sequitur duplicem omninò morbi differentiam statuendam esse, ut morbi alii sint partium fluidarum alii solidarum; atque illos quidem

mbi 2ex { inorganicus / organicus · quia sine ullo sensibili cujusdam organisationis vitio produci intelligimus, inorganicos appellabimus; hos verò ut posi[in] quibus manifesta quædam sensibilisque organisationis labes deprehenditur penès figuram, situm, connexionemve appellabimus organicos: neque tamen putandum tametsi inorganicos fluidarum partium morbos dicamus, idcirò illas omni organisatione destitutas esse, aut earumdem saltem organisationem vix quidquam ad corporis functiones conferre; enimverò ut certam in solidis partibus organisationem experimus ad liberum functionum exercitium, ita et determinatam ac singularem in fluidis postulamus; neque verò nisi hanc vel illam figuram, hanc vel illam molem obtineant integrantes fluidorum moleculæ, ulla omninò partium solidarum functio perficienda erit. quoniam tamen usu venit apud Medicos eas tantum partes organicas vocitare, quæ ratione sensibilis cujusdam conformationis inprimis verò figuræ edendis functionibus determinatis comparata sunt, inorganicas verò illas in quibus nulla sensibus observari potest conformatio aut figura permanens unde hoc vel illud præstare queant, imò omnia fluxilitate suâ, mole et quantitate videntur efficere: idcircò ne quid rem alioqui satis notam accuratione nimiâ obtenebremus, vel etiam in melius mutare nolimus, quod quidem haud ita difficulter præstari posse non dubitem si benè advertatur ad humani corporis œconomiam; ut enim solidæ omnes partes sunt veluti fundamentum omnium ac ministræ, veraque instrumenta;

fluidæ verò vis ipsa quâ solidæ id quod agunt liberè vegetèque perficiunt, atque adeò in corpore non nisi duæ considerandæ veniant partes, quarum aliæ verè propriéque agunt seu movent, aliæ patiuntur, non immeritò quis summa duo morborum genera statueret, qui morbos alios activarum seu fluidarum partium, alios verò instrumentariarum seu solidarum induceret. verùm ut jam dixi accuratio isthæc parvi momenti est, ubi de re ipsâ et nomenclaturis convenerit: quarè placet allata morborum divisio in morbos partium fluidarum seu inorganicos, et morbos partium solidarum seu organicos; atque id tantò quidem magis quod exhauriat illa essentiales omnes morborum differentias quæ ex alio fonte repeti non possunt quàm ex ipsis partibus essentialiter corpus nostrum constituentibus; et verò cum nullæ aliæ occurrant in corpore partes quam fluidæ ac solidæ, seu quod eòdem recidit inorganicæ et organicæ, planum est nullas alias essentiales ac generales indui posse status morbosi differentias quàm quas proposita divisio comprehendit, quæque ex fluidis ac solidis partibus desumuntur.

quæres ad quod tandem morbi genus revocari queant vitia humorum interiorem oculi cavitatem adimplentium. *Nª. humorum qui in oculo sunt vitia ad inorganicos mbos referenda sunt.*

respondeo vitia quæ non rarò suboriuntur in oculorum humoribus, quæque visionis exercitium lædunt, referri commodè ad morbos organicos, aliter enim sentiendum de humoribus oculorum ac de reliquis in corpore contentis; tametsi enim à naturâ fluxiles sunt, nec ullam certam proprio marte figuram servare possunt, habent tamen perfectam et manifestam organisationem, pelluciditatem intellige cujus ratione functiones organicas exercere, hoc est lumen transmittere ac refringere possunt: habent insuper constantem figuram à sclerotide uveâ et ~~corneâ~~ retinâ, quod nuspiam *habent enim pelluciditatem et organisatiõ eadem* *habent insuper constantem figurã a sclerotide.*

in reliquis totius corporis fluidis observatur, quæ continuo motu cientur et modò sane modò illam figuram induunt, prout lege circulationis varios subeunt canales et poros; ut porò humores oculorum veluti partes instrumentariæ spectandi sint, morbique adeò quibus obnoxii sunt inter organicos numerandi: sed de his satis. expendamus varios

mb 2us

modos quibus tum fluidæ, tum solidæ, inorganicæ et organicæ partes vitiari possunt.

Caput 2um de morbis inorganicis seu de vitio partium fluidarum.

nª corporis nostri fluida originem ducunt à sanguine.

Quanquam non unius generis fluidum est in nostro corpore, quin varium potiùs ac multiplex, tametsi singula dum malè habent functionum exercitium impedire ac perturbare possunt: quia tamen illa quotquot sunt à sanguine proficiscuntur, neque alio singulari modo lædunt functiones quàm quo sanguis ipse; idcircò summa vitiorum genera, quibus sanguis obnoxius est enarrasse sufficerit

sufficiat igitur sanguinis vitia rimari.

nobis, quæ deinceps ad reliqua fluida, dum vitiari illa continget, facilè omninò traduci poterunt; Et verò cum vitiosi fluidorum qui a sanguine derivantur status non nisi ab ipso vitiato sanguine dependeant; cum neque curari illi queant nisi curato ac restituto sanguine cujus vitia consequuntur, non est quod eorum tractationi hoc loci tempus impendamus; sed vitia omnia fluidorum

spirituum, salivæ, bilis vitia ~~ab~~ ex vitiato sanguine

quæ à sanguine in varios usus secernuntur, cujusmodi sunt spiritus, saliva, bilis etc sigillatim examinanda remittemus, donec ad singularem morborum historiam ventum erit.

Ne quid ergo moremur, quoniam compertum habemus

tunc bené habere corpus dum consentiunt omninò tria in sanguine, moles nimirum seu quantitas debita, substantiæ modus ac motus laudabiles, obvium est protinus ægritudinem nullam suboriri posse in sanguine, quæ ad summa illa tria capita referri commodè non possit; proindeque triplicem sanguinis morbum statuemus, alium quidem in quantitate, alium in modo substantiæ, tertium denique in motu vitiatis.

Nª. ad sanitatem tria in sguine requiruntur
1º. debita qtitas s. moles.
2º. substantiæ modus.
3º. motus laudabilis.

3ex sguinis morbus, 1º. in quantitate 2º. in modo substæ + 3º. in motu vitiatis + s. qualitate.

dices tùm quantitatem tùm motum meros esse substiæ corporeæ modos seu affectiones, atque adeò parùm appositè hanc membrorum divisionem cujus membra opposita non sunt, sed vel in altero includuntur, quantitas ṗpe et motus sub modo substantiæ.

Fondeo equidem, si res cum Metaphisico nobis fuerit, parùm accuratam videri propositam membrorum divisionem: si rem tamen medicè spectabimus, certè minùs exquisitus ille dividendi modus accuratiori præferendus erit: tantò enim clarior res evadit quantò major ejusdem fit in ptes distributio: sed nec ista absona est allata definitio divisio ac quis primâ fronte putaverit; si enim divisionis terminos paululùm mutemus et statuamus sanguinis morbos alios in quantitate alios in qualitate, alios demùm in motu vitiatis collocari, vix ullus carpendi locus iis relinquetur, qui ejusmodi pascuntur argutiolis; solitum enim est modos et affectiones corporum distribuere in quantitatem, qualitatem, motum, quietem, formam figuram &c. porrò quoniam quantitas et modus, sunt accidentaria quædam quæ reliquis substantiæ modis aut corpori potiùs alioquin reliquis affectionibus et qualitatibus instructo et velut completo supervenire intelliguntur: tametsi motus et quantitas affectiones sunt corporis, non abs re tamen fuerit quùm motum, tùm quantitatem à substantia

modo seu qualitate vitiosâ discernere. verùm ad rem ipsam procedamus. ac 1°.

viatur sanguis
1°. in quantitate
sguinis vitiu. in qtitate
2ex qtitate {aucta ē pletora / imminuta
pletora 2ex {vera / apparens

primò quidem vitiari solet sanguis seu humores in vasis corporis contenti, dum præter naturam augentur ac minuuntur; quod spectat ad quantitatem auctam, apud medicos pletora nomine donari solitam, illa duplex est, vel enim vera est vel apparens. veram dicunt pletoram Medici illam sguinis quantitatem auctam in quâ ejusdem partes seu nãliter seu præter naturam se habeant, modum excedunt, itaut vasa ad turgescentiam usque et crepaturam adimpleant. Apparentem verò pletoram appellant illam in quâ licet alioquin sanguinis partes debitam quantitatem non excedant, tamen propter adauctam earundem motum et rarescentiam sic turgent, ut vasa quibus concluduntur ultrà modum distendant; atque posterior hæc plethoræ species frequentiùs occurrit, rarò autem prior, ne unqm dicam nisi in athleticis corporibus: quomodocumque autem augeatur sanguinis quantitas vel extensio seu verè seu apparenter, innumeræ emergent in corpore functionum læsiones; quippe positâ vitiosâ sanguinis turgescentiâ quoniam vasa non modò majora sed et capillaria quoque porique partium per quos humores ab extremis arteriis in venas trajiciuntur summoperè distendentur, sic et ipsa capillaria, ut cum non possit sanguis defectu spatii liberi fermentari; atque adeò nec partes volatiles spirituosæ sufficienter extricari, fiet inquam ut et inducatur spirituum animalium defectus adeòque et læsiones multæ in functionib. animalibus orientur. deinde quoniam eâdem ratione nec expediri nec subire succus partium nutritius poterit, imò

in 1° qtitate auctâ.
ra pletoram sequitur 1° spirituum defectus et variæ functionum aalium læsiones.

nec prolicitus forte partium nutriendarum poros subire quippe qui propter nimiam humorum turgescentium hic itaque illic mirè compressi sunt, et notabile quoque in toto vitæ progressu vitium subsequetur: quod impensè turgeant vasa, nec poterit ex æquo recrementorum excrementorumque massæ sanguineæ secretio perfici; cum enim sanguis turgescens interstitiis glandularum omnium quæ colatorij cribrique vices gerunt in nostro corpore, plus nimium comprimat acinos glandulosos, adeòque et eorum quà vascula quà vesiculas strictiores efficiat, non poterit quin recrementorum aut excrementorum quorumcumque consueta valdè minuatur minuatur secretio, quam ~~quæ~~ alio nomine propter impeditam coactamque fermentationem humorum defectu liberi spatij difficulter fieri necessum est: demum quoniam ita turgescens sanguis dum ab arterijs in venas transfundendus est propter nimiam pororum interjectorum quam inter turgescentiam, sibi ipsi viam præcludit, videlicet ~~quoniam~~ propter variam quam distenti pori hic itaque illic sibi inferunt compressionem, circularis sanguinis motus præter naturam sistetur.

2°. nutritionis defectus

3°. deficient secretiones.

et ftão sanguinis.

3°. circulatio impeditur

quod Antiqui dixerant et etiam aliam dari plethoræ speciem quam ad vires appellabant, ridiculum est: cum enim vires totius corporis in sanguine ritè constituto positæ sint, repugnat dari pletoram sanguinis quæ non ad vasa sit, atque illam viribus imparem esse, alioqui et vires ipsæ sibi ipsis contrariæ ~~contrariæ~~ forent

nª. ō datur pletora ad vires, nisi eadem sit ad vasa.

altero modo quantitate peccant humores, nempe dum quantitate deficiunt, unde non minor functionum læsio supervenit: etenim si notabiliter sanguis in vasis minuatur, quoniam pro ratione sanguinis evolvuntur recrementa quæ ad varios usus secernuntur, sequitur ex pauco sanguine non nisi paucula(m) hinc

2° in q̄titate imminutâ unde sequitur

1ª paucula spum̄ bilis f̄ri stomachalis, salivæ q̄titas.

functionum a spib.⁹ et dependentium læsio. spirituum, salivæ, bilis, fermenti stomachalis etc copiam per colatoria propria dimittendam esse; unde et functiones omnes quibus enumerata præsunt fluida languidè perficientur. rursum quoniam sanguis à chilo fit, si quidem notabiliter defecerit sanguis in vasis, cum non possit consuetam chyli superfusam copiam subigere atque immutare, sanguificaõnem

sg̃uificaõnis læsio seu sg̃uinis defectus, imò et vitium. lædi, adeòque et sanguinem crudum aquosum et viscidum aut quocumque alio modo vitiosum suboriri necessum erit. denique quia imminutâ sanguinis copiâ flaccescunt vasa, adeòque et dum ille fertur à corde in singulas partes, magnam suscepti motûs partem vasorum porrorumque parietibus

circulaõnis tarditas communicat, fiet ut non nisi lentè admodum circulaõnis motum absolvere possit: neque prætermittendum illud et nutritionis quoque negotium imminutâ sanguinis quantitate admodum impediri; præterquam quod enim per fluidas-

accedet cporis marcor. collapsas partes non patet aditus succis nutritiis advenientibus, accedit quod et illi cum sanguine ipso minuantur, unde totius corporis marcor supervenit.

Cæterum dum quantitate peccare dicimus sanguinem, illud utique laxo modo atque ex usu tantum intelligi velimus; neque enim propriè loquendo vitium hoc sanguinis dicendum est cum naturalem exuperet copiam aut quomodocumq. deficiat sanguis, quomodo non dicimus vinum exquisitum in parvulâ conclusum lagenâ idcircò vitiosum esse quia non sufficit magnis doliis adimplendis. illud nomine vitiatæ sanguinis quantitatis intelligi volumus, nimirum ~~propter~~ propter auctam vel imminutam quantitatem functionibus quibus destinatur perficiendis imparem esse; licet alioquin ex se plerumque sit sincerus, nec quoad naturales affectiones alias

ullo modo peccet: attamen quoniam ad functionum exercitium determinata ejusdem copia requiritur ex usu, dum deficit aut luxuriat, illum quantitate peccare dicemus.

Quod autem vulgò de sanguinis defectu argui solet in scolis, nempe illum nullam functionum læsionem posse inducere, cætonis quia quod deficit, quod non est, nihil præstare queat: illud inquam aliaque hujusmodi ex malè acceptis terminis abstractorum præsertim abusu manavit; quippe dum dicimus sanguinis defectum naturales lædere functiones omnes, rem sic intelligi nolimus, quasi statuamus ipsum defectum sanguinis seu privationem ut barbarè loquar, non dico sanguinis positivam quandam actionem quanquàm læsam producere. hoc solum intendimus, nimirùm per absentiam sanguinis non licere partibus solidis consuetas edere functiones, et, quod idem est, defectu sanguinis nullum posse solidarum partium munus exerceri; quod autem vitium majus respectu corporis, quàm quod non patitur functiones vel etiam vitiosè exerceri? verùm etiam ut jam innui abstractæ voces defectûs et privationis, actionis læsionis et functionis litibus hisce argutiisve pathologicis ansam præbuerunt, quippe dum læsam aliquam functionem à sanguinis defectu quis asserit, subit statim cogitatio defectum hunc reipsà quandam positivam actionem seu functionum læsionem producere, functionem quandam læsam aut vitiosam elicere, cum reipsà nihil defectu sanguinis aliorumve fluidorum producant. quare hisce tricis in posterum ut occurratur, vulgaribus istis loquendi modis per abstracta nomina quantum fieri poterit abstinebimus; sic dum sanguinis defectum lædere functiones naturales dicemus, sensus erit ad sanguinis absentiam neque hanc neque illam functionem exerceri posse, seu ad defectum et privationem sanguinis sequi protinùs cessationem

explicatur quomodo ex defectu sanguinis oriantur morbi.

functionum intermissionem, aut demum ut distinctiùs mentem exponamus, quoties sanguis defecerit, protinùs deficere functionum exercitium, ac ut verbo dicam nihil præstare partes eorum quæ præsente sanguine præstituræ fuissent; quod idem ad alia fluida imò et ad solidas partes ubi defecerint facilè accommodari potest.

2°. in qualitate et Cacochymia dr

Secundo loco peccant humores in qualitate seu modo substantiæ, atque eâ ratione morbosi græcè Cacochimi seu pravi succi dicuntur, vitiumque ipsum substantiæ in humoribus cacochymia, quod idem sonat ac succi pravitas, abstractâ voce nuncupari solet, quam certis classibus clarè perspicuèque qui definierit operæ pretium sit facturus, nihil enim magis moratur, nihil torquet magis prudentes medicos praxim exercentes quam Cacochimia isthæc, utpote ubi in sanguine substantiæ modus vitiosus determinandus, adeóque et cura huic vel illi dirigenda est, hæret omnibus aqua: quamobrem nostra interest accuratè varios modos quibus nativa humorum crasis vitiatur, et quid illi, quid alij præstare queant in corpore, unde functionum læsio subsequatur. Nos itaque quàm dilucidè fieri poterit rem satis intricatam expedire tentemus: neque enim audiendi veteres dum Cacochymiam omnem sanguinis revocant ad intemperiem quatuor primarum qualitatum vulgò dictarum: præterquàm enim quod jam anteà diximus, qualitates illæ primæ nomine tantùm non re principatum tenere inter corporum modos, illæque agnoscunt permultas alias in corporibus affectiones à quibus suboriuntur, cujusmodi sunt figura, magnitudo motus et quies: accedit quod adeò obscura sit notio primarum illarum qualitatum apud antiquos adeóque obscuræ earumdem proprietates, ut nihil penè ex

difficillimum est cacochymiæ species definire.

Na. cacochimia malè ad 4or. primarum qlitatum intemperiem revocatur antiquis.

earum immoderatione cognitâ perspectâque colligi possit ad ad dilucidandos effectus quos intemperaturam illam primarũ qualitatum in sanguine consequi vulgò putarunt antiqui: quæso enim vos quæ necessaria connexio inter calidam intemperiem quâ laborant febricitantes et prostrationem virium, seu quod idem est motûs muscularis imbecillitatem? quæ connexio inter frigidam intemperiem et chilificationis læsiones. Equidem scio præsente intemperie calidâ vel frigidâ sanguinis constanter emergere virium prostrationem aut chilificationis vitium aliquod; si tamen rem totam ex immoderatione caloris aut frigoris deducere annitar, nisi protinus videor cæcutire, deficit me lumen, ac nisi rãonem habuero contexturæ partium sanguinis quæ propter susceptam mutationem penès figuram, situm ac motum, nunc concepto motu rapido spirituosas attenuant ac sufflammant partes; nunc verò quieti traditæ aut pauca aut crassiora elabi sinunt fermenta ad chilificationem; frustrà advocavero qualitatem homogenea ab heterogeneis segregantem; sic ~~enim~~ definiri solent calor et frigus.

Porrò putatitiæ illæ primæ qualitates mera sunt accidentia priorum morborum sanguinis, qui in figurâ, situ, connexione, quantitate et motu positi sunt; proindeque peculiarem nullam postulant curam ubi intemperatè corpus afficiunt, sed potiùs adhibenda cura affectionibus aliis à quibus ipsæ ortum habent; neque verò deserviens calor in corpore attemperari sine noxâ potest admotis actu frigidis, quin potiùs omnia in pejus ruunt; ita si febricitantem et calidâ intemperie laborantem aquæ frigidæ immerseris protinus enecabis aut in summum vitæ discrimen adduces, contrà quàm fieri oportuit: siquidem in curatione morborum humoralium habenda est ratio intemperiei penès vulgatas primas qualitates

n^a. 1^æ qualitates sunt mera accidentia morborum sanguinis.

qualitates æ dicũ 1^æ č 2^æ primæ: pendent a priorum m. s. affectionib.

nec proinde iisdem qualitatibus cura in affectibus adhibenda.

namque intemperatus calor corporis ad justam moderationem restitui non potest nisi contrariæ qualitatis hoc est frigoris introductione.

Neque dicas cum antiquis qualitatum immoderationem in corpore non posse actu contrariis attemperari, verum illis tantum quæ potentiâ intemperaturis adversantur, proindeque in intemperie calidâ non frigida actu, sed quæ vim seu potentiam habent infringendi æstum caloris ratione conditionis substantiæ singularis, licet alioquin actu ac manifestè non frigeant: Enimverò quæro quorsum ubi intemperatus est calor in corpore, non possit ille ad naturalem gradum revocari actu frigidis, cum vel in primâ qualitatum combinatione quæ fit in ipsâ mixtorum generatione, temperies naturalis in mixtis emergat ex antiquorum sententiâ: deinde verò quoniam intemperies calida viribus ac potentiâ frigidis oppugnanda est, quæro qui ~~quorsum~~ potentiâ frigida calorem attemperent, qui acetosa quâ utimur in jusculis ad alteranda juscula febricitantium, caloris æstum retundant, non frigore actuali ut loquuntur, ergo aliâ ratione: quâ igitur? annon extenuatas ac diffluentes sanguinis partes incrassando? ita Mehercule; neque etiam alia via excogitari potest quâ acetosæ partes assumptæ caloris æstum infringant: unde manebit semper id quod intendebam, nimirùm priores esse in sanguine affectiones qualitatibus illis primis vulgatis quæ priorem postulent curam, quæque ad statum naturalem redactæ secundariarum affectionum primarum intellige qualitatum intemperaturam emendent: ac demum ut felicius occurramus vitiis humorum, longè alia cacochymiæ ratio quærenda erit quàm quæ à veteribus inducta est. missis itaq. simplicibus

priores in sanguine insunt affectiones, à quib. qualitates à 1æ appellantur, dependent.

intemperiebus, calidâ, frigidâ, humidâ, siccâ; missis quoque compositis, calidâ nempe et humidâ, calidâ et siccâ, frigidâ et humidâ frigidâ et siccâ, ut pote quæ mera sunt accidentia priorum sanguinis vitiorum, totuplicem cacochymiam placet admittere, quotuplex est elementum sanguinis quod inverti ac vitiari potest, proindeque et functionum exercitium impedire: quoniam verò ex dictis in phisiologiâ constat sanguinem ex quatuor omnino elementis conflari, sale nempe, aquâ, sulphure ac terrâ, quadruplicem statuemus classem cacochymiæ, seu vitiorum quibus n̄alis sanguinis totiusve corporis oeconomia perturbatur. ad primam referuntur vitia omnia quæ salibus sanguinis supveniunt: ad secundam vitia quæ partibus aqueis; ad tertiam quæ sulphureis; ad quartam demùm illa quæ sulphureis partibus accidunt, revocabimus.

Sal itaque massæ sanguineæ multipliciter vitiari potest, prout variam indolem sortitus est: alio enim modò sal acidum, alio sal alkali, alio salsum ex utroque compositum depravantur: quoniam tamen salis acidi et alkali in massa sanguineæ vitiaª easdem agnoscunt causas easdemque mutationes in totâ massâ inducunt ut poteque licet disparatam obtineant contexturam concurrunt tamen simul unâ eâdemque actione ad reliquorum elementorum alterationem; idcircò prætermissâ salis alkali consideratione varias acidorum sanguinis mutationes expendisse nobis sufficerit, tantò magis quod alkali se habet merè passivè respectu acidi, quod nimirùm agentis partes implere videtur; aut demum quæcumque de vitioso acidorum statu dicemus facilè paucis mutatis alkalinis salibus accommodari poterunt. paucis sal acidum in sanguine vel volatile erit præter naturam et

nª. cacochimia totuplex est quotuplex sanguinis elementum.

illud ā quadruplex: 🜔, 🜄, 🜍, 🜃.

eadem est causa vitiorum acidi et alk.

easdemque acidum et alkali vitiata in sanguine mutationes inducunt.

acidum respectu alkali est agens, alkali verò patiens.

acidi vitia.
1°. 2 { p. n. volatile
p. n. fixum

a. id probatione videtur indigere.

pravi effectus acidi p.n. volatilis

expeditum, vel fixum atque depressum: si volatilitatem obtineat nimiam, quia ita facilius per ramosas sulphuris partes traducitur et iter agens occurrit sali volatili-

intensus sanguinis motus.

alkalino, intensum in sanguine motum excitabit; atque adeo cum præter solitum morem recrementa omnia massæ sanguineæ magis atterantur invicemq. contunduntur,

recrementorum defectus vel tenuitas, acredo.

fiet ut vel multò tenuiora acrioraque excernantur in destinatis colatoriis vel[a] pauciora quam par est; unde in

a.

toto corpore innumeræ suborientur functionum læsiones,

hinc variæ functionū læsiones.

atque illæ præ primis quæ ab aucto sanguinis motu fermentativo tum et à sanguine dissoluto inferri mox dicemus. jam cum duplex esse possit status acidi præter naturam volatilis; duplex quoque vitium procedet in temperie quæ spectatur in ordine ad vulgatas priores qualitates: si enim acidum volatile oleosum erit dilutumq.

acidū p.n. volatile 2ex { oleosum aqueum.

paucioribus phlegmatis partibus, quia inde validiorem fermentationis motum excitaturum est, fiet ut totum corpus impensè caleat, atque ob continuam succi nutritii dissipationem, aqueive humoris vaporationem marcescat exarescatve; atque hinc verè ac propriè loquendo emerget intemperies totius corporis calida et sicca, seu quod idem est cacochymia biliosa: contrà verò si acidum volatile aliquantâ phlegmatis copiâ mersum fuerit, utcumque

acidi p.n. volatilis oleosi pravi effectus intensus calor, succi nutritii dissipaō aquæ evaporaō intperies biliosa

acidi p.n. volatilis oleosi effectus

intensum satis calorem accersat quum sanguini tum solidis partibus, nullam tamen siccitatem inducet; imò cum solito majori motu liquetur sanguis, serosæque adeò ptes ex sulphureis suis conceptaculis excutiantur, futurum ut inde ob expeditas nempe aqueas particulas flexilitatem suam, humorem nutritium, atque mollitiem conservent solidæ partes; ut demum acido volatili in hunc modum cōstituto intemperiem calidam et humidam emergere necesse sit.

intemperies calida et humida.

Vitia et pravi effectus salis acidi fixi

Sal rursum si acidum fixum evadet in sanguine depressumq; sic ut sulphurearum partium ramis herere figi aut implicari possit, quin tamen attingat nisi paucas numero salium alkalinorum partes; adeòque non possit intestinum sanguinis motum integrum ac vegetum conservare, fiet ut pro majori vel minori cum sulphureis partibus unione modò intemperiem frigidam et siccam, modò frigidam et humidam inducat in toto corpore: et verò si spicula acida sicciora ita intriganter sulphureis sanguinis partibus, ut earumdem coagulum inducant, densceque illæ crassæ et viscidæ evadant; quoniam ita liberè non possunt luctari cum sociis alkalinis partibus quæ pleræque ac acida involvuntur atque implicantur sulphureis, non remitti non poterit nativus humorum motus calorque inde ortus. deinde quoniam addensatæ ac crassiores factæ sulphureæ partes extrudunt è suis conceptaculis aqueas partes contextas luxuriantque illæ secretæ a sulphureis, fiet ut eadem lege circulationis ferantur in totum corpus, sensim relaxent molliantque contexturam partium solidarum; proindeque emerget ab acido in hunc modum depresso intemperies frigida et humida, et quod idem est Cacochymia veterum pituitosa. contrà verò si sulphureis partibus ita densatis atq; coagulatis serosæ aqueæve partes secretæ ob tenuitatem suam et colatoriorum dispositionem eliminentur è corpore salivæ specie, sudoris &c: proindeque massa sanguinea vehiculo suo seroso destituatur, frigida et sicca intemperies excitabitur, et quod idem sonat Cacochymia melancolica. quæret forte aliquis quorsum in constitutione sanguinis pituitosâ in quâ serum è conceptaculis elementi sulphurei excutitur, similiter non emergat intemperies frigida et sicca: ex aqua enim ita comparatus sanguis dimittere p[o]t[est] serosas suas partes in colatoria; atque hinc cacochymia Melancolica.

intemperiem producit modò frigidam et humidā modò frigidam et siccam s. pituitosam et melancolicam

1° quomodo frigidam et humidam

2° quomodo frigidam et siccam.

respondeo totum illud repetendum esse ex variâ acidi fixi

cur his intemperies frigida non est sicca.

conditione varioque statu partis sulphureæ: si enim partes sulphureæ utcumque præter naturam coagulatæ permultas tamen retineant serosas partes in suis conceptaculis, utcumque expressæ permultæ eliminentur per consueta seri colatoria, remanent tamen immersæ sulphureis quæ sufficiant ejusd. fluxilitati et mollitiei partium solidarum conservandæ; quod evenire non potest in constitutione sanguinis — Melancolicâ in quâ spicula acida quibus coagulatur elementum sulphureum fixiora sunt; in hac quippe adeò densè agglomerantur compinguunturque stamina sulphurea ut si non omne saltem magnam partem serum expediatur è complexu partis sulphureæ; unde multo majorem ejusd. copiam per colatoria destinata omnino necessarium est defluere, ut inde status sanguinis ac partium solidarum siccus excitandus sit. quid quod in constitutione sanguinis pituitosâ non ita purum ac sincerum est serum atque in constitutione Melancolicâ, proindeque tam facilè excerni non potest; et verò cum serosæ partes intimè admixtæ sint limphaticis plerisque partibus aut potiùs staminibus plerisque sulfureis, haud ita facilè colatoriorum poros subire possunt, atque serosæ illæ à melancolicorum sanguine secretæ, ut potequæ parum aut nihil sulphuris secum adducunt; proindeque non est mirum tametsi serum exprimatur è sanguine pituitoso æquè ac Melancolico, eliminari illud è corpore Melancolicorum potiùs quàm pituitosorum.

Vitia ⊖ salsi pro vario sui statu varias in sanguine et corpore mutationes inducit

Salsum 2ex. Volatile fixum

Vitia volatilis

quod spectat ad sal salsum quod ex acido et alkali emersit, illud pro vario statu suo varias quàm sanguini tum corpori mutationes inferre potest: vel enim salsum volatile erit vel fixum. si volatile, quoniam eatenùs minorem obtinet molem, facilèque adeò pervadit ramos partium sulphurearum strictam earumdem contexturam laxabit immersaque iis salia

salia[a] vindicabit, ut turba atque tumultus principiorum omnium massæ sanguineæ: præterquam enim quod expedita salia acida et alkalina solitò majori copiâ intensiorem motum productura sunt, accedit quod et sal ipsum salsum volatile symbolum quoque suum conferat fermentationi quam etiam mirè intendit; seu enim sal volatile salsum ad acidum vergat seu ad acre, protinùs ac cum salibus alkalinis sanguinis aut acidis congressurum est, pro ratione molis ac densitatis majoris quâ salia simplicia superat, divisioni magis resistet, indeq, resistentiâ stimulabit nisum ætherei fluidi fermentationem parantis: quamobrem adurentem calorem totius corporis aquearumve partium vaporationem inducet; atque id quidem tantò magis quantò dissilitio salsi inter motus fermentaõnis multò major est dissilitione partium alkalinarum aut acidarum; unde porrò haud secus ac ab acido volatili intemperies calida et sicca et cacochymia biliosa suborietur; quod si salsum volatile non ita fermentationem urgebit ut inde difflentur aqueæ sanguinis partes, sed expediantur illæ simpliciter è complexu sulphurei elementi maneantque in vasis; emerget intemperies calida et humida.

jam verò si salsum in sanguine fixum erit pro diverso alterutrius ejusdem principij alkali putà et acidi prædominio varius humorum status advocandus erit; nimirùm si salsum de acido magis participet, tantò majorem elementi sulphurei coagulationem inducet quantò moles acido-salsi superat molem acidi simplicis; ut enim major est crassitudo salsi ad acidum vergentis, implebit illud accuratè meatus quibus pervia sunt partes sulphureæ, sic ut iter omne præcidat fluido æthereo liberè anteà transfluenti; unde quàs penè integra staminum sulphureorum coagulatio eorumdem, proindeque serosi humoris expressio, ut tandem intemperies frigida et sicca aut frigida et humida, seu cacochymia melancolica aut pituitosa excitandæ sint, eo penè modo quo ab acido simplici præter naam depresso ac fixo fieri diximus.

[a] mettra en liberté, dégagera.

quod si sal fixum magis de alkali participabit quàm de acido, aptumque adeò fermentationi suscipiendæ occursu: spiculorum acidorum quæ in hac constitutione suborientur pauciora, utique calor et acris et mordax pro fermentationis impetu, eò ferè modo quo de salso-acri volatili jam diximus tantò acrior æstus futurus est in sanguine et toto corpore quantò salso=acre sal mole et densitate partium antecellit tum salia quæcumque alkalina tum salsum ipsum volatile; proindeque à salso-acri fixo modò intemperies calida et humida, modò calida et sicca pro vario statu phlegmaticæ partis in sanguine producetur: frequentiùs tamen illa salso=acris sanguinis constitutio intemperiem illam calidam et siccam accersere solet, ut potè quæ sensim et sine sensu invertendam ac corrumpendam aggreditur sanguinis compagem, ut patet in febribus lentis ethicis-ve in quib! massa sanguinea salsugine acri fixâ luxuriat: verùm si salsum fixum acre ita comparatum est ut congredi non possit cum spiritibus acidis massæ sanguineæ, tametsi nullum fermentativum in sanguine motum præter naturam producet, exolvet tamen atque liquabit totam compagem sulphurei elementi, vitiosamque accerset humorum dissolutionem; quod quidem duplici ratione futurum est, 1°. quidem ex eo quòd salsum acre fixum quod nempe ex concretione spiculorum acidorum cum salibus alkalinis emersit, multò majorem obtineat molem quam spicula acidorum, majoremq; soliditatem ac densitatem partium quam sal alkali sincerum: unde cum inter circulandum majorem motûs quantitatem in se recipiat quam reliqua sanguinis principia, quorum videlicet [a] contextura rarior est, molesque minor, vehementiâ atque celeritate quâ fertur per vasa perrumpet ramos partium sulphurearum; unde fluxilitas major toti sanguini

a. quasi verò non sit densissima contextura acidorum.

conferetur; ut idem de salso-acri fixo reliquis sanguinis elementis confuso dicendum quod de arenulis vel granis plumbeis quæ albumini ovorum aut mucilagini cuicumque corpori permiscentur; et sicut facit pondus atque soliditas arenularum ut dum exagitatur albumen in vase propter vividum arenularum motum variamque jactationem ejusdem compages solvatur; similiter facit salsorum fixiorum permistio in sanguine ut dum truditur ille per vasa, extenuentur atque liquescant crassiores ac viscidiores ejusdem partes. 2°. verò favet solvendæ humorum compagi scabrities illa salsi illius præsertim, cujus pori spiculis acidis nondum planè saturati sunt, quodque adeò salsum acre vocatur: quippe dum ejusmodi salsum præter molem ac pondus agitur cum impetu per medias partes sulphureas abradit scabrâ suâ superficie, carpitque sulphuris floccos; unde cum phlegmatis conceptacula penè omninò perfringat atque dilaceret, fit ut serum luxuriare videatur in sanguine, proindeque emergat constitutio totius corporis frigida et humida nisi forte siccitas et marcor partium solidarum ob rationes in sequentibus dicendas forté superveniat. Cæterùm quæcumque de acido ac salso tùm volatilibus tùm fixis diximus, illa omnia de salibus alkalinis volatilibus aut fixis facilè intelligi possunt: quod enim acidum volatile tenuitate suâ præstat, illud idem consequitur alkali volatile quùm tenuitate tùm etiam asperitate superficiei: suâ quidem tenuitate pervadit stamina partium sulphurearum, adeòque facilè impetit heterogeneum acidum: asperitate verò suâ carpit dividitque in floccos minores sulphureas sanguinis partes, quo fit ut involuta quæque principia fermentativa comparentur ad motum et fermentationem suscipiendam, ac demùm excitetur diathesis idest constitutio massæ sanguineæ planè similis illi quam à sale acido et salso

volatilibus indui statuimus. neque aliter sentiendum de alkali fixo massæ sanguineæ ac de acido aut salso depressis: quippe ab alkali præter naturam fixo haud aliud expectaris quam ab acido ipso aut salso fixis: cum enim alkali fixum ægrè moveatur ut potè quod terreis ac sulphureis partibus immersum atque involutum est, non potest vires exercere seorsimque ab aliis massæ sanguineæ partibus moveri; unde licet Echinatam obtineat superficiem tametsi ratione molis multò majorem motûs quantitatem in se suscipere valeat, vix quidquam tamen immutare valet contexturâ partium sulphurearum quas nimirum liberè non pervadit, remoram injicientibus terreis ac sulphureis etiam partibus quibus alligatum est; unde cum sulphureæ partes defectu motûs laxari non possint, fermentativa singula sanguinis principia otiosa et sine ullo congressu mansura erunt, proindeque emerget constitutio frigida ac pro diverso phlegmaticæ partis prædominio vel defectu modò humida modò sicca intemperies: uno verbo quoniam acidum volatile esse non potest quin et alkali ad volatilitatem advocetur in sanguine; quoniam similiter acidum fixari non potest quin et protinus fixetur alkali, eædem mutationes subovientur in humoribus à vitioso statu salium alkalinorum atque à vitiatâ crasi salium acidorum aut salsorum.

2°
Aqua
vitiatur
in qtit. 2 {excedente / defic^te}

2°. loco vitiatur in sanguine pars aquea non quidem ratione modi substantiæ ac qualitatis, ut potè quæ figuram nativam aliasve affectiones mutare non potest, sed ratione quantitatis, idque dupliciter, vel enim quantitate phlegma in sanguine exuperat, vel deficit.

Excedente

Si exuperet; quoniam luxurians in vasis phlegma plus æquo diluit salinas sanguinis partes, sequitur esse recrementa

omnia ejusdem phlegmate nimio pariter immergenda,
proindeque illa in effoetam quandam vappam migratura:
quamobrem cum inde vapidi effoetique reddantur spiritus
nec nisi lentè moveantur, torpor in motibus muscularibus, 1° torpidus sensus et motus
torpor in sensuum exercitiis advocandus est: similiter cum
vappida inde evadat saliva, fermentum ventriculi, succus
pancreaticus, bilis &c, labes insignis in alimentorum coctione 2° prava alimentorum coctio.
aliaque inde consequi solita suborientur. deinde quoniam
phlegmatis est solida laxare corpora, non poterit quin à
phlegmatico sanguine partes laxentur, quin laxatæ propter minor sanguinis motus unde
motum facilè susceptum, sanguinis cursum aut remorentur
aut inhibeant; unde morbosi aut in quibusdam tantùm in toto corpore aut in partibus morbosi tumores.
corporis partibus, aut in toto corpore tumores enascentur.
demùm quandoquidem soluta plus æquo salia in sanguine
vegetæ fermentationi suscipiendæ inepta redduntur, sequitur
ulteriùs à phlegmate redundante fermentativum sanguinis
motum obtusum esse; quarè non nisi difficulter excrementorum
recrementorumque generatio aut extricatio separatiove — difficilior secretio recrementorum et excrementorum: unde &c.
perficietur: imò quoniam motus cordis à principiis fermentationis
sanguinis dependet, quæ mirum quantùm in phlegmaticâ minor cordis motus
illâ sanguinis constitutione diluta atque depressa sunt et
illum quoque non sine summo totius corporis incommodo
præter modum imminui necesse est: unde quoniam luxuriante
parte aqueâ præter naturam remittitur fermentatio humorum
solidæque partes inde molles evadunt ac flaccidæ, suboriri non oritur intemperies frigida et humida.
poterit intemperies frigida et humida, seu cacochimia pituitosa.
advertes tamen duplici modo exuperare posse phlegmaticam
sanguinis partem in vasis; primùm quidem ubi excedit duplici de causa potest exuperare phlegma.
illam proportionem quam naturaliter postulat respectu
aliorum sanguinis elementorum, ut si v.g. phlegma se habeat 1° ratione proportionis phlegmatis ad alia principia.
respectu salis, sulphuris ac terræ, ut duo ad unum, nunc quantitate
nimirùm auctâ se habeat ad illa ipsa elementa ut quatuor ad unum,

quod quidem varias ob causas in sequentibus afferendas non rarò supervenit. secundum verò ubi non excedit quidem phlegma proportionem naturalem quam obtinet cum reliquis

2°. ratione mutati situs et connexionis. q̄d duplicitev fit nempe

elementis, propter tamen connexionem ac situm mutata luxuriare videtur in vasis, infertque easdem prorsus functionū lesiones ac si reipsà præternaturaliter foret ejusdem aucta quantitas respectu aliorum elementorum: illud verò pro duplici partium sulphurearum statu dupliciter quoque futurum est; si enim strictiùs inter se tum sulphureas

sulphurear. p̄tium 1°. strictiorem unionem

tum terreas sanguinis partes cohærere contingat, quoniam ita arctiùs premunt interjectas phlegmatis partes, easdem è loculis suis sensim extrudent, ut totum sanguinis serum eidem velut supernatare cogatur, in hunc ferè modum quo serum lactis dum butyrosæ caseosæque ejusdem partes acidorum affusione coïerunt; similiter si modocumque laxetur sulphurea

2°. laxitatem

compages in sanguine sic ut sui loculos præstare non possit sero, regurgitabit illud protinùs in sanguine, aliave ejusdem elementa sero instar arenularum innatabunt ut contingit in febribus malignis ab humorum dissolutione, tùm etiam in morsibus viperarum.

deficiente

jam si deficiet quantitate phlegma in massâ sanguineâ quoniam motus omnis intestinus sanguinis à congressu salinarum partium ortum habet, nec illæ congredi possunt nisi solvantur, sequetur præternaturalis imminutio —

minuitur sanguinis fermentatio

fermentativi motûs sanguinis, unde nec recrementa massæ

recrementorū secretio

sanguineæ generari extricarive poterunt, proindeque læsiones

crassescit sanguis.

omnes quas à diathesi sanguinis crassâ viscidâque oriri mox dicemus, consequentur: deinde verò quoniam sic constitutus

minuitur calor s̄guinis et

Sanguis remissiorem multò calorem producit in toto corpore quam in statu naturali; quoniam item succum nutritium

nutritio

ægrè dimittit suppeditatque nutriendis partibus, atque ita

ariditatem quandam et siccitatem iisdem conciliat, nihil est quod hanc ipsam humorum dispositionem in quâ deficit plegma cacochimiam melancolicam seu intemperiem frigidam et siccam à magis obviis effectibus appellemus. — *inducitur ariditas et intemperies frigida sicca seu cacochymia melancolica*

cæterùm occurrit altera sanguinis constitutio in quâ deficit phlegma, quæ longè alio modo corporis functiones lædere consuevit: — *altera sanguinis constitutio in quâ deficit phlegma. in eâ*

Enimverò si ita deficiat phlegma ut concretis ac mole auctioribus factis salinis partibus — massæ sanguineæ vehiculum nonnullum præstet ad luctam atque congressum, fiet ut, ob crassiorem substantiæ modum ac molem justò majorem, intensam inde ac præternaturalem sanguinis fermentationem producant, molestumque adeò ac deurentem totius corporis calorem inducant; — *salia mole augentur*, *effervescentiam edunt hinc*, *calor in toto corpore deurens.*

vel inde quoniam aucto sanguinis intestino motu singulæ partes validiùs concutiuntur ab affluentibus humoribus quàm naturaliter postulant, adeóque torpentes succi nutritii partes in motum cientur, quin tamen accedant de novo aliæ, quæ placidiùs relictis partium loculis — incuneari possint; sequetur brevi totius corporis marcor: — *inducitur marcor.*

atque id quidem tantò magis quod nimius sanguinis motus aliquandiu perseverans sensim residuas partes phlegmatis absumit sufflaminatque. quid quod per illam intensiorem sanguinis fermentationem recrementa aut difficultèr secernuntur in massâ sanguineâ, aut inquinata heterogeneis plerisque partibus quibuscum iniêre conjugium derivantur in colatoria functionibus nãalibus destinata; unde innumera vitia in chilificatione chilique distributione emersura sunt: — *læditur chilificatio*

porrò quoniam similiter à vehementiori illo sanguinis motu spirituosæ partes heterogeneæ copulam adsciscunt, quæ per dilatatas cerebri glandulas promiscuè separatur cum spiritibus, multiplex functionum animalium — *læduntur functiones ãales*

perturbatio subsequetur, ut nec principes animæ facultates nec motus muscularis, nec sensus libere queant exerceri,

sequuntur deliria, convulsiones intemperies calida sicca.

unde deliria, motus convulsivi &c. ac demum intemperies calida et sicca, et cacochymia biliosa inducendæ erunt.

Sulphuris vitia 4or

3°. sulphurea sanguinis pars multipliciter vitiari pt ac multiplicem functionum læsionem inferre: vel enim

1°. in qlitate 2. in {fixum, volatile}
2°. in qtitate 2. {excedente, deficiente.}

sanguinis sulphur substantiæ modo peccat et vel fixum vel volatile est præter naturam, vel quantitate exsuperat aut deficit: et si quidem sit fixum crudum et indigestum

fixi vitia

salia sguinis ut terra implicat

mutuum eorundem congressum inhibet

sguinis motum aut sufflaminat aut maximam partem minuit et

pro vario phlegmatis prædominio insurgit

intemperies vel frigida et humida vel frigida et sicca.

quoniam perœque ac terra salinas sanguinis partes fermentativas densâ sua compage implicaturum est, atque à mutuo congressu inhibiturum, vel in totum vel notabiliter saltem sanguinis motum sufflaminabit, unde quies respectiva principiorum deinque eorundem cohæsio subsequetur, proindeque pro vario statu atque prædominio phlegmatis in sanguine modo intemperiem frigidam et humidam nempe ubi luxuriabit phlegma exprimeturque abundè ex sulphuris partibus strictius coalescentibus, modò intemperiem frigidam ac siccam, nimirum ubi deficiet phlegma, excitabit. contrà verò

volatilis vitia

non impedit salium concursũ et congressũ

ftaõnem promovet

humorũ intendit motum, unde eadquæ ab intemperie biliosâ læsiones.

si sulphurea pars ad volatilitatem preternaturalem deducatur, quoniam eatenus haudquaquam præpedit salium fermentativorum concursum atque congressum, imò expeditiorem salium fermentationem quadamtenus promovet, intensum humorum motum inducet, unde læsiones omnes quas à Cacochymiâ biliosâ seu intemperie calidâ et siccâ suboriri diximus producentur.

luxuriantis vitia.

Jam si sulphureum elementum in sanguine luxuriabit, quoniam inde multò major adipis copia in vesiculis

p.n. congeries adipis

adiposis congeretur, quam naturalis corporis status requirit

multiplex hic atque illi musculosarum partium c̄pressio inducenda erit, unde non nisi peregrè membra moveri poterunt: deinde verò quoniam copiosum sulphur æquè ac crassum implicat nimis salinas sanguinis partes, impeditque quominùs invicem concurrant, fiet ut motus sanguinis intestinus præternaturaliter minuatur, unde porrò læsiones omnes quas à sanguine crasso ac lento deducemus subsequentur emergetque sanguinis constitutio frigida et humida diversa tamen indolis à cacochymiâ pituitosâ, de quâ hactenus: enimverò quoniam in oleosâ sanguinis crasi deficit aut remittit notabiliter humorum motus, ideò excitari non potest intemperies corporis frigida; quia verò non hoc solo nomine molles ac flexiles evadunt partes, humidæque fiant, quoniam plus æquo saturantur phlegmatis partibus, sed et quoque propter oleosas affusas partes quæ non minùs ac phlegmaticæ laxandis solidis corporibus aptæ sunt, et humida quoque intemperies ab oleosis in sanguine prædominantibus partibus inducenda est; quod velim diligenter annotetis: dispar quippe omninò curandi ratio futura est ubi luxuriat phlegma in sanguine ab eâ quam expetit sulphur exuperans. Demùm si tanta pinguedinis copia in vesiculis adiposis colligetur, quæ tenuissima humorum solidarumque partium effluvia inhibeat ab exitu, sic ut illa introrsum repellantur expeditaque ab aliis principiis rursum humoribus confundantur, fiet ut ex novâ effluviorum salinorum mixtione novus illoque naturali major motus in sanguine producatur, unde brevi constitutio illa calida siccaque de quâ modò, læsiones item omnes quæ ~~semper~~ vulgò dictæ solent illi sanguinis diathesi tribui, consequentur. aliud longè continget si sulphurea pars in sanguine deficiat adeòque et macri ut sic dicam evadant humores;

c̄pressio musculosarum ptium motus difficiles.

item salium intricatio

minuitur motus.

crassescit lentescit sanguis

oritur que constitutio frigida et humida quæ diversa a pituitosâ.

in quo diversa.

diversitas illa curanti advertenda.

n.a à copiosa pinguedine

inhibentur solidorum et fluidorum effluvia

remeant illa in sanguinem inde intperies calida sicca. ejusdemq. læsiones.

deficientis vitia.

1°
non ligantur salia facilius concurrunt sanguinis motū augent hinc acris in tato corpore calor.
enimverò quoniam inde minus ligatæ partes salinæ — fermentativæ facilius concurrunt, intensiorem sanguinis motum producent, unde calor naturali acrior in singulis partibus excitandus erit: deinde verò quoniam salinæ

2°
salia acrescunt erodunt ptes. hinc
partes à sulphureis compedibus liberatæ tantò acriores evadunt, fiet ut in transitu suo per partes solidas sensim et sine sensu easdem abradant, marcoremque adeò totius

totius corporis marcor.
corporis manifestum inducant: atque id tantò magis futurum est, quod defectu sulphureæ partis nutritius

Succus nutritius deficiente sulphure nimium salinus ō pt ptibus accrescere.
succus plus æquo salinus vix solidis partibus accrescere possit, enimverò ad continuam solidarum partium nutritionem reparationemque non modò desiderantur terreæ salinæ

nec.ª ad nutritionem necrice oleosæ partes.
aqueæve partes, sed et oleosæ quoque quæ videlicet instar glutinis et principia inter se vinciant, ligataque solidis partibus agglutinent adiungantque; unde quoniam defectu sulphuris utcumque salinus succus nutritius concrescere aptus sit, quia tamen non lentorem requisitum sed friabilitatem quandam præ se fert, adeòque et loci — humorum motu superveniente comminui potest excutique

defectu sulphuris arescunt solidæ ptes
è conceptaculis, fiet ut, deficientibus partibus oleosis in sanguine, solidæ quoque partes exarescant. 3° quoniam

3°
defectu ptiel 🜍 earum
defectu sulphureæ partis intricantis salina pars majorem ordini acrimoniam acquirit, fiet ut non insensibilis modò sequatur partium abrasio marcorque, sed et in quibusdam etiam erosio solutioque integra prout scilicet

oriuntur erosiones ptium, hæmorragia, ulcera
majorem salinæ partes molem obtinebunt, unde varia ulcuscula in partibus, vasorum erosiones indeque hæmorragiæ consequentur. mitto innumera alia quæ ex salinâ illâ acrique sanguinis diathesi producenda sunt: cum enim

4°
salina massa non possit nisi recrementa plus æquo salina

nec spus nec recrementa functionib. obeundis evunt apta, hinc
dimittere, fiet ut nec spiritus nec recrementa alia functionibus suis perficiendis satis comparentur, ac proinde emergent

variæ in functionibus tum animalibus quàm naturalibus læsiones. cæterùm quoniam deficiente parte sulphureâ breví salinæ partes fermentativæ constringendæ sunt, nec constractæ inter fermentescendum deniò congredi aptæ sunt, fiet ut intestinus humorum motus sufflaminetur, adeòque et totum corpus labatur: quam ob rem juxtà diversa tempora, diversa quoque statuenda erit massæ sanguineæ constitutio: dum enim aberit sulphur ab initio, sic tamen ut inde validè inter se concurrant partes salinæ caloremque intensum producant, emerget intemperies calida et sicca: dum verò temporis progressu salinæ partes diutinâ luctâ atque congressu comminuentes sic ut rursùm luctari non possint, quoniam nullum calorem induturæ sunt, intemperies frigida et sicca suborietur.

læsiones functionū āālium et nāālium.

5°
deficiente sulphure constringuntur salia erunt ftaoni inepta ruit humorū motus ipsumq. corpus.

ita sub dvrsis tporibus dvrsa constitutio sḡuinis

eritq. initio calida et sicca

temporis progressu frigida sicca.

4°. ac ultimo loco vitiari potest terra seu caput mortuum massæ sanguineæ, illudque vel quantitate deficiet vel excedet: si primum, quoniam eatenùs activa principia scabris ac sinuosis terræ partibus naturaliter intricata faciliùs sunt concursura, intensum fermentationis motum suscipient, et maximam totius massæ sanguineæ dissolutionem producent unde læsiones omnes quas ab intenso sanguinis motu produci dicemus emergent, coïncidetque illa sanguinis crasis cum intemperie calidâ et siccâ, aut calidâ et humidâ pro vario phlegmatis statu. si secundum hoc est si superabundabit terra in sanguine, quoniam inde principia activa ligari atque præter naturam disjungi continget, adeòque non poterunt illa congredi inter se, sequetur notabilis fermentativi humorum motûs imminutio notabilis quoque ac præternaturalis consistentia sanguinis; adeòque et eædem functionum læsiones quæ imminuto intestino sanguinis motu consequentur. hanc omnem diathesim sanguinis terream et cacochymiam antiquorum Melancolicam seu intemperiem frigidam et siccam non est quod dubitemus.
præter enumeratos modos quibus naturalis humorum dispositio

4
Terræ vitia
sunt
in qtitate { excedente / deficiente

deficientis vitia
facilius concursura ftativa sḡuinis ppia
solvetur M. S.
læsiones quales ab intenso motu sḡuinis, hinc
intperies { calid. humid / calida sicca
pro vario phlegmatis statu.

Excedtis vitia.
ligantur sḡuinis salia, disjungtur
congredi ō pnt
minuitur ftāo sḡuinis,
augetur consistīa.

intemperies oritur melancolic.

vitia humorū raōne motus.

vitiari solet, est et aliud considerandum in illis cujus raōne notabilem inferunt labem toti corporis oeconomiæ, motus nimirum quo cientur vitiati: at verò quoniam dupliciter moventur humores in vasis secundùm naturam, motu nempe totius seu circulationis et motu singularum partium ex quibus

Motus 2ex { totius s. circulaōis / ptiū 2ex { fluidi / ftaōnis

constantur, dupliciter quoque quoad motum vitiari poterunt, altero quidem modo ad motum totius quo feruntur per vasa, altero verò secundùm motum partium componentium seu quod idem est secundùm motum intestinum tam liquidi quàm fermentativi. quod ad primum spectat seu ad vitiosum

vitia circulaōnis quæ 2 { velocior / tardior

humorum motum totius, ille vel præter naturam augetur vel imminuitur, seu quod eòdem recidit vel massa humorū velociùs quàm par est circulatur vel tardiùs. si primum,

vitia velocioris

quoniam eatenùs citiùs fertur sanguis per varia corporis colatoria quàm ut dimittere possit recrementitias aut

1° ō pnt deponi recremta nec excremta deficiunt illa unde

excrementitias sui partes, non deficere non poterunt recrementa, proindeque læsiones variæ suborientur, earum

læsiones functionū quibus destinantur.

præsertim functionum quibus perficiendis recrementa naturaliter destinantur. rursùm quoniam nec excremta

2° regurgitant in sguine recremta congeruntur

nec recrementa deponere sanguis potest, regurgitantque in massâ, fiet ut nimium eorumdem copiâ sensim aggestâ intestinus humorum motus vel augeatur præter modum

augetur † minuitur præter n. sanguinis motus, unde &c.

vel notabiliter minuatur, atque adeò emergunt vitia quæ vitiatum intestinum humorum motum consequi jam diximus. deinde quoniam auctus sanguinis motus defectu

3° ob nimium sguinis motum non pt elabi succus nutritius intromissus excutitur dissipatur, unde

moræ sufficientis in partibus non patitur elabi succum nutritium intrà poros partium nutriendarum, imò etiam intromissum eâdem vehementiâ sui motus dum partes excurrit è suis loculis excutit dissipatque, et totius corporis vel præcipuarum ejusdem partium atrophiam illaturus erit. porrò

atrophia.

4°. aucto circulaōnis motu confertim irruet in ptes sibi viam ab

quoniam augeri nequit progressivus sanguinis motus quin confertim irruat in partes, fiet ut propter inordinatam implicatamque canaliculorum per quos transfertur ab arteriis in venas dispositionem, non nisi difficulter susceptum iter

perficere ~~aut~~ pergere posit, viamque sibi ab extremis — arteriarum finibus tendenti in venas præcludat, unde morbosi hic atque illic tumores, vasorum ruptiones, atque periculosæ humorum extra sua vasa diffusiones: quod si languidè procedat sanguis in vasis, quoniam non stagnare non poterit in partibus usque adeò per moram volatiliores partes à crassioribus secessuræ sunt atque difflandæ, fiet primum ut sanguis majorem acquirat consistentiam. pereat, ita ut aut minuatur saltem plus æquo fermentativus ejusdem motus, ac proinde recensendæ suboriuntur læsiones 2°. ex eo quod stagnet sanguis tardèque trajiciatur per poros partium quibus affunditur, sequetur serosarum partium à reliquis secessus, unde singulæ regurgitante sero sunt imbuendæ, non sine comite laxitate, tumoreque gravi phlegmatico. 3°. quoniam lentè procedens sanguis utcumq; morâ suâ in colatoriis recrementa excrementaque quibus onustus est dimittat, totidem tamen circuitus non ~~dimittit~~ perficit, quot in statu naturali, adeòque nec singulæ ejus partes toties colatoriis admoventur, fiet ut multò minor evadet recrementorum aut excrementorum secretio, ortæque inde læsiones consequantur. 4°. demum quoniam sanguine in partibus remorante difficulter chilus subigitur miscetur; per minima ejusdem partibus, fiet ut et multo tardiùs sanguificatio perficiatur, ac proinde per secessum partium chili volatilium sanguis sensim et sine sensu crudus evadat effoetus ac vappidus, unde recensitæ superius innumeræ læsiones consequentur: neque minor corporis labes inferenda est si vel præter naturam augeatur fermentativus humorum motus aut imminuatur: namque si justo major futurus est, quoniam majorem inducet principiorum attritionem, fiet ut spiritus multò tenuiores mobilioresque in corticalibus cerebri glandulis secernantur, atque adeò et consequantur læsiones omnes quas à nimiâ spirituum tenuitate mobilitateq; deduximus; imò et pro ratione vehementiæ motûs humorum

arteriis in venas præcludes ... hinc tumores, humorum extravasationes, vasorum ruptiones.

5°
imminutâ circulatione stagnabit sanguis evanescent ptes volat. et, consistentiam acquiret majorem unde variæ læsiones

6°
2° difficile ptium poros trajiciet secernetur serum regurgitabit ptes imbuet. unde ptium laxitas, tumor plegmaticus.

7°
pauciores erunt sanguinis circuitus pauciora proinde recrementa unde variæ læsiones

8°
difficulter subigetur chilus tardior erit sanguificatio secedent volatiles chyli partes erit q; ille crudior unde variæ læsiones

Vitia fermentationis auctæ.
1° atterit principia spus tenuiores et mobiliores secernuntur hinc læsiones oēs a spuum tenuitate.

2°. pro ratione vehementiæ motus summè atterunt sanguinis principia, ramenta heterogenea cum spiritibus secernuntur, hinc inordinatus spirituum motus, unde deliria convulsivi motus.

Fiet quandoque ut non spiritus modò sed et propter summam reliquarum sanguinis partium attritionem, heterogenea quoque ramenta promiscuè cum spiritibus corticales cerebri glandulas trajiciant, unde inordinatus fluidi spirituosi motus, ac proinde deliria, motus convulsivi &c. deinde

3° superveniet summa recrementorum et excrementorum confusio, hinc eorumdem vel omnimoda suppressio vel maxima imminutio

verò si major est naturali fermentativus humorum motus, quoniam ita omnes eorumdem partes susque deque moventur teruntur ac confunduntur, non potest non sequi summa recrementorum omnium excrementorumque permistio atque confusio; quarè vel omnimoda superveniet recrementorum excrementorumque suppressio, vel notabiliter eorumdem secretio copiaque minuenda erit. idem namque dicendum de sanguine nimio fermentationis motu donato respectu recrementorum excrementorumque quæ per propria diversaq; colatoria deponenda sunt, ac de reliquis mixtis corporibus quorum partes cribro setaceo aut cartâ Emporeticâ separanda sunt; et sicut videmus oleum aquæ confusum, aut frumentum arenulis, festucis, lolio aliisque mistum determinatas sui partes dimittere propter nimiam singularum mixtionem, nimiumque motum quo dum accommodatis offeruntur foraminulis, statim repelluntur ab iisdem aliorsumque determinantur; ita dicendum recrementitias excrementitiasq; sanguinis partes ob nimium motum nimiamq; mistionem non posse per naturalia sua cribra hoc est glandulas dimitti.

4°. celerius atque vehementius motiva cordis principia movebuntur, hinc et cor, proinde et circulationis augebitur motus et sequentur læsiones supra dictæ.

jam quoniam non potest sanguis citra naturam fermentari quin et ita repetita principia cordis motiva celerius atque vehementius moveantur, sequetur pro ratione divisionis energiæque fluidi cor moventis celer vehemensque motus ejusdem, atque adeo et circularis humorum motus non sine memoratis functionum læsionibus adaugendus erit. quid quod si nimio

5°. accedet febris.

motu fermentativo cieantur humores, et gravis in toto corpore calor (febrem vocant) excitandus est. mitto læsiones quæ in toto

6°. vitiabitur digestio, chilificatio, sanguificatio, nutritio.

nutritionis progressu auctâ humorum fermentatione inducendæ

sunt: neque enim alimenta de more et secundum naturam digeri nec quomodocumque digesta in laudabilem sanguinem facessere, imò nec si forte facessura essent propter dictam omnium sanguinis partium turbam accommodatis partium poris applicari ullatenùs possunt.

Vitia imminutæ fermentationis

1.° ō atteruntur sanguinis partes, minuitur generatio et secretio recrementorum ut spirituum, salivæ, bilis, fermenti ventriculi, lymphæ.

ac proinde læsiones functionum ab iis emanantium, ut animalium, digestionis &

quod si plus æquo minuetur fermentativus sanguinis motus; quoniam catenùs sufficienter nequeunt atteri variæ ejusdem partes, fiet ut multò minor recrementorum copia generetur, multò minor quoque eorumdem copia per colatoria propria excernatur; unde collabi functiones omnes quibus recrementa naturaliter possunt produci necesse erit; ut nec defectu spirituum functiones animales nec naturales defectu salivæ, fermenti ventriculi, bilis, limphæ &c. queant perfici. 2.° quoniam minùs fermentescens sanguis parum obest coälitioni partium ex quibus componitur, fiet ut tantam sensim et sine sensu consistentiam acquirat, quæ liberum eidem ipsi transitum præpediat ab extremis arteriarum finibus in extrema venarum capillaria; unde tumores morbosi vel molestæ partium obstructiones subsequentur. demùm quoniam sanguis lentè fermentescens ac crassus ægrè dimittit suppeditatque cordi partes motivas, fiet ut partis hujus motus tardus ac debilis producatur, unde totius corporis imbecillitas, ut tandem pateat miram in Medico sagacitatem desiderari ad divinandos humorum morbos ac status morbosos, præsertim cum disparati morbi easdem aut consimiles planè læsiones producant.

2.° coalescunt sanguinis partes, concrescit, ut circulando fit minor hinc obstructiones tumores.

4.° ægrè suppeditantur cordi motivæ partes, tardè movetur; hinc totius corporis imbecillitas.

Caput tertium de morbis partium solidarum

Diximus ab initio corpus nostrum prout functiones merè corporeas exercet, satis aptè machinis pneumaticis aut hidraulicis comparari posse: et verò quemadmodum ad liberum dictarum machinarum exercitium non modò fluida sed et

2° ad functiones c̄poris ut pote automatis concurrunt organa s. solidæ c̄poris partes.

solida quoque, præ primis organa concurrunt, quæ nisi debitam conformationem, magnitudinem numerum atque connexionem obtineant, totum organum malè habere necesse sit. similiter dicendum de solidis nostri corporis partibus, quæ reverà functionum omnium corporearum organa censenda sunt.

organa 4^citer^ vitiantr
1° in conformaone 2^citer^
2° in magnitudine 2^citer^
3° in numero
4° in conjunctione.

quadrifariam itaque haud secùs ac machinæ artefactæ vitiari poterunt organa nostra ~~præter~~ penès conformationem, magnitudinem numerum et conjunctionem, quippe illis quatuor affectionibus tota organisationis ratio videtur definita. et dupliciter quidem ratione conformationis vitiari poterunt organa, nimirùm penès figuram aut contextum seu contexturam ~~extimam~~: quoniam verò duplex spectari solet in organo configuratio extima nempe et intima, ideircò duplex emerget species morbi organici in figurâ, in externâ videlicet et internâ. externa figura respicit conspicuos magnitudinis terminos ac modum extimæ superficiei partium organicarum; illa verò pro diversitate partium Multipliciter inverti potest, dum nempe partes quæ naturaliter rectæ sunt, curvæ fiunt, quæque naturaliter curvæ in rectum extenduntur, vel quæ naturaliter prominent, complanantur et è contrà converso: ad figuram verò seu figurationem internam referemus vitia quæ in debitâ meatuum cavitatumque dispositione posita sunt; illaque respiciunt morbum interiorem cavitatum et ductuum seu superficiem intimam vel cavitatem. similiter ratione modi superficiei internæ vitiabitur interior meatuum et cavitatum figura dum cavitates et ductus naturaliter asperi et rugosi leves fiunt, vel qui levitatem requirunt rugosi fiunt asperique; quorum exemplum habemus in primis in ductu intestinorum et

in conformaone 2^citer^ { figurâ / contextu.

figura 2^ex^ { extima / intima.

tracheâ arteriâ: si namque intestina quæ naturaliter interiore sui parte rugosa sunt lævigentur, et trachea arteria quæ secundum naturam interius lævis est, glandularum milliarium intumescentiâ vel aliam quamcumque ob causam multis monticulis aspera fiat, et alimentorum distributionem et vocem notabiliter lædi necessum est.

ratione meatuum cavitatumque simpliciter triplex omninò statui potest morbus quo cavitates et meatus occupari possunt ne consuetis functionibus naturaliter inserviant: vel enim stringentur, hoc est ab aliquâ causâ extrinsecùs comprimente fient angustiora, illeque morbus adstrictio vocabitur: vel interius ab aliquo duro et mucaginoso corpore occupandi sunt et obstruentur, atque ille modus dicetur obstructio; vel demum naturaliter cavitatum et meatuum capacitas in spatium naturali multò majus extendetur; atque hic modus dilatatio dicetur. prioris vitii exemplum habemus in Anginâ seu tumore partium pharingi accumbentium, quæ si nimium intumescant sic ductum œsophagi angustant, ut non possint sine summo labore sorberi liquida solidaque deglutiri. secundi verò exemplum habemus in calculo vesicæ vel renum, quo ureter aut uretra sic obstruuntur, ut urinæ naturalem præcludant exitum. Posterioris demum in nimiâ ventriculi vel sphincteris vesicæ dilatatione, quorum ratione nec alimenta nec urina sufficienter morari possunt in stomacho et vesicâ. multò plura exempla suppeditabit attenta singulorum organorum consideratio.

ad contexturæ morbos quod attinet, illi satis aptè revocari possunt ad flexibilitatem vitiatam, vel soliditatem aut potius rigiditatem rectamque pororum dispositionem ordinem atque situm: quomodo cumque se res habeat, non poterit quin partium organicarum functiones notabiliter lædantur.

etenim si musculi v.g. quorum fibræ naalem postulant flexibilitatem ut contrahi possint membraque moveri, rigidi fiant, quandoquidem non poterunt obsequi vi motrici interius agenti nimirum spiritibus cum suâ copulâ sulphureâ fermentantibus, fiet ut nullo modo vel ægrè admodum ad latera dilatari possint, nullaque proinde fiet musculi decurtatio: contrà verò si quæ rigidæ partes naturaliter sunt ut ossa, morbosam flexibilitatem aut etiam friabilitatem acquirant, quoniam inde inepta fiunt sustinendæ moli corporis ponderumque compressorum gestationi, sequetur læsio in præcipuo ossium usu, membraque omnia vitiosam noxiamque figuram acquisitura sunt. idemq. dicendum de reliquis totius corporis partibus: quippe si colatoria diversa quæ naturaliter mollia sunt et flexilia, rigida fiant, quoniam justo citius admittent humores quos etiam citius transmissura sunt, fiet ut vel nulla vel exigua tantùm fiat fluidorum secernendorum excretio: rursùm si sensuum organa quæ à naturâ flexibilitatem quandam et mollitiem requirunt rigida evadant, cum non possint sensibilium corporum impressiones consueto more suscipere, non poterit quin notabilis in sensuum exercitiis læsio subsequatur.

jam si naturalis pororum situs ordoque pervertatur læsio multiplex suborietur: cum enim ex æquo non possint traducere fluida corpora quibus conceptacula præbent ac ductus, fiet ut pro ratione partis læsio varia ac multiplex inducatur: sic si pori quos rectos esse convenit implicati sint, devii, nec sibi invicem ut par est respondentes, quoniam ægrè mota fluida cursum suum pergere non possunt, hæreant in iisdem necessum est, unde pro ratione

fluidi plùs minùsve consistentis varii emergent tumores vel nulla fiet aut vitiosa actio cui fluidum transmittendo inservit: sic si colatorii cujuspiam pori longè alio modo ordinentur ac debent, ut nec sanguinem nec secernendum humorem admittant, certè intumescent partes, nec nisi difficulter secretio celebrari poterit. item si naalis pororum ordo humoris aquei, cristallini, vitrei corneæque quem rectum secundùm omnem loci differentiam esse convenit, pervertantur ita ut contorti devique fiant; uno verbo si dictæ partes nativam diaphaneïtatem et pelluciditatem deponant, cum non possint admittere et ad nervum opticum traducere radios qui ab objectis reflectuntur, non poterit quin vel in totum vel saltem in parte visionis exercitium auferatur.

advertes obiter licet fluidas partes hoc est humores et spiritus inorganicas partes anteà diximus, ab hoc censu tamen removendos esse humores oculorum qui licet inter solidas partes aptè referri possint, habent tamen saltem manifestam contexturam, scilicet diaphaneïtatem, cujus ratione in numerum partium organicarum referri possint ac debeant.

secundo loco vitiari possunt solidæ partes ratione suæ Magnitudinis, si nempe magnitudo præter naturam augeatur vel minuatur, vel in toto corpore vel in aliquâ ejusdem parte: Enimverò si totum corpus in portentosam excrescat proceritatem atque crassitiem, qualis fuit illa Nicomachi Smyrnæi qui præ obesitate loco se movere non poterat, quandoquidem aucta musculorum moles adepsque interjectus præpedit liberam musculorum contractionem, quoniam item obruta colatoria pressaque nimis adipis copiâ arctiora fiunt quàm ut fluidorum secernendorum copiam consuetam admittere possint, fiet ut motus omnes

musculares functionesque omnes quibus naturaliter destinantur revera manifestam læsionem inde suscipiant: si verò totius corporis magnitudo præter naturam minuatur ut contingit in Ethicis, cum non possint ob singularum partium angustiam humores circulari, nec nutritio nec voluntarij motus nec secretiones liberè perficiendæ sunt: idemque fermè dicendum de Magnitudine auctâ et imminutâ alicujus tantùm partis; etenim si os aliquod augeatur penès latitudinem, gravitatem membri difficilemque membrorum accumbentium motum redditurum est; si penès longitudinem multùm increscat, claudicationem v.g. in tibiis producet: si penès magnitudinem vel secundùm longitudinem vel secundùm latitudinem minuatur in tibiis, similiter vel claudicationem vel propter defectum fulcri musculis necessarij eorumdem motum vitiosè determinabit, ac proinde motus progressionis lædendus est; atque illud idem tùm ad musculos si præter naturam augeantur, tùm ad colatoria membranasque secundùm propriam cujusque partis functionem potest transferri.

Tertiam organicorum Morborum speciem constituit numerus partium, si vel augeatur præter naturam vel deficiat: sic auctus digitorum numerus apprehensionem impedit, et brachia cruraque gemina liberæ progressioni aliisque comprehensivis motibus, repulsivis ut ita dicam jactationi et celeritati officient. similiter si defecerit alteruter oculorum, visio difficiliùs nec nisi incommodâ corporis contorsione perficietur; nec si deficiat renum alter, genitum serum in sanguine sufficienter poterit expurgari, unde innumeri morbi humorum.

Neque dicat aliquis defectum partis cujusque qui pro merâ privatione non ente habendus est, positivam nullam

veramque læsionem inducere; atque adeò defectum illum in numerum morborum organicorum referendum non esse: quippe licet fatear partis alicujus privationem nihil omninò efficientes producere posse, inde tamen non colligitur reverà corpus organicum morborum non esse, atque ex occasione defectus partis cujusdam vitiosè functiones suas non exercere: verùm hæc parvi st momenti.

Ultima morborum organicorum species in conjunctione posita est, hujusque triplex statui commodè potest differentia scilicet in situ vitiato, in contiguitate et continuitate violatis: enimverò si v.g. intestina naturaliter abdominis cavo comprehensa delabantur in scrotum, quoniam inter angustias motum suum exercere non poterunt quin diutiùs hæreant quà faeces quà chylus, unde innumera sequuntur mala: idem dicendum de oculi prolapsu, de situ vitiato cristallini humoris, renum &c quæ sine multiplici functionum læsione supervenire nequeunt. si autem quæ naturaliter contiguæ esse debent juxtàque se positæ partes à mutuo contactu removeantur seu interjecto extraneo quodam corpore, seu ob disrupta vel præter modum laxata vincula easdem ad mutuum contactum cogentia, quod persæpè in luxationibus articulorũ contigit in quibus ossium extremitates loco moventur, sequetur similiter pro partium diversitate et læsio diversa. porò si quæ partes naturaliter separantur contiguæ fiant, non poterit quin contingat in organis læsio multiplex in functionibus, atque eatenùs lædetur vitio. si quidem palpebræ naturaliter discretæ invicem conjungantur aut oculi globo adhærescant; nec minùs digitorum actio comprehensiva læditur si conveniant digiti omnes atque coalescant secundùm latera, ut patet cuilibet ad Machinam

ad machinam attendenti: contrà verò si partes naaliter continuæ ab invicem dissocientur, ut in vulneribus, ulceribus, fracturis observare est, nemo est qui plane non intelligat partis cujuslibet in continuitate violatâ functiones lædendas esse: nec enim si non integrum fuerit organum, qdcumq; contineri fluidum potest a quo nutritionem accipit seu primam factam excludendam est; nec fractum os ullam membris firmitatem conciliare, motibusque consuetis edendis inservire poterit; nec transversim sectus Musculus contrahi, nec sauciatum vas aliquod humores de more continere atque in partes deducere.

Ex quo intelligetis vanam esse illam morbi definitionem ab antiquis inductam in morbos intemperiei, organicos et conjunctionem seu solutionem continui; namque continui solutio peculiarem morbi speciem à conformationis morbis constituere non potest.

Caput 4um de Accidentalibus Morborum differentiis

hactenus essentiales morborum differentias prosecuti sumus, nunc verò ne quid tyrones in librorum lectione moretur, nonnullas alias eorumdem species quæ ab accidentibus morborum repetuntur seu à variis respectibus secundum quos respici solent morbi paucis describendæ, aut potiùs varia nomina quibus insigniri solent morbi pro variis adjunctis definienda sunt. Itaque recensiti morbi tàm organici quàm inorganici habitâ ratione subjecti vel totum occupant corpus et universales dnt, vel aliquam tantùm corporis partem et particulares nuncupantur. rursùm morbus alius externus est qui externas corporis partes infestat, vel internus qui internas invadit. vel morbus primariò in parte à suâ

causâ intùs permanente producitur, et idiopaticus dicitur, ut est phtisis, peripneumonia &c quæ propriam agnoscunt causam in pulmonibus residentem, putà ulcus et sanguinem extravasatum; aut secundariò tantùm afficitur pars aliqua communicatâ labe ab aliâ primò laborante quâ cum aliquo modo consentit ut vulgò dicitur seu communicat; quapropter pars sympaticè seu per consensum laborare et sympatico affectu corripi dicitur; sic affecto cerebro seu per compressionem, obstructionem, laxitatem &c ut non possit admittere consuetam spirituum copiam ad functionum animalium exercitium, idiopaticè quidem laborare diceres; musculosæ verò partes quæ ob cerebri affectum functionibus suis exercendis ineptæ fiunt, sympaticè tantùm affectæ dicendæ erunt.

advertes partium consensum cujus ratione morbus unius partis traducitur aut extenditur in aliam aut enim novum et disparatum producit, è multiplici capite repeti consuevisse. ac 1°. quidem ex viciniâ, namque partium juxtà se positarum proximitas efficit ut facilè affectus unius ad aliam propagetur; sic inflammato ambitu pulmonis, hepatis, lienis &c facilè serpit inflammatio in interiora partium prædictarum, imò et contiguis quoque communicatur putà pleuræ, diaphragmati &c. 2°. ex vasorum aut nervorum communione: facilè enim partes quæ vasorum seu nervorum ope junguntur sibi invicem varios affectus communicant: sic ulcus v.g. cujusdam partis aut abscessus per venas saltem pulmonibus ~~communicant~~ imò et cordi ipsi solent interra quatenùs particulas noxias in venas dimittunt, venæque omnes in cavam effluunt, quæ regia est sanguinis via ad cor et pulmones refluentis. sic affectis ventriculo, intestinis liene &c quandoque propter confluxum sanguinis à prædictis partibus in Portam, jecur multiplicem patitur noxam

similiter propter connexionem quæ intercedit inter nervos et cerebrum imò et nervorum ad invicem fit ut affecto cerebro et nervi inde profecti solitis functionibus fiant inepti, et vicissim læso alicubi nervo, hoc est puncto vel eroso cerebri functiones lædantur, sociorumq; nervorum munia naturaliter perfici non possint: sive enim consensus potest consensus renum cum vesicâ urinariâ, quoniam obstrui non potest vesica quin regurgitet urina in renibus, fit ut affectus vesicæ facilè renibus communicetur et vicissim si renes afficiantur ulcere vel alio quocumque modo propter vasorum hoc est ureterum communicaõnem affectus consimilis in vesicam traducatur.

3°. demum è situ: quippe is plerumque situs est quarumdam partium respectu aliarum ut causa morbosa ex unâ in aliam facilè transferri possit, ut videre est in hidrope, ascite in quâ propter situm superiorem abdominis visceri fit prolapsus serosorum humorum in scrotum. sic enim fit ut dum saliva præter modum viscida et aquosa &c propter situm stomachi depressum viamque in illum pronam ingurgitetur ventriculi cavitas sero, colluvie, adeò ut inde notabile concoctioni vitium accersatur; atque illæ sunt accidentales morborum differentiæ quæ habito ad partem affectam ratione ~~habito~~ seu subjectum morbi considerandæ sunt.

jam verò si spectemus morbum habitâ ratione turbæ quam in totâ corporis oeconomiâ inducit, multiplex ejusdem species emerget; quippe alius magnus dicetur, qui scilicet magnam functionum læsionem infert, alius parvus qui parum obstat functionum ~~læsioni~~ exercitio. benignus alius, qui graviora nulla trahit symptomata; alter malignus, qui præter omnem spem signaq; vulgaria magnitudinis, sævissima infert symptomata: in hoc verò magnus à maligno distinguitur, non quod in magno peræquè ac in maligno summa sit functionum læsio et

gravia symptomata, sed in eo solum quod magnus sit stipatus signis propriis magnitudinem indicantibus, at verò malignus nullum primâ fronte videtur periculum cominari. signa autem vulgaria morbi magnitudinem indicantia repeti solent è pulsu potissimum, atque cum ex urinis in quibus manifestam mutationem observare licet, contrà quam accidit in Morbo maligno in quo pulsus et urinæ parum aut nihil à naturali statu recedunt. cæterum triplex vulgò statui solet morbi maligni differentia, alius nempe venenatus, qui à veneno assumto vel in corpore genito ortum habet et plerumque perniciosus; alter pestilens qui ab aëre inspirato vel ab alimentis summè vitiatis oritur et in plures letaliter grassatur; alius demum contagiosus, qui sese diffundere aptus est, et ab uno corpore in alia per contagium traduci potest. contagii autem nomine intelligi potest effluvium quodcumque quod ab ægro corpore transmissum in aliud corpus quod subit planè similem affectum inducere aptum est.

quod si spectentur morbi ratione motus, durationis finis et exitus, variæ rursùm emergunt illorum differentiæ; quippe si attendamus ad motum seu modum procedendi morborum, quadruplex observare licebit tempus in plerisque morbis, initium videlicet augmentum statum atque declinationem. initium autem seu principium dicemus morborum illud tempus in quo eundem morbi tenorem servant à primâ invasione, nullo incremento insigni adveniente. augmentum verò illud quo morbi similiter increscunt; statum, in quo morbi eandem vehementiam à summo incremento relictam retinent. declinationem demùm vocabimus tempus in quo morbi manifestam patiuntur vehementiæ diminutionem; quocircà vel idem morbus hoc modo consideratus quadrupliciter denominari potest, scilt incipiens, increscens, consistens et declinans.

secundò si morbos pro variâ eorum consideratione considerabimus, alius brevis erit, qui citò movetur et celeriter terminatur; alter longus, qui tardiùs movetur et ad finem perducitur: et brevis quidem si nullam adjunctam habebit vehementiam parvus etiam dicetur, si autem vehementiâ summâ et periculo corpus affliget, acutus vocabitur, ut proinde distinguendum sit inter morbum simpliciter brevem et acutum; nempe omnis morbus acutus brevis est, quin tamen omnis brevis sit acutus; sic febris Ephemera seu diarrhea morbus quidem brevis est, nec tamen acutus est dicendus, eatenùs quia nullam habet vehementiam et magnitudinem adjunctam. itaque acutus morbus propriè est qui cum brevitate junctam habet magnitudinem et vehementiam, illeque rursùm quadruplex (triplex) statui solet, peracutus, acutus simpliciter et acutus ex decidentiâ. verùm peracutus vel est extremè peracutus, qui tertio vel quarto die ad salutem vel ad mortem terminatur, vel peracutus simpliciter, qui ad diem septimam terminatur. acutus verò simpliciter dictus vel est exactè talis qui die decimo quarto terminatur, vel non exactè talis, qui ad 20um. diem producitur. demùm acutus ex decidentiâ illa est qui ad quadragesimum usque diem propagatur, quod tempus si superet in posterùm Cronicus vocatur.

3°. si morbos penès eventum exitumque spectemus, alij salutares erunt, qui nullum vitæ periculum minitantur, alij lethales, qui certissimam inferunt perniciem, alij demùm periculosi qui ancipitem pollicentur exitum, modòque ad salutem modò ad mortem terminantur.

præter enumeratas morborum differentias quæ è variis fontibus eruuntur, sunt et aliæ quæ habitâ ratione caūarum stabiliri solent: si enim causa a primordiis generationis corpori ingenita sit, connatus et congenitus morbus dicetur: si verò post partum superveniat corpore anteà bene constituto

adventitius appellabitur morbus: si autem quæ ingenita est morbi causa à parentibus traducatur, qui et ipsimet morbum puerilem passi sunt, hæreditarius morbus dicetur. rursum si morbus à legitimâ suâ causa productus erit, legitimus nuncupabitur; si contrà, nothus seu spurius: sic angina quæ inflammatio est faucium legitima dicetur si à sanguine extravasato producetur; si verò a serosâ colluvie vel luxatione vertebrarum colli ortum ducat, notha et spuria vocitabitur.

Postremò ratione loci sive regionis in quâ generantur morbi variæ exurgunt morborum differentiæ: qui enim alicui regioni peculiares sunt, in eâque communiter grassantur, cujusmodi sunt strumæ Hispanis, Lusitanis tabes, Alpianis Broncocele, Endemij seu gentilitij et vernaculi dicuntur; qui verò in regione qualibet populariter grassantur, ita tamen ut nec alicui regionis proprii sint sed quamlibet indiscriminatim infestent, illi Epidemij seu populares appellantur. demum qui populariter grassantur ita tamen ut nec alicujus regionis peculiares sint nec unam eandemque naturam obtineant, illi Sporadici seu varii dispersique vocitantur; cujus generis sunt tusses molestæ, pleuritides, rheumatismi &c in uno et eodem tempore, in unâ eademque regione multos infestantes.

Appendix de Crisibus seu morborum mutationibus.

Ad eventum exitumque morborum commodè referri possunt mutationes variæ quæ in morbis contingunt, quippe quæ modò salutares, modò perniciosæ sunt. de his igitur non erit abs re pauca disserere, quippe longè aliter sentiunt recentiores de crisibus seu morborum mutationibus quàm veteres, longè alia curandi ratio hisce temporibus quam priscis. mutationes morborum duplicito

spectarunt antiqui, vel dum morbus unus in alium commutatur, ut contingit in febre tertianâ quæ in 4tanam, in Apoplexiâ quæ in paralisim degenerat; vel dum morbus absolutè et simpliciter solvitur absque alterius interventu et ad salutem vel ad mortem terminatur: quoquo modo rursum dupliciter morbum solvi aiunt, vel sensim et sine sensu, aut subitò et de repente: dum sensim et paulatim desinit morbus ad mortem, ejus mutationem Marasmum vocant; secùs verò dum ad salutem morbus terminatur ejusdem mutationem lysim seu solutionem simpliciter dicunt: quod si subitò ac de repentè solvitur morbus, ejus mutationem seu judicium et morbum criticè judicari aiunt; unde juxtà illos crisis nihil est aliud quam subita et repentina mutatio morbi ad salutem vel ad mortem, et licet quandoque vox crisis apud veteres scriptores accipiatur pro quacumque humorum secretione vel excretione, frequentior tamen et usitatior est Crisis acceptio pro judicio morbi; nempe idem fermè putabant veteres contingere in morbis et in corpore nostro ac in foro judiciario; et sicut in foro judiciario dum capitalis agitur causa, concurrunt actor et reus pertinaciterque congrediuntur donec vel actor probatâ causâ victor evadat vel reus crimen in se congestum amoliatur; haud dispari modo in mutationibus morborum concurrere morbum causamque morbificam statuebant veteres, et concurrere adversùs naturam quam vel quodammodo rationem habere dicebant, idemque tamdiu donec vel morbus victâ oppressâque naturâ superior esset, vel natura morbum causamque ejus depelleret; aliaque magnificis verbis de crisibus venditare non ita pridem consueverant Medici, quæ hic afferre tediosum esset. ne quid ergo morer; in qualibet crisi seu morborum mutatione quatuor observanda

(sancebant

censebant, videlicet movens, mobile, terminum à quo et terminum ad quem. moventis quidem nomine nãam ipsam intelligebant; quatenùs illa motûs omnis in ẽpore principium habetur; naturæ enim noxiorum humorum coctiones, coctorum secretiones et tandem eorumdem excretiones tribui omninò juxtà illos fuit congruum: mobile autem dicebant causam morbificam et humores vitiosos et crudos qui immutatione quâdam aut potiùs coctione indigebant ad sui excretionem. terminum à quo inciperet crisis — augmentum morbi statuebant. tandem terminum ad quem crisis desineret; sanitatem aut statum illi proximum vel etiam transitum in aliam morbi speciem voluerunt. cæterum pro variâ morbi naturâ tardiores vel celeriores crises expectandas esse putabant, ita ut acutas celeriùs; longas verò tardiùs indicari necessum fuit.

jam verò crisim alteram perfectam veteres agnoscebant aliam imperfectam. perfectam quidem vocabant eam quæ ægrum perfectè integrèque à morbo liberabat seu ad salutem seu ad mortem terminaretur: alteram verò imperfectam in quâ morbus absolutè non desineret, sed reliquias post se relinqueret, adeòque et locum crisi futuræ: ad perfectam autem crisim sex omninò desideravunt conditiones. prima quidem, ut optimis signis indicaretur; 2ª. ut manifestam sui speciem præferret. 3ª. ut die critico contingeret. 4ª. ut fida foret et tuta, adeòque nec recidivam minaretur. 5ª. ut secura et sine ullis periculosis symptomatis; 6ª. demùm ut morbo et ægrotantis naturæ et conditioni congrueret, ut si acutus foret morbus per excretionem, cronicus per abscessum indicaretur; si in juvene, excretione; si in sene, aliâ viâ terminaretur; ut febris ardens in juvene per hæmorragiam, in sene per alvi fluxum solvenda foret. hæ sunt conditiones quibus perfectam crisim stipari voluerunt

antiqui: has ordine explicare non est animus; quippe multa alio loco tradenda sunt; de diebus criticis tantùm agemus, quippe qui etiamnum practicos nonnullos morantur in morborum curatione. dies itaque vocant criticos illos in quibus crises solent contingere: verùm non una eorumdem est species apud antiquos; alii enim perfectè critici sunt, alii indices, reliqui incidentes, qui et intercalares, irrepentes, vel provocatorii nuncupantur.

Perfectè critici seu principes et radicales sunt illi qui numero septenario comprehenduntur, ejusmodi sunt 7us 14us et 20us in quibus videlicet præcipuè morborum acutorum mutationes contingunt: dico acutorum, namque nulla habetur ratio dierum criticorum in Cronicis; imò qui morbi ad 14um diem extenduntur, illi eatenùs criticè indicare creduntur, quatenùs ex acutis producti sunt crisi imperfectâ indicatis, unde acuti morbi ex decidentiâ dicuntur. indices verò dies qui contemplabiles et internuncij dicuntur sunt qui crisim septenario futuram indicant, illique tres numero recensentur, videlicet 4us, 11us et 17us. contemplabiles vocantur eatenùs quia potiùs ex urina quæ hoc die ~~[illegible]~~ fieri debet observatione futura crisis præsagiatur; convenit tamen inter antiquos quartum diem certiùs crisim indicare quam undecimum et decimum septimum; nonnulli enim cum Archigene aliisque quibus vigesimus primus Criticus est, indicem statuunt 18um, quanquàm usitatior mos fuerit posterioribus temporibus 17um inter indices, 20um inter criticos numerare.

quod spectat ad intercidentes seu intercalares dies, illi locum obtinent criticos inter et indices, unde interjecti et intercidentes nuncupati sunt; suntque numero 3us 5us 9us 13us et 19us, in quibus singulis aliquod perfectæ criseos molimen observari consuevit; reliqui verò dies qui neque critici, neque indices, neque intercidentes sunt vacui seu

medicinales nuncupantur; in illis quippe crisi nulla nec futuræ criseos signa se produnt, nec imperfectæ ejusdem criseos apparatus observatur, unde vacui dicti sunt; medicinales verò quatenùs in illis minorativa saltem purgantia tutò exhiberi poterant: sunt autem ordine 6.us 8.us 10.us 12.us 16.us 18.us. præter enumeratos dies criticos in longioribus morbis recensentur 27.us 34.us et 40.us. à quadragesimo ad centesimum computum fieri solebat per vicenarios, ut 60.us 80.us 100.us et 120.us pro criticis quomodocumque habentur; ab hoc verò tempore nulla criticorum dierum habita est ratio; jam et illud quoque advertendum est dierum criticorum fuisse institutam computationem ab eâ horâ in quâ æger manifestam percepisset functionum læsionem; et quia varias ob causas turbari poterat computatio vel dubia reddi, idcirco volut in summâ præscripserunt antiqui in puerperis febre acutâ laborantibus si partus naturalis foret numerum dierum criticorum ducendum esse à febre non à partu; si contrà partus foret præternaturalis, computationem à partu non a febre ducendam: similiter in vulneribus capitis et aliis quibuscumque dies criticos numerandos esse à die vulneris non à febris invasione: demùm in recidivis morborum dierum criticorum numerum habendum non quidem à tempore recidivæ, sed ab ipso morbi principio. hæc sunt quæ de crisibus summatim præmissa volui ut intelligatis inde discrimen quod interest Neotericos inter et veteres in observandis morborum mutationibus.

jam verò quæ sit eâ de re Neotericorum sententia, paucis accipite: et primò quidem ut non negant morbos plerosque criticè terminari, seu quod idem est solvi, præmissâ semper manifestâ quadam corporis mutatione quæ in acutis præsertim multiplici evacuatione quà per secessum, vomitum, diuresim, aut transpirationem absolvi consuevit; ita superstitiosam illam dierum criticorum observationem ut futilem imò et

noxiam expungunt: enimverò præterquam quod ut et ipsi fatentur antiqui difficulter admodum quis determinaverit principium in plerisque morbis, atque adeò vix et quis dies decretorius, quis index, quis intercalaris, quis vacuus et medicinalis futurus sit, ignorari necessum est, accidit quod parum constans sibi videatur natura in morborum mutationibus, ut quandoque crisis contingat die 6°, modò 9°, quandoque 12°. 15°. aliisq; diebus qui inter principes locum non obtinent: unde fuere inter veteres qui doctrinam illam de crisibus ~~in morbis acutis non modo~~ tanquam inanem exsibilarint, quod et servile illud studium erga veterum sancita de crisibus in morbis acutis non vanum modò sed etiam periculosum est: quid enim in morbis sperandum si sibi ipsi natura relinquatur, neque ullis efficacibus juvetur remediis ad jactatam illam noxiorum humorum coctionem, coctorumque evacuationem promovendam. quid si omnis opera Medici in dierum indicum intercalariumq; observatione, prognosique accuratè instituendâ impendatur, de ægro futurum est: quæso vos annon ista medendi ratio barbara cuivis habenda sit, quæ totam morborum curam naturæ committit per summam morborum calamitatem et curæ medicæ contemptum; quasi magni sit moliminis ex certis indiciis varios naturæ motus ad salutem vel mortem præsagire, neglectâ (quod primarium est) morbi curâ. annon jure quis religiosos illos dierum criticorum observatores ignavo illi barbaroque comparare possit, qui delapsi cujusdam in gurgitem varios motus et jactationes ex ripâ explorans pacatus, nihil tamen ad demersi salutem moliens, pronunciaret adstantibus hoc vel illo tempore penitùs absorbendum extinguendumque! annon inter accuratas illas rationes jure quis putet imponi stultæ plebeculæ: annon demùm cordatus quisque intelligat tot vanas inter medicorum observationes famæ potiùs consuli quàm saluti: sed quis sit; cæpio enim animo ut par est accipere libet illam agendi rationem veterum practicorum longo confirmatam usu et experientiâ. video periculosum illud de crisibus dogma tam

tam altas jecisse radices non fallaci quidem Medicorum consilio imò potiùs propter servilem illam reverentiam qua singula dicta Hippocratis prosecuti sunt: cum enim Hyppocrates in aphorismis concocta non cruda medicanda id est purganda esse pronunciasset, coctioque humorum vitiosorum non statim sed lenté statisque dieb. tentari debere putaretur, factum ut religiosé singulis diebus coctionem humorum ex urinis præcipué explorarent: factum est quoque ut non nisi apparentibus coctionis signis elapsoque die critico, in quo tamen inchoatam humorum coctionem perfici autumabant, purgans medicamentum aut quomodocumq. evacuans præscriberent. hinc sané est quod medici tamdiu religiosi fuerint dierum criticorum observatores: hinc est quod tam serò phriges sapuerint. Ergo ut antiquorum errorem radicitùs auferamus, quid coctionis nomine intelligendum sit prius definiendum videtur: antequam tamen ad eam accedamus abs re non erit hic institui sermonem non de coctione naturali, quâ seu alimenta seu humores apti fiunt ut convertantur in alimentum seu nostri c̄poris substāiam, sed de coctione illâ quâ noxii vitiosique humores disponuntur ad ~~evacuationem~~ expurgationem: Ex quo intelligitur coctionem illam quam desiderabant antiqui, antequam purgans ~~medicatum~~ exhiberent, respicere tantum morbos in quibus putredo quædam aut potiùs putridi quidam humores supponebantur in massâ sanguineâ, adeòque illos qui celeriter et cum ~~motu~~ periculo sua percurrebant tempora, quique vulgò acuti consueverant appellari. quo posito statuimus juxtà veterum sententiam cruditatem humorum nihil esse aliud quàm pravam quamcumq. humoris cujuscumque noxii qualitatem statum ~~seu~~ dispositionem ratione cujus non possit expurgari; coctionem verò ēē mutaonem quamcumque humorum seu corruptionem arte vel sponte seu à calore naturali inductam, ratione cujus expurgari facilé possint. dico expurgari, ut indicem viam per quam excerni corruptos humores volebant antiqui, namque inoleverat hæc apud illos opinio, corruptos crudosque adhuc humores licet per urinam excerni possent aliquâ ex parte, non posse tamen per primas vias eliminari, nisi præviam admisissent coctionem: itaque cum vitiosos humores non omninò per sudores aut per urinas vacuari

multiplici experimento compertum est, atque adeò in morbis omnibus acutis ad medicamentum purgans deveniendum foret, quod frustrà usurpatum censebant veteres, nisi prius putridi humores ad maturitatem et coctionem deducti fuissent, mirum videri non debuit tam cautè illos processisse in purgantium medicamentorum administratione, illaque non nisi promissâ coctione elapsoque die critico in usum revocare. nihilominùs tamen multa sunt quibus à tam vanâ medicandi ratione potuerint veteres avocari, nisi plus nimium voces cruditatis coctionis amassent et rationis ductum potiùs quam antecedentium gregem sequi maluissent: Enimverò quid nominibus cruditatis et coctionis noxiorum humorum intelligi vellent antiqui non satis explicarat; neque enim peculiarem hunc modum ratione cujus humores dicendi sunt crudi atque adeò purgationi inepti ut nec illum cujus ratione iidem humores dicuntur maturi atque adeò excretioni comparati sufficienter exponunt, et licet ex his quæ dictitant dum noxios et crudos humores imperant ad excretionem præparandos et disponendos, adeòque es calidiores refrigerandos, refrigeratos calefaciendos, crassiores attenuandos, tenuiores incrassandos &c utcumque modus cruditatis & coctionis elici posset, ex eo tamen sancta tectaque mansura sunt eorum fundamenta.

quæro enim 1°. unde habeant antiqui crudos humores non posse per primas vias eliminari ac, per quas excerni fatentur per urinas; quid est quod hepar, pancreas et glandulæ intestinales sicut et renes promiscuè cum consuetis fluidis, noxios non dimittant. 2°. dato quod humores crudi eliminari sponte non possint, nisi prius susceptâ aliquâ mutatione, coctionem voca per me licet, annon inducto novo motu in sanguine ab assumto medicamento purgante illi statum cruditatis deponere possunt, et si non fictitiam illam coctionem et maturitatem quàm à calore nativo suboriri falsò dicebant, acquirere eam saltem partium attritionem atque conquassationem assequi, ratione cujus

per primarum viarum colatoria excerni possent, si dixeris purgans medicamentum non esse comparatum huic mutationi inducendæ sed totum coctionis opus esse caloris nativi expurgantis quidem coctos humores educere, caloris verò nativi concoquere et ad excretionem disponere, habes teipsum tibi repugnantem, nam fateris cum Hippocrate concocta medicari oportere non cruda nisi turgeant, et vel etiam cruda ubi turgent purgantibus subjicienda; atque si cruda dum turgent purgari excernique poterunt, multò magis dum non turgent purgari posse dicendum erit, namque multò difficilius est turgentem idest motam summoperè crudam materiam sanguini confusam ab eodem extricare, quam quæ minùs mota minùsque confusa est

3° quandoquidem in acutis omnibus non apparent ~~signa coctionis~~ futuræ criseos perfectæ sanitatis, 7° 14° vel 20° futuræ, immò grave imminet periculum ne cum præfixis diebus natura crisim et coctionem molitur penitùs obruatur succumbatque, imprudenter certè egerit quisquis in diebus hisce manifestoque ægri discrimini totum opus corpus naturæ commiserit spectans securus eventum coctionis, cujus tamen ut supponitur bona nulla signa diebus indicibus observantur; annon meritò vos melius sperandum sit si parùm de putatitiâ illâ coctione sollicitus, quam natura non potest pravorum humorum excretionem sustinere arte adhibitoque quocumque tempore purganti medicamento velut extorqueat.

Neque dicas et hanc quoque fuisse veterum praxim, videlicet ut medicinalibus diebus purgantia saltem minorativa præscriberent, vel etiam antè prægressam crisim et coctionem, atque adeò sic ægri rebus consuli, qui videlicet antequam adveniret dies criticus aliquâ ex parte vitiosis crudisque humoribus exoneretur, indeque posthac multò facilius naturâ oneris parte sub motâ insurgere adversùs adversùs causam morbificam seu crudos humores, eorumque coctioni die critico majori vi multòque minori periculo suscipere; enimverò utcumque minorativis purgantibus uteris, fatendum tamen potiorem vitiosorum crudorumque humorum partem intactam in corpore superesse, quæ cum dubia coctionis signa præcesserat,

dubiam semper ægri salutem relinquit: unde si minorativis quidem, obtendis aliquam humorum etiam crudorum partem educi posse, quidni ausis et validiora præscribere, quæ vitiosos omnes humores utcumque crudos excutere possint atque eliminare; aut si reperis morbi conditione impediri quominus validioribus utaris catarticis et emeticis, quid est quod non minorativa frequenter et nullo habito dierum discrimine usurpes, quasi vitiare posit discrimen id quod æger adducitur ex coctione illâ crudorum humorum natæ credità.
4°. illud est quod reprehensione dignum videatur in practicis — Crisium observatoribus, quod nempe illi die critico quantacumque observetur turba in corpore et humoribus, quantumcumque grave immineat vitæ periculum, ubi humores impensè turgent intentantque omnia mortem, non ausint tamen magnum aliquod remedium præscribere, cujus generis sunt purgans medicamentum et sanguinis missio: quasi verò effatum illud practicum, videlicet (naturam non esse avocandam ab opere) lex sit quam violasse nefas est; quasi verò sapientius altum naturam malè agentem et commentem explorare quam eandem à malo liberare et saburrâ illâ cui cogitur succumbere. porrò quid est quod critico die urgente necessitate ac omnibus propemodum desperatis, si tandem ita dubium antiquis censetur purgans medicamentum die critico, non malint tamen cum Celso anceps experiri remedium quàm nullum. hæc sanè sunt quæ recentiores practicos à trito illo antiquorum tramite jure merito revocarunt: nonnulli tamen etiamnum reperiuntur inter illos qui vulgatas illas cruditatis et coctionis voces licet videant, criticorum tamen dierum observatores se produnt, noluntque nisi præstitutis diebus criticis prægressis motibus purgans medicamentum eo fine in acutis imò et in aliis etiam morbis usurpare, ut videlicet certa determinataque massæ sanguineæ principia reliquis implicata proliciantur, adeòque massa sanguinea per secessum harum vel illarum partium heterogenearum ad pristinum et naturalem statum restituatur. 2°. supponunt ad extricationem hujus vel illius generis particularum sanguini confusarum requiri præcipuam seu digestionem seu fermentationem; ita enim vertunt antiquorum

antiquorum coctionem, atque in hujusmodi suppositis confirmatiōnem varia congerunt exempla ex chymicorum operibus repetita: si quidem inquiunt mustum in se contineat spirituosarum partium, easdem tamen distillando ægrè prolexeris nisi prius mustum diutinæ spontaneæque fermentationi subjeceris, donec tandem in vinum commutetur, ac protinus levi operâ spirituosas partes hoc est spiritum ardentem sit dimissurum; idemque prorsus usu affirmant in separatione spirituum ardentium qui è succis pomorum ac plerorumque fructuum eliciuntur, quæ nisi præmissâ fermentatione vix quidquam aliud nisi olea fixa empireuma redolentia fundere solent. idem demum dicendum aiunt de secretione spirituum volatilium alkalinorum qui ex animalium humoribus aut vegetabilium succis quibusdam obtineri solent, qui quidem ægrè omninò nec nisi summâ ignis torturâ ex crudis et non putrefactis proliciuntur, ex putridis verò et fermentatis levissimo ignis gradu; unde tandem sic arguunt. idem statuendum de secretione quæ fit tempore præsentis medicamenti in morbis acutis, ac de illâ quæ in reliquis succis ignis ministerio obtinetur: sed ex dictis patet non posse succos varios tam vegetabilium quam animalium optata principia dimittere nisi prius seu digestionem seu fermentationem dierum aliquot passi sint: Ergo et similiter extrahi extricarique non possunt partes heterogeneæ sanguini confusæ nisi prius dierum aliquot digestio seu fermentatio præcurrat, cujus ratione ita subigi possint atque extricari a reliquarum amplexibus, ut facilè medicamentis purgantibus obsequi possint: jam verò cum extricatio isthæc partium heterogenearum pro variâ earumdem conditione modò brevius modò longius temporis intervallum requirat, hinc est quod meritò concludere videantur non die quolibet indifferenter, sed modò citius modò tardius purgans medicamentum usurpandum esse. uno verbo non nisi præmissis criticis motibus sufficientique fermentatione quam septenariis quibuslibet dieb. pro vitiosarum partium naturâ absolvi longa comprobavit experientia.

hæc sunt quæ recentiores nonnulli satis ingeniosè, ad tuendam veterum sententiam opponunt. verum licet illi non superstitiosâ quâdam

crudelitate ad dierum criticorum observationem moveantur, sed speciosis quibusdam ratiociniis peræque tamen patent atq; antiquis propositis argumentis: sic enim etiam nondum extricatis heterogeneis partibus in massâ sanguineâ medicamenta purgantia minorativa veterum consensu præscribunt; si item et validiora dum surgent vitiosi humores ut licet nondum cocti, seu ut eorum verbis utar nondum extricati sint atque digesti usurpare non exhorrescant; si demum non negent etiam ante prægressum motum criticum minorativis purgantibus aliquam vitiosorum humorum partem educi posse; quidni et diebus quibuslibet etiamsi nondum sponte facta sit partium heterogenearum extricatio in dubiis ægri rebus incertisque apparentibus coctionis signis audacter adhibeant et purgans medicamentum et venæ sectionem præscribant, quæ magna sunt remedia: sed pressius respondendum allatis experimentis quibus constare videtur non quolibet tempore et quocumque statu nonnulla corpora dimittere posse determinati generis principia, ut de musto aliisque succis dictum est. non diffitebor equidem in prædictis succis sicut et in corporis nostri humoribus requiri præviam quandam digestionem et fermentationem ut possint facilè dimittere certas sui partes aliis intricatas: fatebor quoque non quodlibet agens etiam vehementissimum quale est ignis intensissimus nonnullas corporis nostri partes à reliquarum amplexibus liberare; certo certius est ex allatis experimentis. attamen omnibus indubitatum est vel simplici cujusdam heterogenei corporis mistione faciliùs promoveri desideratam partium extricationem è succis plerisque, quam si fermentationi suæ et digestioni spontaneæ relinquantur: et verò videmus mustum quod sibi relictum non nisi trium quatuor aut quinque mensium spatio tartareas confusas partes dimittit vomitque, admixtâ cretâ, ovorum testis, rasurâ aut assulis fraxineis vel intrà viginti aut triginta dierum spatium tartarum eructare atque in vinum jucundum satis et quandoq;

vetustam æmulans commutari. similiter constat urinam crudam qualis mittitur, quæ aliàs quatuor aut quinque ~~septima~~ nanum fermentationem postulat ut spiritum alkalinum levi igne dimittat, si calci vivæ affundatur statim et sine ministerio ignis spiritum volatilem summè acutum dimittere: ac ne aliena repetamus exempla, liquet experientiâ quotidianâ vel assumtis guttis aliquot spiritûs cujuslibet acidi aut salsi vel etiam granis aliquot cremoris tartari aut ejusdem salis fixi, aut demùm pulveris millepedum suppressum quomodocumq. aut notabiliter imminutum urinæ profluvium restitui atq. urinam strictiùs reliquis principiis involutam factâ prædictorum mixtione corporum in sanguine protinus extricari. porrò patet vel in sanis purgans quodcumque adhibitum medicamentum etiamsi nulli supponuntur vitiosi humores in massâ sanguineâ nihilominùs tamen serosos multos humores salibus onustos, bilem &c per primas vias educere: quæ cum ita sint quidni quolibet die morbi acuti purgans medicamentum securè præscribamus, quòd sive extricati sint succi vitiosi sive non ex æquo tamen possit eosdem exutere artificiosâque fermentatione involutos extricare præsertim ubi incerta sunt omnia graveque imminet periculum.

Sectio Secunda
de causis Morborum

Caput Jum de causis morborum Humoralium &c.

quandoquidem dicimus tripliciter humores vitiosos fieri seu morbosos, dum videlicet peccant quantitate, substantiæ modo et motu, propositum ordinem in causarum enumeratione sequemur, atque ut à quantitate humorum vitiosâ exordium faciamus, quoniam illa seu aucta seu imminuta præter naturam officiat functionibus, idcircò distinguendum statim inter causas quantitatem humorum præter naturam augentes eandemque præter naturam imminuentes. augent humorum quantitatem imprimis potulentorum

et ciborum ingurgitatio: cum enim nimius ciborum usus atque potulentorum multò majorem chyli copiam profundat sanguinique ministret quàm quæ requiritur ad continuam quæ fit naturaliter jacturam humorum resarciendam, non potest quin sensim et sine sensu sanguinis massa continuo novi chyli provento quantitate notabiliter augeatur, vasorumque summam turgescentiam inducant. confert quoque ad præternatale humorum incrementum vita deses atque otiosa; cum enim defectu motus muscularis sufficienter conquassari non possint humores, fit ut principia massæ sanguineæ magis activa maneant crassioribus involuta, adeóque et motus ejus fermentativus tardè lentéque procedat: Ex quo ulteriùs sequitur multò minorem fieri quarumcumque partium tam solidarum quàm fluidarum dissipationem: cum enim minori tantâ dissipatione partium continuum ac consuetum chili ~~non possit~~ proventum, non possit quin alióquin humores notabile suscipiant incrementum, plethoram veram ad vasa excitari erit necessum. huc demum referri poterit consueta cujusdam evacuationis suppressio ut menstruorum purà in mulieribus; hæmorroidum, diarrheæ periodicæ, hæmorragiæ, quippe suppressis hisce omnibus cujuscumque humoris excretionibus non naturaliter in plerisque corporibus contingunt, sanguis superfluis atque redundantibus hisce humoribus gravis atque turgescens sensim et sine sensu quoad molem et quantitatem augendus erit. altero modo penès quantitatem apparenter saltem augentur humores varias ob causas quas hic recensere nihil opus est: cum enim plethora apparens in eo posita sit ut nempe humores alioquin quantitate non peccantes propter conceptam fermentationem præternaturalem præter modum expandantur et rarescant. rarefactionis hujusce causæ omnes commodè in alium locum referendæ sunt, ubi de causis aucti motûs intestini sanguinis dicemus.

3º loco quantitate peccant humores imminutâ, cujus quidem defectûs causæ in promptu sunt: nemo enim nescit ~~[illegible]~~ nativam

humorum quantitatem immodicâ eorum evacuatione sic imminui ut functionibus obeundis fiant impares. norunt quoq; omnes jejunia diutiùs producta notabile humorum decrementum posse inducere; planum enim est si continua partium tam solidarũ quam fluidarum dissipatio alimentorum assumtione non reparetur, fieri non posse quin humores sensim et sine sensu exhauriantur, ineptique fiant defectu copiæ sufficientis qui et nutritionem et reliquas animales functiones fovere possint. denum multiplici patet experientiâ immodica corporis exercitia ut sunt coacta peregrinationes, ponderum assiduæ gestationes, effrænata venus, febres quoque ardentes propter summam quam inducunt humorum extenuationem atque dissipãonem accrescere posse humorum præternaturale decrementum.

2ª. classis causarum morbosarum quæ inducere solent vitium in substantiâ humorum intricatior est priori; cum enim plerique morbi substantiæ in humoribus priores alios præsupponant quos velut causam agnoscunt, ideirò non parva occurrit difficultas in enumerandis hujusmodi causis: nihilominùs tamen quia à vitioso statu principiorum massæ sanguineæ hoc est phlegmatis, terræ, salis, et sulphuris, morbosi reliqui humorũ status deduci possunt, idcirò indigitare sufficit causas quibus inverti solet nãalis principiorum sanguinis textura; ex eo enim haud difficulter morbosæ reliquæ sg̃uinis dispositiones elicientur; neque tamen sperare ausim dinumerari posse ita accuratè causas morbosas quæ vitiare solent principia massæ sanguineæ, quin et multæ prætermittantur, quin et iisdem producendis diversæ speciei morbi concurrant: in tantâ tamen caligine facem utcumque præferre et causarum summam ad certa capita referre satis erit; atque ut à phlegmatis vitiis ordiamur, augeri illud præter nãam potest multipliciter.

1º quidem immodico potulentorum et ciborum aquosorum usu: cum enim eatenùs multò major aquearum partium copia sg̃uini suppeditetur quam naturaliter requiritur ad debitam humorum fluiditatem tuendam, non regurgitare non potest in vasis phlegma:

deinde suppressa quomodocumque serosorum humorum evacuatio quæ fieri consueverat per vias consuetas, cujus generis sunt renes, narium, palati intestinorumque glandulæ, vel per insolitas, quæque arte vel casu parantur, ut sunt ulcuscula cauteriis inusta vel aliâ quacumque ratione producta: patet namque tantum seri aut phlegmatis præter naturam in vasis colligendum esse quantum eliminari debuisset. demum rer saltem augere valent phlegmatis copiam in sanguine balnea humidaque aëris constitutio, acida et salsuginosa humorum crasis: et balnea quidem aërq; humidus, quatenùs per laxatam cutis contexturam à particulis aqueis dimittunt intrà corpus nitrosas partes quibus tum aqua tum aer referta sunt, quæ inductâ quâdam velut partium sulphurearum coagulatione excretioni secretionique reliquorum reliquorum humorum ansam præbent; idemque dicendum de succis acidis in sanguine prædominantibus, nempe quæ licet dum figunt ramosas lymphæ partes constria effringuntque interjecti seri partes excutiunt, parilem quoque salsa fixiora seri redundantiā in sanguine producunt, quanquàm dispari prorsùs ratione, quippe salsa non figendo partes sulphureas imò infringendo potiùs easdem imminuendoque seri proventum justò majorem inducunt carpuntque tomentum partium sulphurearum, fieri non potest quin conclusum in bullulis et loculis suis lymphæ serum dimittat adeòque et supereminent phlegma relictis massæ sanguineæ principiis. ex quibus colligendum non semper ab enumeratis hisce posterioribus causis reipsa augeri phlegmatis copiam in sanguine, sed apparenter tantùm; imò non tam copiâ suâ serum functionibus noxam inferre quam mistionis defectum: secretum enim serum a reliquis principiis quibus naturaliter implicari oportuit iisdem supernatans easdem prorsùs læsiones inferre aptum natum est, ac si reverà quantitate foret adauctum. jam verò phlegmatis in sanguine copiam imminuere valent et simul ac semel ejusdem terream constitutionem excitare

primum usus terrestrium succorum et alimentorum, potiùs defectus &c. et verò cum phlegma omne quo diluitur massa sanguinea ex alimentis aut potulentis repetatur, jamque alimenta hæc sicca torreaque ingeri supponantur, imò nec aliunde liquida sorbeantur, planum est sanguinem sensim et sine sensu ita partibus aqueis expoliandum esse ut terrea pars facilè reliquis ad sensum necessè prædominetur: dixi ad sensum, quoniam certum est quicumque error committatur in victu vix tamen sensibile aliquod incrementum terræ advenire posse in sanguine, quippe multò minor quàm excogitari possit terrearum partium copiâ ex alimentis utcumque terreis trajicitur in venas lacteas; terreaque oīs alimentorum pars nisi tantillam ejusdem copiam exceperis quæ sulphureis chili partibus jungitur in crassiora devolvitur intestina foras eliminanda: unde dum terream dicimus massæ sguineæ constitutionem, aut potiùs naturali phlegmatis copiâ destitutam, illud intelligi volumus, nempe massam sanguineam justo fixiorem, aut si ita loqui fas est, sicciorem esse, non quòd terrea pars multò majus incrementum acceperit, sed quòd illa minùs divisa, arctiùs tum sulphureas tum salinas humorum partes complectitur.

2°. naturalem phlegmatis copiam sufflaminare, possunt adeòque terream sanguinis constitutionem inducere quæcumque humores ita exagitant ut fluidiorem eorumdem ptem excutiant atque in hunc sensum referri possunt aër æstivus, febres continuæ, vigiliæ, dolores, labores immodici, venus effrænata vehementioraque animi pathemata: etenim quoniam nimio solis æstu summopere humores excandescunt, aut ut minùs metaphoricè loquar, majorem fermentationis motum concipiunt adeòque implicatæ partes aqueæ crassioribus lymphæ partibus ut et salia quoque volatilia extricant, fit ut per rarefactam cutis contexturam aut dilatata ejusdem consueta spiracula quodcumque aquosum et volatile est in sanguine, effluviorum specie vaporetur, ac proinde sanguis terreus aqueoque humore

destitutus evadat. idem semper contingit quoties ab internis causis fermentativus humorum motus augendus erit ut in febribus continuis. quod spectat ad vigilias diutiùs protractas illæ eatenùs aqueum sanguinis humorem exsolvunt quatenùs summam corporis incalescentiam inducunt, adeòque fluidarum etiam partium dissipationem promovent. quî vigiliæ producant incalescentiam inquisitione dignum videtur: neque enim quis primâ fronte putaverit à jugi et continuo spirituum animalium influxu in partes qualis in vigilantibus fit per nativum sanguinis motum atque calorem intendi præternaturaliter: nihilominùs tamen si attendamus ad ea quæ in vigilantibus contingunt, non mirabimur tantum æstum à vigiliis diutiùs protractis excitari posse: enimverò licet ad nativum fermentationis motum in humoribus conservandum concurrant spiritus jugiter influentes; si tamen naturali major sit influxus au diu noctuque pari copiâ procedat, aliter fieri non potest quin sensim et sine sensu naturali major æstus et fermentatio sanguini accersatur: quippe ad debitam humorum temperiem conservandam omninò requiritur somnus, atque adeò quædam velut influxus spirituum suppressio, ne videlicet conceptus motus inter vigiliæ exercitia præternaturaliter augeatur, sed per dilucida intervalla quodammodo remittatur: itaque vigiliæ eatenùs augent calorem et motum sanguinis, quatenùs spiritus à cerebro in partes musculosas et sensiles continuò affluentes in hisce omnibus partibus nativam sanguinis ~~constitutionem~~ fermentationem accelerant. huc accedit quod in vigilantibus fames prosternitur; unde cum sanguis ob continuam spirituum dissipationem acrior factus non possit adveniente chilo dulcorari, majorem in his acrimoniam fermentationemque vividiorem concipit; cujus ratione fit demùm ut tùm aqueæ volatiles humorum partes dissipentur, ac tandem terrea siccaque velut emergat humorum dispositio. obiter tamen notandum errare multoties antiquos, dum vigilias caloris,

æstûs et siccitatis corporis causam esse voluerunt, quippe nisi vigiliarum illam speciem quæ ad nutum voluntatis protrahitur propter curas, studia et negotia varia, quorum omnium ratione vigilare nobis etiam sanis contingit, nulli vigiliæ symptomata enumerata tribui valent; imò verò vigiliæ non modo æstum in sanguine non producunt, et potius eundem præsupponant, eidemque tanquam symptoma superveniant, nec dispari ratione dolores absumunt serosum sanguinis humorem, terreamque inducunt sanguinis constitutionem: cum enim dolores atroces atque continui inducant spirituum refluxum versus cerebrum, nec refluere spiritus ad fontem suum possint quin protinus quandam velut exundationem summamque exagitationem producant in toto spirituum emporio hoc est cerebri meditullio, sequitur à doloribus vigiliam quoque vel excitandam esse importunam aut saltem motum in spiritibus cerebrum involventibus, cujus ratione vel in dormientibus etiam fluere uberiori copiâ in partes, quàm quæ in somno naturali requiritur necessum sit: ac proinde eâdem prorsùs mechanicâ fermentatio sanguinis æstus vel calor à doloribus excitanda erunt atque à vigiliis. labores quoque immodici venerisque immoderata terream illam sanguinis crasim advocatura sunt: cum enim inter corporis exercitia propter contractiones musculorum repetitas sanguis magnâ vi trudatur è fibris muscularibus in quibus veluti molitur ac pinsitur, patet ejusdem motum tam circulationis quàm fermentationis notabiliter esse adaugendum: cum autem augeri præter naturam non possint circularis simul et intestinus humorum motus absq. volatilium aquearum partium continuâ dissipatione, fit ut tandem protractis diutius laboribus terrei humores et totum corpus plus æquo sicciora evadant.

jam cum effrænata venus plus nimium partes musculosas exerceat, ad immoderatos labores referri potest, id unum in venere effrænatâ concurrit, quod nempe præter humorum æstum à vegetis musculorum contractionibus inductum, spiritus summopere ab

animi pathemate amatorio commoveantur, ac proinde conceptam humorum fermentationem magis ac magis promoveant.

demum et vehementiora quæque animi pathemata ut sunt gaudium immodicum, ira curæ ac sollicitudines nimiæ &c. namq; cum ex legibus unionis animæ cum corpore fiat ut quoties-cum animi pathemate quodam corripitur, simul ac semel varii motus ac turbæ excitentur in spiritibus animalibus ac proinde variis quoque partibus quæ fluidum spirituorum admittunt, sequitur non modò fluidis in partibus sed et in solidis mutationem esse inducendam: cum enim spiritus sint veluti stimulus quidam fermentationum omnium quæ in nostro corpore contingunt et perficiuntur, fieri non potest quin pro variis eorumdem statibus, pro vario eorumdem fluxu atque refluxu variæ qq. in humoribus contingant mutationes, ut si solito minori copiâ fluxerint, si minus activi, fermentativus humorum quorumcumque motus infringendus sit; si contrà uberiori copiâ fluant in partes et celeriori motu, aut demum perturbati, multò major in humoribus motus, major turba excitanda sit; quamob rem dum à vehementioribus animi motibus aqueum humorem exsolvi terreamque sanguinis constitutionem induci diximus, ita rem velimus accipiendam ut videlicet sermo sit de hisce animi motibus qui conjunctam habent formam spirituum turbam in quibus eidem spiritus exundantes varios nervos solito majori copiâ feruntur in partes; quippe in hisce animi pathematibus præternaturalis excitari solet humorum motus sicciorque quam in aliis utcumque gravibus contingit; cujus generis sunt metus, tristitia, moeror, desperatio, in quibus tantilla spirituum copia fertur in partes et motus fermentationis omnium humorum à statu naturali remittit. Ergo quoniam in animi Pathematis vehementioribus in quibus videlicet spiritus summoperè commoventur, fluunt illi ubertim à cerebro in subiectas partes. patet ex dictis inde non parùm fermentativum sanguinis motum augendum esse; deinde quoniam exorta in cerebro tempestas vel potius spirituum

turba ex æquo non afficit quoscumque nervos a meditullio cerebri derivatos, sed excitati verticosè inordinatos spirituum in cerebro producunt motus et fluxus modò in hanc modò in illam partem, sequitur inordinatè omninò et inæqualiter admodum fermentativorum humorum edendam esse ita ut hoc loco sanguis inde fermentescat magis quàm in statu naturali, hic verò minùs, hìc parùm aut nihil: at quoniam sanguis ita disparatissimis motibus factus in magnos vasorum truncos confluit, inde ad pulmones deducendus ubi aëreo fermento imbuendus est, sequitur propter disparem quarumcumque ejusdem partium conditionem ad contactum fermenti aëris inordinatam omninò movendam esse fermentationem, quæ naturali multò major cienda est: cum enim sanguinis partes fermentationi concipiendæ aptiores undique partibus circumdantur quarum principia minùs extricata sunt, non potest quin tantò major in eisdem fermentatio conciteturr, quantò major est circumstantium pressio et resistentia: ac proinde summum humores concipient motum; ac demùm tum volatilium tum aquearum partium difflatio, antiquis etiam constitutio, frigida siccaque subsequetur.

Tertia classis causarum morbos inducentium respicit partem sulphuream massæ sanguineæ, quæ quidem ut dixi augeri præternaturam vel imminui, justò crassior vel tenuior evadere solet: quod spectat ad vitiosum sulphurearum partium incrementum, illud inducere possunt pinguiorum quorumcumque alimentorum abusus: cum enim principiata ut vulgò dicitur principiorum naturam redoleant, ac proinde sanguinem alimentorum ex quibus prolicitur naturam æmulari sit necessum, sequitur si plus æquo pinguiora ingerantur alimenta, pinguiorem inde chilum fore, sanguinemque ex eo genitum oleaginosam eandem dispositionem inducent alimenta quæque optimi succi, si modò vita desés et otiosa degetur: cum enim absumi non possint sulphureæ partes in sanguine redundantes

nisi continuâ salinarum quas in sinu suo complectuntur partium luctâ atque fermentatione, neque luctari inter se salinæ partes satis absque succussione et triturâ quam corporis exercitia promovere solent, sequitur inter otia et quietem vitamque omni curâ et sollicitudine vacuam defectu motûs sufficientis salinarum partium ramosas sulphurum partes minùs carpendas esse minùsque laxandas; atque adeò sensim et sine sensu invicem strictiori nexu jungendas esse, quamobrem aut nulla aut parva earumdem dissipatio subsequetur, ac tandem augeri illas præter naturam continget: neque minùs conferent ad sulphurearum partium incrementum acetosi quidam liquores assumti, imò et acida quomodocumque inducta sanguinis constitutio: notum namque nihil magis inter omnia corpora idoneum esse figendis oleosis liquoribus quam fluores cujuscumque generis acidos; unde cum fixata spiculis acidis olea massæ sanguineæ ~~magis~~ ægriùs divellantur abradanturque à salibus acribus quibuscum per varia colatoria secernuntur è massâ sanguineâ, fiet ut in eadem copiâ justo majori colligantur.

imminuere autem solent sulphurearum partium copiam primùm usus macrorum alimentorum quæ non nisi salinum chylum aut aqueum fundere solent: deinde verò constitutio sanguinis salsior vel acrior, ratione cujus tanta fit partium sulphurearum decessio vel per transpirationem aliásque vias humorum excretioni dicatas eliminentur, summam quoque sulphurearum partium jacturam inducere solent immodicæ quælibet sanguinis fermentationes ut contingit in febribus tam continuis quam intermittentibus in quib' propter summam principiorum luctam sic alterantur sulphureæ humorum partes, ut facilè quà data porta ruant exitum celerem præbente toto percursore corpore.

quod spectat ad consistentiam partium sulphurearum auctam [illegible]que præternaturalem, accersunt illam usus crassiorum alimentorum, quæcumque nempe sulphureo

sulphurea pars justo crassior est accersunt et animi pathemata cujus generis sunt moeror et tristitia, metus; studiumque nimium; cum enim in hisce mentis affectibus videlicet ob summam attentionem quam præstat anima cuipiam objecto gravi, multò minori copiâ fluant spiritus à cerebro in ptes subjectas, nec sine jugi spirituum fluxu intestinus sguinis motus promoveri ullatenus possit, sequitur ejusdem partes omnes salinas multò majori crassitie donandas esse, et minori motu ciendas: cum autem solvi liquarique non possint partes sulphureæ nisi à salinis quæ ex jam dictis crassiores atque in motu suo tardiores evadunt, restat ut illæ quoque defectu motûs sufficientis ob strictiorem factum humorum succum, nexum, acquirant preternaturalem consistentiam; augent, pariter sulphurearum partium consistentiam acida quæque prepere assumta, idque propter antè dictam rationem quam hic repetere superfluum est. augere demum possunt ptium sulphurearum crassitiem terream quæcumque assumuntur alimenta. quantilla terrea pars sanguini misceatur, non potest quin consistentiam solitò majorem pinguioribus mallæ succis accersat: et verò cum terreæ partes tota ramosæ, porosæ ac sinuosæ sint, sic involvunt, sic implicant ramosas oleorum partes, ut multò majorem inde ad fluidi motum ineptitudinem iisdem conciliari necessum sit, ac proinde emerget in partibus sanguineo-sulphureis præternaturalis crassities, viscidítas et consistentiã majores. volatilitatem contra et tenuitatem præternaturalem inducent in sulphure massæ sanguineæ spirituosã quæque ingerentur seu sulphurea sint pinguiaque, ut sunt ardentes spiritus, dum vegetabilibus plerisque prolicit; seu salina, ut sunt spiritus cornu cervi, viperarum etc. imò et ipsæ viperæ, aliaque id genus medicamenta et esculenta quæ sale volatili turgent.

Etenim quod attinet ad spiritus ardentes sulphureos, quoniã preterquam quod illi tenuitate et mobilitate partium quâ pollent, quarum ratione apti sunt solvendis sulphureis partibus

sanguinis crassioribus, quomodò videmus spiritum vini resinas crassiores dissolvere: accedit quod illi nunc sale volatili-alkalino nunc acido nunquam non referti sint; unde non levis in toto ~~corpore~~ sanguine motus excitandus est, ut proinde ~~commotus~~ cum motus singulis partibus distribuatur. patet non posse dum intensior redditur totius sanguinis motus, tueri sese partes sulphureas à concussione variâ, divulsione et quâdam velut attritione, ut proinde justo volatiliores reddi necessum erit; nec dispari ratione spiritus macri hoc est salino=volatiles parem sulphureis partibus volatilitatem accersituri sunt: cum enim maximo fluidi motu donentur eatenùs fluxilitatem majorem singulis massæ partibus inducent: deinde verò quoniam spiritus hujusmodi Echinati salium moleculis armati sunt, quadam fluidi motu huc et illuc feruntur dum semel sanguini commixti sunt, planè intelligitur et ob id quoque sulphureas partes carpendas esse et imminuendas. porrò eædem moleculæ alkalinæ ut sunt, sanguini commisceri non possunt quin hic atque illic procurrant variis acidorum spiculis quib. contextum sulphurearum partium à dissolutione tueri verisimile est, nec iisdem occurrere possint absque fermentatione, fiet ut propter auctum in toto sanguine motum sulphureæ partes divisæ magis ac magis volatilitatem summam atque præternaturalem acquirant.

præternaturalem quoque volatilitatem in sulphure massæ sanguineæ inducere consueverunt animi pathemata vehementiora ut sunt ira, gaudium immodicum, uno verbo quæcumque immodicam fermentationem, febrem excitare possunt, quarum omnium causarum agendi modus abundè patet ex dictis.

quarta causarum morbosarum classis partes respicit salinas easque præ primis acidas aut salsas quæ morbosis variis mutationibus obnoxiæ sunt: quippe ut ab acidis ordiamur, summam et præternaturalem exaltationem et volatilitatem accersere constat primum quidem usus alimentorum calidiorum

vulgò dictorum cujus generis sunt allia, coepe, variaque aromata in eiborum condimentum adhiberi solita, ut sunt piper, cariophilli, cinnamomum, sicut et potulenta quæque spirituosa immoderatè sumta ut hidromel, spiritus vini. Enimverò cum prædicta hæc omnia corpora turgeant acido summè volatili, non possunt quin semel admissa sanguini secundùm partes suas tenuiores summum eidem motum concilient: cum enim ob tenuitatem spiculorum acidorum vix implicentur hæreantque inter ramos partium sulphurearum massæ sanguineæ, imò facilè per easdem minuantur, currantque hic atque illic variis salium volatilium partibus, quibus tota sanguinis pars sulphurea effoeta est, sequitur in totâ massâ fermentationem solito majorem excitandam esse. Δ jam verò cum acida quæcumque insunt in sanguine naturaliter in partibus sulphureis tanquam in propriis loculis contineantur fiet ut præruptis oleosarum partium ramis in quibus velut totidem vaginulis condebantur, protinùs extricentur, atque à statu naturali cujusdam depressionis ad statum exaltationis ut dicunt deducantur; imò quoniam non nisi prægressâ sanguinis fermentatione eò perduci possunt, quæ sine variâ luctâ, occursu, congressuque solidarum quarumcumque particularum quæ naturalem humorum contextum ingrediuntur continget extricatis spiculis acidis id quod solidioribus quibusque sanguinis particulis continget, nempe ut comminuantur, sicut vel unicum spiculum ~~respectu~~ alterius occursu, aut etiam cujuscumque moleculæ salino-volatilis aut salsæ, in plura spicula sit comminuendum, in quo quidem præternaturalis illa acidorum volatilitas posita est. 2°. et eandem quoque volatilitatem nimiam inducere possunt labores immodici, nimiaque caloris externi tolerantia, cujusmodi est solis æstus aut ignis hipocausti. labores quidem propter nimiam musculorum exercitationem quâ fit ut sanguis motum atque fermentationem multò majorem acquirat; unde ut patet jam dicto modo et cum simul planè mechanicâ et extricationem partium acidarum multò majorem et præternaturalem volatilitatem inducendas esse ~~inductum est~~, seu intelligamus communicari calorem corporis ab aëre externo æstuante per simplicem motus quo cietur pernicissimi communicationem

Δ ac profunde sulphureas quascumque partes comminuendas ... jam uero &c.

seu quod magis placet statuamus caloris motum communicari sanguini simul cum ~~partibus~~ corpusculis perniciter agitatis, perinde erit respectu partium massæ sanguineæ quæ quidem utroque modo motum intestinum naturali majorem concipiunt: age enim supponamus aerem externum seu solis seu ignis vi incalescat, aut quod idem est secundum varias sui partes perturbatè perniciterque moveatur, soloque illum contactu ~~nimium~~ corpus afficere, certè quoniam ejusdem partes omnes quantæ sunt impingunt in omnes cutis partes, imò et in omnem pulmonarium vesicularum ambitum, non possunt quin singulis partibus quas contingunt aliquantam sui motûs partem impertiantur, aliqualemque in iisdem trepidationis atque succussionis motum producant: sed sicut ita trepidare non possunt cutis partes et vesicularum pulmonarium fibrillæ quin simul contenta fluida vehementer agitentur, ac per consequens intestinus humorum circulantium augeatur motus, nihil oberit quominùs ab externo calore in hunc modum suscepto immoderata in sanguine fermentatio producatur: quòd si intelligamus exagitatum aërem à radiis solaribus aut igneis corpusculis non impingendo solum in corpus nostrum sed intromissione innumerarum particularum quà nitrosarum quà alkalinarum vel luminosarum caloris motum toti corpori inferre, tantò faciliùs intestinus humorum motus augendus erit, neque enim externâ illâ solidarum partium concussione ad majorem motum stimulandæ sunt, sed et internâ partium intromissarum ~~introductione~~ motitatione ciendæ sunt: ac proinde eatenùs quoque et multò faciliùs susceptus calor ab externâ causâ præternaturalem humorum fermtaem accerset; ac demùm modò superiùs explicato vitiosam inducet acidorum volatilitatem.

in censum quoque causarum nimiæ volatilitatis salium acidorum referri potest pororum habitus constipatio, nisi de hac postmodum ubi de vitiato intestino humorum motu disserendum tutius nobis esset, idemque dicendum de jactatâ illâ humorum putredine, pergamus ad causas nimiam acidorum

acidorum crassitiem nimiamque ut loquuntur depressionem inferentes. caeterum patet à statu illo massæ sanguineæ qui requiritur ad volatilitatem illam acidorum inducendam non posse quin spiritus inde justò tenuiores ac volatiliores evadant: idem namque contingere oportet in particulis salino-spirituosis quod simpliciter acidis; ut nempe inter maximam p̄piorum turbam atterantur, atque in minores redigantur particulas nihil obstat quoque quominus exaltatis et ad præternaturalem statum deductis acidis deficiant copiâ spiritus in cerebro: cum enim in principiorum activorum extricatione non potest quin summoperè intendatur motus sanguinis intestinus; ac proinde quin et spirituosæ partes cum reliquis principiis contundantur obvium est vel cuilibet, justo minorem earumdem copiam in cerebro eatenùs separandam esse.

jam quod attinet ad vitiosam illam acidorum crassitiem, fixitatem atque depressionem, certè illam accersere possunt eadem ipsa quæ phlegmaticam sanguinis dispositionem inducere diximus. ejus generis sunt acida quæque austeraque præposterè sumta, terreaque omnia alimenta: cum enim illa omnia ut illud quoque repetam, totius massæ motum infringant, atque adeò et debitam partium sulphurearum fluxilitatem impediant, sequitur acidas quasque sanguinis partes oleosis involutas magis ac magis implicandas esse, imò et cum defectu sufficientis motûs intestini non repellantur à se invicemque concrescant ac demum majorem molem acquirant; eandem pariter acidorum crassitiem inducere aptæ sunt balnea præpostera adhibita, frigus item susceptum, quæ duæ causæ eodem ferè modo in humoribus operantur figendò videlicet sulphuream sanguinis partem, et balneum quidem eâ quâ superius dictum est ratione; frigus verò alterius cujuscumque corporis, quatenùs videlicet corpora quæcumque frigida corpori admota non modò admittunt aliquam partem motûs corpori nostro impressam atque adeò et propter hanc causam imminuunt quantitatem motûs inditam partibus nostris tam solidis quàm fluidis, sed et propter

inspiratas nitrosas aut alterius cujusdam speciei particulas acidas quæ dum figuntur in partibus sulphureis humorum, eorumdem ut et totius massæ infringunt motum, seseque velut necessariâ eo quo jam diximus modo crassitiem fixitatemque acidorum induunt. conferunt 3º eidem acidorum vitiosæ constitutioni producendæ animi pathemata grandiora, eaque præsertim quæ spirituum fluxum inhibent ut sunt metus &c ad quæ etiam potest referri somnus immoderatus vitaque deses ac sedentaria: cum enim in animi pathematib. enumeratis atque etiam in somno diutiùs protracto spiritus multò minori copiâ fluant in partes, atque eatenùs submoveatur causa summè necessaria intestino ejusdem motûi intendendo; patet ex dictis defectu sufficientis exagitationis idem prorsùs quibuslibet atque adeò sulphureis sanguinis partibus evenire, quod solutioni salis cujuslibet aut adipis ab igne liquato, quæ paulò post quàm ab igne remota sunt, ad concretionem statim disponuntur, imò et reipsâ concrescunt: neque dispari ratione vita deses otiumque immoderatum: cum enim inter otia multò languidiùs fluant spiritus in partes ac multò minori copiâ, sequitur et eam ob causam intestinum humorum motum notabiliter minuendum esse: deinde verò quoniam defectu motus contractionis muscularis minùs atteritur sanguis, imò per laxata fibrarum carnearum interstitia difficiliùs trajicitur quandam in iisdem moram trahere cogitur; sequitur partes sanguineas ob magnam partem communicatum suum motum, fibris quibus concluduntur ad subsidentiam velutì quandam, disponendas esse; idque tantò magis quod inter moras quas in musculosarum partium interstitiis trahunt, salia volatilia reliquis principiis confusa fugam capessant avolantque: ac proinde quoniam tùm in animi pathematis somno atque otio immodico imminuto notabiliter sanguinis motu coeunt invicem rami filium sulphurearum et iisdem acidas partes huc illuc vagantes implicari majoremque adeò crassitiem acquirere necessum erit: jam quoniam crassioribus factis partibus acidis multò minori motu cietur massa sanguinea, qui tamen motus vegetus requiritur ad spirituum animalium generationem et secretionem; patet inde non posse

quin notabiliter penes quantitatem minuantur spirituosæ partes in cerebro: deinde verò quoniam crassiora quæque sunt acida quæ spirituum compositionem ingrediuntur; sequitur et spirituosas quasque moleculas penes nativam molem augendas esse; imo et quoniam pars acida in sanguinis constitutione reliquis prædominatur, et aciditatem quandam præternaturalem spiritus adepti sunt.

2°, superest ut vitiosæ salsedinis humorum causas afferamus; quæ quidem paucis comprehendi possunt: eædem quippe causæ quæ volatilitatem nimiam acidorum et crassitiem inducunt, vitiosam quoque humorum salsedinem accersere possunt prout massa sanguinea magis vel minùs referta est particulis alkalinis fixis aut volatilibus uniri aptis cum coniugibus acidis aut ineptis: Enimverò cum salsa quæcumque ex salium acidorum cum alkalinis concursu emergant, sequitur non posse quin ubi summa sit acidorum extricatio summaque volatilisatio, et volatilia quoque salia simul extricentur et luctam ineant cum adversis acidis: quoniam verò absolutâ pugnâ, contractis et comminutis partibus alkalinis nullus relinquetur locus acidis partibus fermentationis motum rursùs inchoandi, subsidant ambæ illæ partes defectu motûs sufficientis omninò necesse est, imò inter subsidentiam fragminula salium volatilium occurrunt acidis partibus pariter subsidentibus, iisdemque accrescunt, et tertium salis genus quod salsum vocamus cum iisdem constituunt. eodem prorsùs modo videmus spiritum vitrioli salis tartari fixo affusum absoluto motu fermentativo in salsum degenerare, quod tartarum vitriolatum vocamus: neque dicat quispiam difficulter intelligi posse unionem illam acidorum cum salibus alkalinis præsertim in sanguine, in quo perpetuò viget motus fermentativus major quam ut fieri usquam possit subsidentia illa, quæ necessario prærequiritur ad congressionem illam absolvendam: constat enim 1°. tam in statu naturali quam in statu morboso sanguis in quo summoperè viget fermentationis motus, nihilominùs tamen per habitum corporis hoc est per glandulas cutis milliares excerni sudoris, ~~[illegible]~~ forma, sal verè salsum, neque

obstat ad salsi hujus productionem fermentativus humorum motus, licet continuò exerceat sanguinem, ut neque obstat concretioni salium salsorum artificiosæ fluidi etiam calentis motus, qui quidem non præpedit quominùs salia finita pugnâ desinente motu fermentativo invicem occurrant invicemque jungantur: enimverò ad productionem salium unionem vel etiam strictam non requiruntur unci quibus mutuò sese implicent, sufficit simplex eorundem penès planas suas superficies contactus, adeòque utcumque moveantur, fluidum cui innatant, si modò occurrent sibi invicem secundum suas accommodatas superficies, imò si immediatè sese contingent nihilo citiùs jungenda sunt atque in salsum facessant, quid quod verisimile est massam sanguineam non nisi remittente motu fermentativo vel in multis saltem ejusdem partibus salsuginosam illam constitutionem plerumque supervenire febribus tam continuis quàm intermittentibus, ubi illæ remittere cœperunt: neque per id sæpiùs, licet alioquin calor quandoque multò acrior sit quàm in statu naturali, fermentationem tamen sanguinis imò plerumque minorem observamus, ita ut jure quis possit affirmare salsi genesim in sanguine terminum esse intestini motûs majoris: sed quorsum tot rationum congeries? annon certum est acida salia vel in ipsis ut ita dicam sulphurearum partium visceribus, quod ut clarius, in ipsis interstitiis aut etiam loculis in quibus rerum concluditur fermentari: quod si res ita est, quid obstat quominùs sulphurea partes quibus acidæ alkalinæque partes comprehenduntur, desinente earumdem motu expansivo, quo parum extricari divellique ipsis contigerat, ad sese redeant, conclusumque hostem, hoc est acidas alkalinasque partes contractas sic comprehendant, sic stringant et ad angustias redigant, ut nullum posthæc motum exercere queant, atque adeò et ad invicem accedere, uniri, concrescere, unico verbo in salsum abire cogantur.

Vitiosam quoque humorum salsedinem inducere potest inhibi-

inhibita transpiratio à suscepto frigore; cum enim cutis poros et glandulas ejusdem milliares continuò effluviorum instar salsæ eliminentur partes ex concursu acidorum cum alkalinis in sanguine genitæ, sequitur quomodocumque inhibeatur transpiratio seu à constipantibus, ut sunt olea glutinosaque corpora quæ cuti admoventur seu figentibus humores, tantò secundùm salsas sui partes augendam esse massam sanguineam. idemque dicendum erit si pathematis animi vehementioribus diutiùs quàm par est vexari se mens patiatur, præsertim verò irâ, gaudioque immodicis, assiduis quoque nimiisque corporis exercitiis salsi genesis promovebitur. et verò cum animi pathemata, ut jam dictum majorem sanguini motum concilient, adeòque et faveant extricationi ptium acidarum et alkalinarum, sequitur ob rationem jam dictam mutuus eorumdem concursus, cum item non minùs assidui motus musculares non minorem partium quarumque sanguinis attritionem promoveant, futurum quoque ob eandem caam evolvantur acida alkalinaque partes in sanguine, evolutæq; præmissâ quidem fermentatione subsidant facessantque in salsum, et salsum quidem tantò volatilius quantò major acidorum cum salibus alkalinis lucta atque congressus: cum enim intestinus sanguinis motus ex dictis volatilitatem et tenuitatem accersat in salinis partibus; cum item quantò major est salinarum partium lucta, tantò etiam major fiat eorumdem comminutio atque contritio, sequitur si quidem motus sanguinis intensior fuerit adversarum partium major salsarum inde emergens ad vitiosam quandam volatilitatem producendam aptus est; quod si intestinus sanguinis motus minor erit, si prædictæ causæ salsedinem vitiosam accersentes multò minores sint, multòque mitiùs agant, quoniam ex minori sanguinis motu minor salium acidorum extricatio, minor alkalinarum partium volatilisatio sequitur ex acidi alkalinique sanguinis paulò fixiorum concursu non posse quin et sal salsum justo paulò fixius producatur; id quod similiter continget, si

ex usu salis ita ingerantur alimenta quæ sale planè salso referta sint; quod cum sit ex naturâ fixum, nec vel intenso etiam fermentationis humorum motu domari possit attenuarique et ad volatilitatem quandam perduci, naturalem in sanguine fixitatem servabit, vitiosamque ejusdem salsedinem inducet; jam verò quoniam salsa cujuscumque generis sint, sulphureas sanguinis partes liquant, majoremque ut diximus proventum seri accersunt, imò et majorem acrimoniam spirituoso fluido non conferre non possunt, sequitur in spiritibus aut justò aquosior aut acrior constitutio.

quinta classis causarum quæ morbos sanguini accersere solent, respicit utrumque ejusdem motum, circulationis videlicet et fermentationis: quia verò vel augeri vel imminui solet multipliciter sanguinis motus; ideircò distinguendæ statim causæ morbosæ circularem sanguinis motum augentes, ab his quæ eandem retardant et imminuunt; atque inter causas progressionis motum augentes. aliæ quidem externæ erunt, aliæ verò internæ, quæque ex ipso sanguinis vitio repetendæ oriunt. inter externas verò una occurrit simpliciter, nimirum immodica exercitia, in quibus ob iteratas musculosarum partium contractiones eâ vi et celeritate truditur sanguis in venas, ut solitò majori copiâ citiùsque ad musculos recurrere ipsi necesse sit: cum enim aucta celeriorque humorum circulatio reperi non possit nisi ex celeri eorum recursu ad cor, unde postmodùm necessitate mechanicâ extrudendi sunt, sequitur quoties sanguis ad celeriorem refluxum versùs cor cogendus erit; toties etiam augendum esse et accelerandum ejusdem circulationis motum. verùm hæc causa externa plerumque internis conjuncta est, internas exsuscitat quæ multò plures sunt; quippe ea omnia quæ sanguinis intendere fermentationem apta comparata sunt, illa omnia et accelerare possunt motum humorum circularem: enimverò cum circularis humorum motus major vel minor à majori vel minori, citatiori vel tardiori cordis

motu dependeat; corque ipsum vim omnem suam contractivam fluidis fermentaceis à sanguine suppeditatis debeat; sequitur et eandem vim cordis, quâ sanguinem è ventriculis suis trudit in partes, tantò majorem futuram esse, quantò major erit energia fluidi heterogenei fibris ejusdem inspirati, quandoque velocior erit motus quo cietur heterogeneum dictum fluidum: atqui non potest non summam illud acquirere energiam atq; summam mobilitatem ubi magnoperè sanguinis intenditur motus: Ergo quoties nativa humorum humorum fermentatio vitiosè increscit, toties circularis motus augendus erit. sed de his multò plura, ubi praeternaturales pulsuum differias eorumque causas proponemus.

quod spectat ad motum intestinum seu fermentationis, illum augere possunt causæ multiplices, quarum etiam magna pars in praecedentibus allata est, in primis verò ciborum calidorum aut fermentaceorum usus cujus generis sunt fructus horarii, nimia caloris externi tolerantia, animi pathemata graviora ut ira gaudium &c. quæ prædictis modis intestinum humorum motum augere solent: deinde verò graviora animi pathemata, vel hæc ipsa in quibus spiritus multò minori copiâ feruntur in partes, idque mirum videri debet: cum enim submotis spiritibus massa sanguinea statim de motu suo remittat, adeò ut omnes ejus partes subsideant, et ad mutuum amplexum disponantur, paradoxum statim videatur ob id massam sanguineam præter naturalem motum intestinum requirere: si tamen attentò rem rem perpendamus, non erit cur miremur in metu tristitiâ et mœrore vehementioribus aliquando sanguinis augeri fermentationem: enimverò cum grassante animi pathemate sanguis multò majorem consistentiam acquirat, atque hinc concurrere partes omnes fermentativas in majorem molem, hinc quidem acidas, hinc alkalinas omninò necessum sit; sequitur ubi animi pathema venerit, et rursus fluere de more incipient spirituosæ partes à cerebro, turbam fermentationemque in sanguine majorem concitandam esse: cum enim spirituosæ partes denuò sanguini commistæ pristinam eidem fluxilitatem restituere nituntur, conferente etiam

motu circulationis quo continuo exagitatur massa humorum, non potest quin fermentativa quæ sensim et sine sensu extricantur partes justo vehementiorem ~~fermentationis~~ motum concipiant, tantoque majorem quo ob præmissam motûs totius sanguinis remissionem ipsæ in majorem molem accreverint: at constat variis liquorum experimentis fermentationem corporum eò intensiorem produci quantò major et eorundem crassities: sic acida fixa ut sunt spiritus nitri, vitrioli &c cum salibus fixioribus multò validiùs congrediuntur quàm acida quoque volatilia, quàm spiritus aceti cum salibus fixis aut volatilibus: quam ob rem cum salia quæ insunt in massa sanguineâ ex dictis crassiora fixioraque redduntur, quis non videt et hæc eadem multò intensiùs fermentanda simul ac à quâcumque causâ extricanda erunt et ad mutuum concursum promovenda. in censum quoque causarum intestini motûs aucti referri solet inhibita transpiratio aut potiùs retentæ particulæ in massâ sanguineâ, quæ naturaliter per cutis spiracula debent excerni: Et verò cum partes istiusmodi salsi naturam obtineant aliquantâ phlegmatis diluti copiâ, planum est ab iisdem retentis in sanguine motum justò intensiorem producendum esse: ut enim, quod alibi dictum est, salsa quæcumque et molem et soliditatem obtineant majorem quàm reliquæ salium species quæ in sanguine continentur, sequitur ex legibus communicationis motûs multò majorem iisdem motûs quantitatem à corde communicandam esse quam reliquis sanguinis partibus quibus communicatur: ac proinde cum illæ per medias sulphureas humorum partes celeriter ~~atque~~ reliquis majori motu ferantur, perrumpere quâ motus Energiâ quà superficiei suæ asperitate obvios quoque ramos partium sulphurearum, adeòque et intricata in iisdem principia fermentativa extricare, ad mutuum denique concursum uno verbo ad fermentationem comparare necessum erit; id unum est de quo meritò ambigi possit, quòd nempe antiqui voluerint inhiberi transpirationem propter solam pororum constipationem quam à constipantibus aut potiùs quibuslibet

corporibus cuti illitis, aut à frigore externo simpliciter constipante deduci arbitrabantur: Etenim ut libens fateor glutinosa quæque cuti applicata obstruere possunt ejusdem spiracula, atque eatenus inhibere effluviorum exitum; ita jure negari posse affirmarim frigus externum constipando seu obstruendo poros cutaneos impedire posse transpirationem aut sudoris effluvium, quia si cutis pori contracti videantur ipsaque tegumenta corrugata post susceptum frigus externum: inde tamen colligere licet frigus constipando poros cutaneos transpirationem impedire: cum enim frigus ex suâ natâ humorum in ambitu circulantium motum infringat, iisdemque plus æquo majorem consistentiam conciliet, patet vel eam ob causam transpirationis materiam reliquis principiis magis implicandam esse, ac proinde difficiliùs ab iis extricandam, ut possit per vias consuetas hoc est glandulas cutis milliares excerni, patet similiter contractionem illam et corrugationem cutis non tam esse inhibitæ transpirationis causam sed merum symptoma et quid consequens ad inhibitam prius transpirationem: Enimverò cum eatenùs levis sit cutis ac tensa, quatenùs in contextu suo fovet humorum partes summè mobiles, summè rarescentes, porosque in quibus concluduntur summè dilatantes, cum enim eatenùs pori cutis et glandulæ milliares tueantur sese a concidentiâ quatenus scilicet transpirationis materiâ turgescunt, sequitur statim atque remiserint humores de suo motu et ad subsidentiam coacti fuerint et poros omnes quibus concludebantur, ut potè minus turgidos ad subsidentiam disponendos esse, sequitur quoque et glandulas cutis milliares ob susceptam multò minorem transpirationis materiam flaccidiores reddendas esse: unde cum fibræ ex quibus tota cutis contexitur quæque ad turgescentiam interjectorum et pororum et glandularum vix contrahi poterant, collapsisque iisdem nihil habeant quo nativus eorumdem elater præpediatur, liberè stringendæ et contrahendæ erunt, totamque cutem rugis asperisque monticulis deformabunt.

præter enumeratas aucti humorum motûs causas unde calor febrilis exoritur, putredinem etiam tanquam causam recensebant veteres;

quanquam si res attentiùs expendatur, putredo ipsa humorum aliud nihil sit quam motus auctus principiorum massæ sanguineæ: namque reverà febrilis motus et præternaturalis sguinis fermtatio à putredine non nisi tanquam genus à specie ut ita dicam distinguantur; fermentatio namque præternaturalis sanguinis aucta quæ febris indigitatur, sub se plures complectitur species; alia namque fermentatio est quæ febris ardens in quâ sanguis summopere exæstuat, alia fermentatio quæ horrores habet adjunctos et febris horrifica dicitur; alia quæ lentè procedit, et febris lenta nuncupatur; alia in quâ exigua fit principiorum dissolutio exigua spirituosarum partium jactura et febris imputris vocari solet; alia demum in quâ summa fit principiorum sanguinis dissolutio, summa spirituum dissipatio, quæque febris putrida vocari solet; ac proinde putredo verè et propriè loquendo non est causa motûs febrilis, sed ipsa febris putrida ad corruptionem sanguinis vergens in quâ solùm hæc præternaturalis fermentationis species à reliquis distinguitur: quam obrem putredinem pro causâ motûs et caloris præternaturalis in sanguine assignare et ipsum sanguinis motum præternaturalem et calorem ipsum febrilem tanquam causam motûs ipsius præternaturalis et caloris plus æquo intensioris assignare est unde causæ tantùm putredinem seu vitiosum intestinum sanguinis motum inducentes indagandæ nobis relinquuntur: verùm quoniam generalem hic tantùm causarum morbosarum notionem tradere animus est, spectatque ad alium locum particularis causarum consideratio, quæ hanc vel illam speciem motûs aucti humorum possunt producere; idcircò earumdem tractationi supersedebimus.

jam verò quoniam aucto intestino sanguinis motu atteri singula sanguinis principia necessum est, patet inde spirituosas partes longè et leviores et mobiliores quàm pro naturâ reddendas esse; patet etiam easdem pro majori vel minori motûs sanguini intensione quâ spirituosæ partes distillantur, majorem vel minorem earum copiam cerebro suppeditandam esse atque adeò copiâ

plus minus et quidem præternaturaliter spirituosum fluidum defecturum est.

Superest ut diminuti motûs intestini humorum causas afferamus; sed jam illæ ferè omnes recensitæ sunt in præcedentib: namque dictum est acida quæque fixiora ingesta, fructus crudos ac immaturos, otium, vitamque sedentariam, nonnulla item animi pathemata ut sunt mæror, tristitia, metus et alia id genus notabiliter humorum motum infringere, principiaque massæ sanguineæ ad aliquam veluti subsidentiam mutuamq; unionem disponere, ut superfluum omninò sit de iis actum denuò agere. id unum pro coronide libet adjicere, videlicet vel etiam auctum humorum motum intestinum eosdem ad quietem disponere: a quâcumque enim causâ fermentationem præternaturalem suscipiant humores, quoniam inter fermentescendum spirituosæ partes sufflaminantur principiaque fermentativa magnam partem absumuntur aut saltem post multiplices luctas novæ fermentationi inchoandæ redduntur inepta, patet eosdem tandem defectu causæ exagitantis ad præternaturalem quietem disponendos esse; quod idem sonat ac si dixeris motum eorum intestinum vitiosè imminuendum esse.

porrò quoniam ut toties diximus deficiente motu intestino nec generari spirituosæ partes nec genitæ liberè extricari possunt sequitur in hac sanguinis constitutione naturalem spirituum copiam notabiliter minuendam esse.

caput secundum de causis morborum organicorum.

Licet causæ morborum organicorum multò dignoscantur faciliùs, sufficiatque vel levis partium organicarum naturaliter se habentium consideratio, gradus ut fiat ad causarum easdem prævenientium cognitionem, nihilominùs tamen neque in re defecisse videamur, atque ut labori studiosorum prospiciamus causas omnes organa vitiantes secundùm proprietates generales in organis requisitas recensere animus est: quoniam itaque

1°. vitiantur organa penes conformationem seu figuram externam quidem et internam, statuemus duplex genus causarum n[aturali]um conformationem invertentium cujuslibet organi; aliud quidem quod externam, aliud quod internam mutet: q[uia] tamen seu externa sit sive interna organi figura ab iisdem causis atque eodem modo agentibus vitium accersitur, ideircò unam tantùm classem causarum morbi conformationis faciemus: quippe certum est figuram cujuslibet organi internam nihil habere peculiare quod externa non obtinuerit. quoniam ergo figura in modo extensionis partium posita est, quâ nonnullæ rectæ, aliæ curvæ, aliæ leves, aliæ depressæ, aliæ prominentes, aliæ porosæ, sinuosæ, permeabiles, aliæ solidæ et minùs perviæ; patet si quidem vel à primordiis generationis, aut etiam in adultis alioqui benè constitutis deficiat succus nutritius in organis, inæqualiter tamen eorum partes prominentes forte deprimendas aut depressas, magis sinuandas: cum enim prominentiæ ossium purà, cartilaginum ve crescere non possint adeptamque magnitudinem conservare absque jugi succi nutritij effluxu, cum nec naturales sinus tueri queant nisi debitam ejusdem succi nutritij copiam admittant, patet eodem deficiente non posse quin prædictæ partes statam figuram deponant; unde quæ partes prominentes erunt, defectu nutrimenti planæ futuræ sunt; quæ depressæ depressiores, quæ cavæ ampliores evadent, quæ rectæ si secundùm latus magis increscant appositâ majori nutrimenti copiâ fient curvæ, quæ curvæ si secundùm partem concavam magis alentur fient rectæ, magis tamen incurvandæ si secundùm convexam partem magis accrescant: atque hæ sunt causæ quæ tùm internam tùm externam conformationem seu figurationem vitiare plerumque solent, quæque solidam organorum partem respiciunt.

de cavitatibus poris et fistulis non est quod fusè inquiramus: quippe eorum omnium vitia simul cum causis alio loci exposita sunt: neque vacat expendere ea omnia corpora quæ poris, fistulis et cavitatibus circumposita ca[pa]citatem eorundem minuere valent

ac strictiorem producere: quippe certum est humores circumfluos nimiâ copiâ collutos, tumores schirrosos aut alius cujusque generis præternaturalem pororum cavitatem, fistularum astrictionem inducere: superfluum quoque videatur varias recensere corporum species, quæ præ nimiâ crassitie mole aut lentore meatus et cavitates varias occupare solent, eamque obstructionem accersere, quæ liberum fluidorum in cavitates et fistulas commeatum impediant: multò minùs enarrandæ variæ causæ præternaturales cavitatum dilatationis quippe quæ omnes non nisi suppositâ peculiari morborum historiâ dignosci possunt.

pergamus ad causas vitium contexturæ partium organicarum accersentes: quoniam verò triplex omninò statuitur scilicet in flexibilitate, mollitie seu laxitate, rigiditate et tensione, ac demùm hinc vitiatâ pororum dispositione, triplex ideircò causarum classis statuenda est: etenim 1°. flexibilitatem partium quarumcumque vitiare solent nimia serosorum humorum aut alterius cujuscumque generis fluidorum dissipatio: cum enim eatenùs flexilia sint organa in nostro corpore, quatenùs in contextu suo plures admittunt partes fluidas mobilesque, quæ strictam solidarum partium connexionem impediunt, sequitur si quamcumque ob causam puta calorem intensum obstructione vasorum distentur, particulas solidas organorum ad mutuum contactum disponendas esse; atque adeò ad rigiditatem quandam immutandas esse: idemq; contingit si fluidæ partes organis flexibilibus interspersæ fluiditatem deponant, abeantque in concreta duriuscula: cum enim concreta prædicta fluida excuti non possint è porulis sive conceptaculis partium solidarum in quibus anteà fluitabant liberè ambitumque cavitatum quas occupant interius fulciant tueanturque à compressione, non potest quin flexilia quæque organa rigidiora et ad flexibilitatem ineptiora reddantur; contrà verò si quæ naturaliter rigida sunt corpora planèque solida cujus generis sunt ossa aut organa quæ naturaliter tensa sunt ut membranæ, tendines &c serosis humoribus imbuantur

quoniam intromissæ aquosæ partes singulas partium rigidarum aut tensarum moleculas à mutuo contactu removent, quin tamen accuratè disjunctis uniantur, sequitur indè solidas partes rigidas tensasque ad flexibilitatem vitiosam disponi: neque enim aliâ ratione quæ rigida sunt tensaque corpora mollitiem et laxitatem acquirunt nisi quatenùs seu vi externâ adhibitâ contundente seu intromissione fluidorum quorumcumque quæ cuneolorum instar se habent partes invicem strictè sumptæ à mutuo contactu removentur.

quod spectat ad vitiosam pororum dispositionem, certè illa vel à primordiis generationis inducitur, vel post exortum supervenit. à primordiis quidem generationis, quatenùs materia concrescens in partes solidas irregulariter omninò disponitur, sic ut non possit non sequi irregularis et vitiosus pororum inde emergentium situs. post exortum invertunt rectum pororum situm quæcumque flexiles extrinsecùs premunt partes ut sunt tumores cujuscumque generis: deinde verò quicumq; humores impacti in poris quorum ratione sic turgere oportet, ut vicinos premi intercludique necessum sit. porrò si contingat plus æquo nutriri aut inflari pororum quorumcumque latera et hos ipsos angustari, mutuumque inter omnes commercium vitiari consequens erit; idemque dicendum de præternaturali partium porosarum contracturâ, quam inducere solent calor immodicus, quo seu succus seu humor nativus absumitur; itemque præternaturalis convulsio seu contractio quæ in partibus fibrosis plerumque observatur ob immodicam fluidorum contentorum fermentationem: sic enim fit ut propter retracta undique stamina interjectos poros angustant aut intercludunt, adeò ut difficilè omninò fluidorum cursus per eosdem perfici possit.

2°. loco vitiari possunt solidæ partes secundùm magnitudinem quæ vel præternaturaliter augetur vel imminuitur. augent autem magnitudinem totius corporis vel alicujus partis, vel nimius succi nutritii vel pravorum humorum proventus: succus verò nutritius tantò majori copiâ colligitur in partibus, quantò minus ejusdem fit dispendium singulis diebus: minus autem

fieri necesse erit; quoties vita deses ac sedentaria degetur curis omnibus et sollicitudinibus vacua; quoties victus et optimi succi et copiosus singulis diebus ingeretur: patet namque inter quietem non posse fieri succi nutritij aliorumque humorum dissipationem conspicuam ac naaliter requisitam: patet quoque ab assumtis frequenter et optimi succi alimtis non posse quin succi nutritij major in corpore proventus emergat; ac proinde cum nulla aut parva succi nutritij fiat dissipao continuò tamen idem adveniat, increscant præter modum partes omninò necessum est: idemque continget si serosis ac pravis humoribus regurgitet massa sanguinea, ita ut humorum diuturnâ fermentatione absumi non possint: cum enim serosorum humorum proprium sit ut laxent partes quascumque alluunt, atque adeò sic præbeant locum stagnationi humorum, sequitur inde laxatas partes propter continuò appellentem humorem plus æquo remorantem in vitiosam magnitudinem augendas esse, atque omnes quidem si massa sanguinea ex æquo serosa sit, partesque omnes laxare queat; aut nonnullas tantum prout quædam aliis laxiores erunt, admittendisque serosis humoribus aptiores.

jam vero imminuent naturalem partium magnitudinem quæcumque succum nutritium absument aut impedient ne advehatur, aut denique quæcumque ejusdem officient generaoni: seu enim difflatur succus nutritius quod æstu nimio aut nimiâ humorum fermentatione fieri solet, seu præpediatur ejusdem influxus quod obstructioni vasorum nutrimento vehendo destinatorum referendum est; seu demum deficiat succus nutritius, quod alimentorum defectus jejuniumque diutiùs protracta inducere solent; seu tandem vitiosus sit prædictus succus ineptusque qui vel intromittatur in partium poros aut iisdem intromissus acescat, certè non possunt partes quin exarescant hæreantque intrà debitæ magnitudinis terminos, neque enim ut cuilibet obvium est tueri justam magnitudinem possunt nisi continuæ earum jacturæ continuo quoque humorum affluxu resarciantur. de numero partium organicarum vitiato non est quod fusè

dicamus: vitiari namque solet ~~idest~~ augeri vel imminui varias ob causas, quæ singulis obviæ sunt: quod enim attinet ad numerum imminutum partium, illud vitium vel exscindentibus, erodentibus, aliisve quocumque modo partes quoad texturam invertentibus induci solet: sic oculi scindentibus avelli, pungentibus inverti, rodentibus auferri solent. imminuti quoque partium numeri causa quoque repetenda est ab ipsis generationis primordiis; nempe cum alicubi defecit materia exstruendæ cuidam parti necessaria, vel ubi aliquis loci inepta fuit quæ conjungeretur ~~in~~ certam atque determinatam partem; vel demum ubi obex aliquis occurrit in ipsâ generatione obstans quominus apta materia in partem hujus vel illius contexturæ attingeretur.

multò major est difficultas in enarrandis causis aucti ~~motûs~~ partium numeri; neque aliud quidquam dicendum habemus ubi aucti digitorum numeri causa adducenda est testium, renum &c. nisi quod casu factum est, materiâ in foetûs corpusculum fingendâ superveniente, motu concurrente item vi formæ in determinatum hunc vel illum partium numerum explicaretur atque illud unum est quod in genere de numero partium aucto proferri potest; neque enim post exortum augeri usquam numero partes nostri corporis produnt rerum medicarum observatores.

quod spectat ad causas morborum organicorum in conjunctione, illæ pro triplici eorum differentiâ triplicis quoque generis assignari solent: aliæ namque situm, aliæ contiguitatem, aliæ continuitatem vitiare aptæ natæ sunt: et primò quidem naturalem partium situm mutare valent innumera quæ vix certis capitibus quis comprehendat alia namque extrinsecus et impetu agunt, quo modo lapsus aut vis illata membris ossa à situ suo removet: alia verò intrinsecus scilicet laxando aut detrahendo à laxitate inductâ propter serosos humores aut divulsionem nimiam factam in annulo peritonæi, quæ causa est cur intestina in scrotum situ mutato delabantur: ab eadem etiam laxitate inductâ in musculis et membranis oculorum causa est cur procidant oculi extrà orbitam, et sic de aliis. nimia quoque contractio partium nonnullarum aliis connexarum earum

earum situm invertere solent: sic retractis ureteribus seu inflammatione seu propter arenulas descendentes retrahuntur testes ad inguina, atque etiam in cavitatem abdominis: sic convulsis retractisque digastricis musculis condilus maxillæ inferioris à suo situ quandoque removetur et sic de cæteris quæ diligens morborum observatio comperta faciet.

2°- contiguitatem partium lædunt quæcumque interjiciuntur corpora partibus naturaliter contiguis, cujusmodi sunt humores omnes qui mediis in articulis colliguntur, quorum interjectu à mutuo contactu extrema ossium capita recedunt: deinde verò laxitas quoque vinculorum seu ligamentorum partes ad mutuum contactum cogentium in contiguitate vitium inducere possunt: sic laxatis articulorum musculis et ligamentis ossa recedunt à se invicem quod patet in articulorum luxationibus.

3°. demum continuitatem vitiosam avertere possunt multa tum in ipsâ generatione tum extra generationem et continuitatem quidem morbosam inter discretas partes induit coactus earumdem contactus glutinosorumque humorum interpositio, quod præsertim in palpebris contingit, quæ quandoque propter viscidos humores et humorem extrinsecus comprimentem invicem coalescunt: idemque observatur in pulmonibus qui eandem ob causam pleuræ non rarò cohæsisse observati sunt. naturalem autem partium quarumcumque continuitatem solvunt plurima quæ ad quatuor classes commodè referuntur. ad primam referuntur tenuia et ad secandum idonea, quorum actio sectio dicitur, atque in partibus carnosis vulnus, in solidis ut in ossibus si sectio fiat transversa fractura, si recta fissura dicitur. ad 2am revocantur acria et erodentia, quorum actio erosio dicitur, quæ carnosis in partibus ulcus, in solidis pauloque durioribus ut ossibus, cartilaginibus, tendinibus caries vocatur. ad 3am reducuntur gravia dura et obtusa quorum actio contusio vocitatur, idemque nomen tum in solidis tum in mollioribus partibus retinet. ad 4am pertinent rumpentia et divellentia, quorum actio ruptio et divulsio dicitur, in membranis verò ruptura nuncupatur.

Caput 3um de causis accidentales morborum differentias inducentibus.

tam multiplices sunt causæ accidentales morborum differentias

inducentes

ut vix certo possint numero comprehendi; summatim tamen easdem pro quadruplici respectu quo accidentales morborum differentiæ solent considerari easdem percurremus: ac 1°. quidem habitâ subjecti ratione universales inducunt morbos vitiosi humores per universum corpus circulantes, particulares verò et alicujus tantùm partis vitiosi iidem succi conferente præsertim pravâ partium dispositione quæ quandoq; laxior quandoque strictior est quàm ut possit liberè sanguinem aliosque humores excipere et dimittere. 2°. si spectemus morbum habitâ ratione turbæ quam inducit in toto corpore magnitudinem inferunt quæcumque magnum tum in organis tum in partibus fluidis vitium inferunt; ita vulnera pulmonum, hepatis, renum et alia id genus, vel prædictarum partium obstructiones, abscessus, et ulcera, quoniam magnam functionum læsionem inducunt, magnitudinem morbi producere dicuntur; quod idem dicendum de heterogeneis ~~sanguini~~ sanguini confusis particulis, ejusque naturalem motum interturbantibus, unde similiter magna functionum læsio subsequetur: contrà verò parvum inferent morbum quæcumque minùs corporis oeconomiam immutant, cujus generis est calor æstivus præposterè susceptus, quo capitis gravitas aut dolor minùs acutus accersitur. idemque dicendum de vulnere levi inflicto putà digito cuipiam, quod licet sauciì digiti functionem impediat, vix tamen aut nihil obest aliarum functionum exercitiis.

Causæ autem benignum morbum accersentes illæ sunt quæ licet turbam in humoribus producant, gravia tamen funestaque nulla inferunt symptomata; cujus generis sunt nimia ciborum ingurgitatio quæ quandoque febrem tertianam producit aut continuam simplicem.

quod spectat ad morbos malignos, illi ut anteà dictum est vel à venenis assumtis sanguinem penitùs dissolventibus, ut est venenum viperinum, arsenicum &c. vel à coagulantibus omninò, cujus generis sunt spiritus acidi minerales vitrioli, nitri, sulphuris Mercurius sublimatus corrosivus, succus lactucæ &c. nomenque venenatorum obtinuerunt vel ab aëre inspirato aut alimentis summè vitiatis oriuntur; unde integra similiter nunc humorum dissolutio, nunc coagulatio prout aer et

alimenta salibus acribus solventibus aut acidis coagulantibus sunt referta; atque illi quidem pestilentes vocari consueverunt: vel denique ejus est energiæ atque volatilitatis fermentum morbos inducens malignos, ut possit per effluvia ab uno corpore meare in alia iisque communicari unde contagiosus morbus emergit circà quem non erit abs re paulò operosiùs inquirere; difficultèr namque intelligitur quomodo tantilla fermenti morbosi quantitas quæ per effluvia ab uno corpore in aliud migrat possit tamen eandem in humoribus ejus labem atque adeò et eundem morbum producere, ut contingit in peste aliisque morbis contagiosis.

gravis tamen hæc difficultas utcumque resolvi poterit ex Mechanicis principiis; si modò adverterimus plerosque morbos qui contagiosi censentur verosimiliter non à contagio imò potiùs a causâ universali peræquè in omnes agente produci: sic dysenteria Epidemica quæ contagiosa vulgò existimatur in usum fructuum immaturorum aut aëris inclementiam potiùs referenda est quàm in Contagium. idemque dicendum de febribus malignis plerisque quæ universalem causam putà vitiosum aërem aut alimenta depravata agnoscunt; hinc est quod prædicti morbi plerosque simul in eâdem regione corripiant: cum enim eandem plerique imò et singuli morbosam causam foveant, mirum videri non debet quod datâ occasione et prout firmior aut laxior est sanguinis in variis contextura, in plerisque causa hæc eadem vires suas exerat morbumq; determinatum producat, in aliis verò non: nec si plures in unâ eâdemq; domo quasi serperet labes ab uno in alium eodem affectu corripiantur. putâ dysenteriâ aut febre malignâ, continuò tamen contagio illud factum asserere licet, quasi morbus per quædam effluvia ab ægro corpore missa in circonstantes omnes et familiares repserit: imò verò cum singuli quicumque familiam componunt iisdem utantur alimentis eodem utantur aëre, aliisque rebus non naturalibus, quarum vitio morbosum seminium tribuendum est; quidni pariter singuli eodem morbo simul corripiantur, si quidem parem sanguinis ~~corporis~~ constitutionem nacti sunt aut successivè, si quidem humorum crasis dispar atque in nonnullis laxior quam in aliis.

neque dicat quispiam serpere morbum præsertim in Ministros, Clinicos eosque familiares, aliosque ægri cubiculum frequentantes: unde colligi possit contagio potius hoc est halitibus ab ægro corpore continuo fluentibus per respirationem susceptis ægritudinem in astantes plerumque diffundi; namque neque hanc rationem sufficientem esse ad probandum contagium: et verò si supponatur causa antecedens eundem affectum producere comparata latitare in corpore ministrorum familiarium et consanguineorum quid obstat quominus et illa exeratur in actum, morbumque præfatum producat, præsertim ubi tot concurrunt ad eandem torpentem excitandam, putà vigiliæ sollicitudines, moeror, tristitia jejunium aliaque quibus torqueri solent quicumque ægris ministrant: et si cura hæc quæ sanè magna est propter novam inductam in humoribus labem, seminium morbosum excitare possit, quorsum ad contagium recurramus. ergo probabile est plerosque morbos qui ex usu et crassiori minervâ contagiosi dicuntur propriè ac re quidem ritè perpensâ non esse contagiosos, sed simpliciter Epidemicos; quod idem etiam de peste affectu apud medicorum vulgus maximè contagioso asserere ausim. quidquid tamen sit ut injectum dubium suis non destituatur fundamentis, sunt quidem nec diffitebor nonnulli morbi qui serpere contagio apti sunt, atque ab ægro corpore per effluvia transmissa circumstantibus communicari. patet illud præsertim in Phtisi quam conjugum alter alteri plerumque communicat, in quâ tamen nulla prius extitit ad tabem dispositio: patet illud et in rabie quæ si non effluviis simpliciter, saltem succo saliviali morsu animantis rabidi sanguini immisto facilè vel etiam sano concitatur; quam obrem superest semper difficultas resolvenda, nimirum quânam ratione vel tantillum fermentum morbosum valeat totam immutare corporis oeconomiam, consimilemque morbum producere. verum quidem est in phtisi rem aliter se habere ac in aliis morbis contagiosis, quippe non modicam effluviorum noxiorum copiam trahit respirando alter conjugum qui sanus est, assiduoque alteri accumbit, certum quoque labem sani conjugis pulmonibus inferri, vel etiam illa sit ejusdem humoris: namque licet summè

volatile sit effluvium quod ab ulcere et purulentâ mââ phtisicorum expirando dimittitur, quia tamen salsum est et corrosivum, dum petit sani pulmones assiduè eosdem rodere exulcerare, unico verbo ad phtisimōio comparare aptum natum est: idque non absimili mechanicâ fiet quâ lamina plumbi solâ aceti evaporaōne corroduntur atque in cerusam convertuntur, aut obturacula quoque vasorum roduntur et absumuntur effluviis aquarum fortium, ut sunt spiritus nitri, vitrioli salis &c. quæ licet obturacula immediatè vasorum in quibus concluduntur non contingant, nihilominùs tamen simplici halitu eadem solvunt; idemque dicendum de quibusdam aliis morbis contagiosis præsertim verò ophtalmiâ: at multò major est difficultas ubi modicum est fermentum morbosum quod sanguini inspiratur, ut contingit in morsu canis rabidi in quo plerumque ne centesima quidem grani pars veneni salivalis vulneri dentibus canis inflicto communicatur: qui enim intelligi possit tantillam veneni molem posse totam humorum massam quæ viginti libris æquari solet, inficere, atque in aliam prorsùs naturam immutare: attamen res est de facto, imò et solemne quoque naturæ est ut modico quod aiunt fermento totam massam corrumpat: sic vel unum pomum putrescens cumulum totum corrumpit; sic vel una olei guttula in dolium cōllapsa immensam vini molem pervertit; sic unum moschi granum odorem suum diffundit in immensam aëris molem quæ cubiculum satis amplum occupat; sic demum exigua fermenti moles quæ pastæ alioquin inerti communicatur, eandem cogit ad fermentationem.

itaque cardo rei in eo situs est ut ostendamus posse fermentum morbosum quantilla sit ejus copia quæ humoribus admiscetur, eosdem in consimilem planè dispositionem immutare, atque illam unde à corpore morboso profluxit: quocircà supponendum in primis utcumque mole exiguum videatur fermentum morbosum, innumeram tamen complecti particularum ejusdem generis sobolem, quod præsertim elucescit in nonnullis corporibus ut sunt suffimenta quæcumque videmus; namque vel unicum thuris

granum accensis carbonibus impositum totam quam latè patet aulam videmus odore perfundere, sic grana duo aut tria ligni brasiliani sex aquæ libras rubicundo colore inficere: idemque de innumeris aliis corporibus dicendum, quæ licet exiguæ mole, in immensam tamen extensionem excurrunt, quod et de auro notissimū.

Supponendum 2º. fermenta quæ nostro sanguini commiscentur licet innumeris penè modis ejusdem contexturam vitiare queant, in hoc tamen omnia convenire, nempe ut vel solvant principiorum ejusdem nexum vel strictiorem efficiant, aut quod idem est sanguinis dissolutionem producant aut coagulationem; quibus ita præmissis haud ægrè ni fallor explicari poterit actio contagii seu fermenti contagiosi in corporibus sanis: Enimverò enim ex primò supposito fermentum contagiosum licet exiguâ mole innumeras diversi generis particulas comprehendat, facilè intelligitur misceri illud posse toti quàm latè patet massæ sanguineæ eandemque secundùm omnes sui partes inficere, quomodo diximus unum thuris granum totum cubiculi aërem odoratis suis particulis suffundere; idque tantò potiori ratione de contagio licebit asserere quòd fermenti particulæ summè expeditæ sint, summè tenues ac summè mobiles, adeòque corporibus etiam crassioribus admiscibiles: fermentum enim vulgò dicitur quod exiguâ mole vim summam obtinet: at quæso unde summa vis corporis exigui nisi summâ ex penetrantiâ ejusdem et summâ tenuitate summâq; mobilitate; ergo si fermentum contagiosum ut ut mole parvum sit tamen extendi poterit in partes omnes humorum nostri corporis, quoniam heterogeneum iisdem planè supponitur et immutat necessariò nativum humorum motum quomodo immutavit in corpore morboso, unde profluxit; namque pro diversâ suâ figurâ et conditione modo inhibebit omninò aditum exitumque materiæ æthereæ motum fluidi in corpore conservantis, adeòque et ejusdem inducet coagulationem vel ita impediet ut non nisi ægrè æthereum fluidum transfluere possit, unde vi atque impetu majori transcurret disjiciet q; objecta quæque repagula, continget q; ac demùm principiorum dissolutionem inducet.

quod ut clarius fiat atque ut difficultatibus occurratur, agite. supponamus fermentum contagiosum acidum esse, morbumque in vitiatâ inducendum sanguinis fluiditate motuque intestino, verbo in ejusdem coagulatione consistere. Certè quoniam experientiâ novimus multiplici acida spicula fermè omnia apta esse quæ figant partes sulphureas motumque earumdem intestinum sufflaminent facilè intelligemus ab inspiratis per contagium fermtis acidis coagulationem in sanguine produci posse, atque adeò et morbum ejusdem speciei atque ille qui fermento contagioso natales præbuit. id unum est quod negocium facessere possit, quod nempe fermentum acidum ut figat partes sulphureas sanguinis, infigatur hæreatque statim sulphureis partibus quibus primùm occurrit; unde cum exiguâ mole traducatur ab ægro corpore, difficulter intelligitur quomodo totam massam possit inficere, totiusque coagulationem accersere. fateor equidem non contemnendum esse hoc argumentum; si tamen advertamus quam magnam vel una aciduli gutta mutaõnem inducat in lacte cui immiscetur, quamque latè diffundant sese spicula acida, nihil mirabimur tantillum fermentum acidum quod sanguini inspiratur posse tam latè sese spargere suasque vires exerere: enimverò cum contagiosus vapor acidus aut potiùs cum singula spicula acida contagium componentia non protinùs ac sanguini commiscentur sulphureas partes attingant, sed nonnulla innatare cogantur sero quod vehiculi instar se habet respectu massæ sanguineæ; sequitur ejusdem adminiculo illa posse latiùs diffundi quam primâ fronte videntur, ubi nempe vapor contagiosus partem illam sanguinis impetit, quæ per pulmones circulationem exercet, quæ certè institutâ ad reliquas sanguinis ptes comparaõne forte pars decima est: quarè si supponantur spicula acida contagiosa tempore unius inspirationis attigisse partes sulphureas sanguinis per id tempus vasa pulmonaria decurrentis, ita ut nonnulla adhuc sero confusa circulationis motum sequi cogantur; certè quoniam sanguis emensis pulmonibus rursùm ad ventriculum cordis sinistrum appellit, indeque per arterias in totum corpus dimittitur, imò et

et in decursu reliquis sanguinis adhuc sani partibus commiscebitur, iis quoque assumtam labem sensim et sine sensu communicabit, transmissis videlicet spiculis acidis sero innatantibus in partes sulphureas; ac proinde brevi fiet totius sanguinis corruptio aut ut clarius loquar coagulatio; atque illud quidem in venena queq; animantium quæ non effluviis sed suco morsu quodam coitato transferri poterit, seu illa sint acria et solventia seu acida et coagulantia.

advertendum tamen propagationem illam acidi contagiosi quæ per inspirationem fit non adeò difficultor perfici ac quis re minùs perpensâ existimaverit; quippe non unâ inspiratione plerumque contagium suscipitur, quæ via communis est contagii admittendi, sed pluribus, unde licet forte infecta illa sanguinis pars quæ inter inspirandum inficitur impar sit reliquæ massæ cui admiscenda est pervertendæ, quia tamen iteratis vicibus respirando ducitur contagium in pulmonum cavitatem, fit ut quæ labes unâ vice non potuit, iteratis tandem communicetur singulis videlicet sanguinis circulantis partibus successivè pulmones trajicientibus, contagiosi virus afflatum patientibus.

sed rem ulterius promovere placet; videndum namque vel suppositâ unâ tantum parte sanguinis infectâ, quomodo unâ tantùm inspiratione vel uno rabidi animalis morsu vitiari possit, etiamsi forte corpora contagiosa singula cum semel admissa sunt implicentur hæreantque si placet ramosis humorum partibus, nihilominùs tamen explicari possit labis propagatio in sanguine consimilisque morbi in corpore productio: quocircà videtur rem verosimiliter duplici modo explicari posse; 1º quidem si intelligamus fermentum contagiosum ejus esse figuræ et conditionis, ut non possit nisi determinati cujusdam humoris putà salivæ partibus implicari, quod forte in rabie caninâ contingit bili, fermento stomachi, urinæ; alisq; tam recrementis quam excrementis massæ sanguineæ; unde quoniam prædicti-

humores se habent naturaliter velut decima, duodecima, aut vigesima pars respectu totius massæ, non erit cur miremur tantillam molem fermenti contagiosi determinato tantum humori adhærere, ac tam aptam illius massam quæ sanè toti sanguini comparata parvi momenti est inficere, posse consimilem affectum producere: enimverò si eatenùs morbus contagiosus quicumque est naturalibus officiat functionibus in uno corpore, quatenùs is vel ille humor à statu naturali deflexit ratione determinati principii salini videlicet inversi, quid obstat quominùs propter contagium vitium consimile in altero corpore inducatur, atque is vel ille humor pariter a fermenti particulis labem si acceperit, ejusdem nãe morbus emergat.

2°. fingamus si lubet inspirando tractum contagium intrà pulmones ita ut vel unâ illud inspiratione fiat; fingamus rursùs contagium coagulando vim suam exerere, certe rei cardo in hoc positus est ut demonstremus licet fermentum contagiosum totum hæserit in sanguine cui primum occurrit in pulmonibus, sic ut non possit denuò reliquis massæ sanguineæ partibus admisceri, parilemque iisdem consistentiam et coagulationem conciliare; nihilominùs tamen ex semel coagulatâ unâ sanguinis parte à contagioso suscepto fermento, sequetur et coagulatio reliquarum quas non contingit fermentum; quod ut resolvatur recolendum ex Physicis corpora quæ à statu fluiditatis summæ ducuntur ad statum duritiei vel mollitiei de motu intestino partium suarum remittere, et ad respectivam velut quandam quietem particularum componentium mutari. supponendum 2°. homogenea quæque corpora fluida quorum partes aliquæ concrevere, ad concretionem summè disponi; ita videmus in salium dissolutionibus cum semel aliqua eorum cristallus cœpit emergere in fluido, protinùs eidem multò pluros aliàs salis dissoluti particulas accrescere, et primam cristallum à parvis initiis in molem satis insignem excrescere. id quidem patet in nitri, salis marini, vitrioli aliorumque cristallisationibus quæ in Chymicorum officinis quotidiè perficiuntur, unde sic ratiocinor

quoniam coagulatæ sanguinis partes à fermento contagioso homogeneæ sunt cum reliquis quas contingunt, quibusve admiscendæ sunt in circulationis decursu; quoniam item coagulatæ eædem partes à statu fluiditatis et motûs intestini ad statum mollitiei et quietis velut respectivæ partium suarum, sequitur non posse illas majorem motum conciliare vicinis partibus fluxilitatem adhuc servantibus imò et iisdem ut potè quiescentibus, mollibus tamen nonnullam motûs circumfusarum partem esse communicandam, ex quo ulterius sequitur vicinas deperditâ aliquantâ sui motûs parte minus fluxiles reddendas et ad mollitiem acquirendam esse disponendas: jam verò quoniam ex dictis constat homogenea corpora fluida aliquâ sui parte concreta facilè ad concretionem omnium partium suarum disponi, superest ut concludamus et vicinas quasque concretis sanguinis partibus utcumque fluidæ sint et ipsas quoque coagulandas esse atque figendas, præsertim cum et ipsæ de suo motu remiserint, atque adeò hinc subsidere, uniri, aliisque accrescere aptiores evaserint. Neque obstat fluxilitas motusque intestinus superstes in his partibus quæ concretis vicinæ sunt; sufficit si homogeneæ sint aptæque invicem implicari, imò et fluidi motûs quo fluida cientur concretionem unionemque earumdem cum concretis promoturum est: quantò enim majori motu feruntur sulphureæ partes adhuc fluidæ in sulphureas jam concretas, tantò faciliùs et ipsæ uniendæ erunt: cum enim vibratæ fluidæ partes quò majori donantur motu, tantò magis ad contactum strictiùs intimiùs atque immediatiùs concretarum cogantur, atque adeò interjecta quæque corpora unionem et nexum impedientia removeant, fiet ut vel motus ipse fluidi partium adhuc fluidarum dum concretis occurrunt, earum promoveat concretionem, atque adeò idem aliquo sensu dicendum erit de fluidis sanguinis partibus dum occurrunt concretis, iisdem accrescunt, quod de assulis duabus summè lævigatis, quas quanto majori vi ad mutuum contactum coegeris, tantò difficiliùs a se invicem separaveris.

jam si quis malit acidi contagiosi parvâ quantitate inspirati rem aliter explicare, dicatque coagulatas partes non aliis quidem ac fluidis quomodo diximus coagulationem inferre; contendatque contrà fluidas partes dum occurrunt concretis quoniam majori motu cientur, easdem dissolvere, secumque in crassiusculas moleculas resolutas advehere, quomodo videmus spiritum vini resinosa æquè corpora dissolvere, facessereque in fluidum multò crassius quàm ipsum sit, non habebit me repugnantem: facilè namque intelligitur, si ita fiat dissolutio concretæ sanguinis partis à fluidâ superveniente, non posse quin ex utrisque simul combinatis, concretâ videlicet solutâ, et fluidâ solvente emergat fluidum mediæ consistentiæ atque adeò et multò majoris quàm naturaliter postulet ad liberum functionum suarum exercitium: atque hoc tantò probabilius videtur quòd sanguis coagulatus ab inspirato acido contagioso non possit ~~quin~~ (utcumque solvatur ab alio sanguine) ad pristinam tamen fluiditatem redire: atque hæc de contagio coagulante dicta sufficiant. superest examinandus modus quo contagiosa corpuscula massam sanguineam dissolventia vires suas exerant. sed novimus in toto genere salium nulla esse magis apta producendæ humorum dissolutioni quàm quæ acria sunt seu alkalina sint tam fixa quam volatilia, seu simpliciter salsa. quod spectat ad alkalina fixa obstat summa eorum fixitas quominùs in salium contagiosorum numerum habeteramus; quæ naturâ suâ summè volatilia, summè mobilia sunt, contrà quàm observamus in salibus fixis quæ nequidem summâ ignis torturâ sursùm efferri possunt: ac proinde si sal aliquod vaporabile erit, quod sanguinis possit dissolutionem inducere contagiique naturam induere, certè illud vel erit volatile alkalinum vel salsum volatile, de quorum agendi in sanguinem modo inutile foret inquirere, postquam ille multis aliis in locis fusè expositus est, nisi proposita difficultas de propagatione contagij acidi in sanguine, aut potiùs propagatio actionis acidi contagiosi parvâ quantitate assumti

ad hoc ipso transferri possit, quare rursus existimandum circa salia volatilia salsaque in contagium assumta quorsum et quâ ratione exiguâ licet quantitate sanguini misceantur nec nisi vigesimam fore massæ sanguineæ partem infecerint, totam tamen progressu temporis quanta est vitiare possunt. verum multò minor longè difficultas est in propagatione actionis salium quorumdam contagiosorum acrium quàm acidorum: quod enim spectat ad sal volatile alkalinum, patet illud si commisceatur determinatæ cuidam sanguinis parti ratione propriæ contexturæ quæ et aspera est et porosa tum et ratione summæ mobilitatis exsoluturũ haud difficulter sulphureas quasque sanguinis partes quibus occurret: cum enim tenue sit percitique motu cieatur, intimos quosque partium sulphurearum recessus penetrabit: quoniam verò asperum echinatumque laciniabit rumpetque in transitu suo ramos partium sulphurearum, imo quià porosum ac proinde fermentationi comparatum, dum occurret spiculis acidis volatilibus quæ multa sulphure sanguinis comprehenduntur, fermentationem cum iisdem excitabit, solvetque ita penitùs quidquid ramosum pingueque inest in sanguine à quo ejusdem consistentia repetenda est. jam verò quoniam exsolvi non potest pars una sanguinis cui contagiosum illud volatile inspiratur sine summo motûs ejusdem incremento qui certè vicinis nondum solutis non potest non communicari, fiet ut necessariâ velut consecutione serieque veluti quâdam susceptâ labes in unâ sanguinis parte ad alias transferatur; atque id quidem tantò faciliùs absolvi poterit quod dum prima pars sanguinis contagio afflata exsolvitur motuque suo fluiditatem adepta majorem, menstrui vices gerit respectu alterius nondùm soluti vicinæ alterius partis principia fermentativa laxantur atque ad mutuum concursum mutuamq pugnam disponuntur; quo fit ut concurrentibus hisce omnibus tandem unâ ut dixi serie tota sanguinis massa solvatur.
neque de salso volatili aliter sentiendum sentiendum: siquidem acre est necdum fermentationi cum acidis excitandæ prorsùs inept

ineptum: neque enim minori motu salsum volatile aere fertur in sanguinem atque sal ipsum volatile; immò majori vi propter majorem soliditatem per medias partes sulphureas trajicitur, quo fit ut illa citiùs dissolvantur faciliùsque ad fermentationem principia quæ comprehendunt disponantur: at quod magis salsum volatile ad dissolutionem sanguinis producendam disponit, illud est quod sal salsum naturæ ferè indomitæ eamque obtineat acidi volatilis cum alkali ex quibus conflatur unionem, nullâ ut ratione separari invicem possint; idem namque dicendum de salso volatili atque de salso fixo, quod, nisi medium aliquod interjicias, in suas partes resolvi non potest. ita videmus sal armoniacum quod de genere salsorum est, item sal salsum quod ex conjugio spiritus salis acidi et sale alkalino componitur non posse volatile suum sal fundere nisi priùs iisdem admisceatur tertium quoddam alkalinum quale est sal tartari fixum, calx, aliaque quæ dum acidum salium salsorum absorbent, liberam salibus alkalinis volatilibus fugam relinquant, ac proinde hac solâ methodo salsi partes seorsim obtinere licet. jamverò quod salsum indissolubilem obtineat partium suarum unionem planè intelligitur illud vel minimâ copiâ sanguini confusum præ reliquis ejusdem dissolutionem promovere posse; cum enim ex dictis summam volatilitatem obtineant summumque motum facilè per viscidiores quasque sulphurum partes vel illibatum etiam et sine ullâ partium suarum attritione aut separatione traducendum erit. deinde verò ex eo quod infigi sulphureis partibus aut cohærere non potest, sequitur facilè per medias quaslibet sanguinis partes adigendum esse, cum nullibi ~~fidem~~ sedem ponat, imò perpetuo fluidi motu cieatur.

quod si quis dicat licet salsum præ summâ tenuitate et mobilitate non posit sulphureis sanguinis partibus implicari, propter jacturam tamen motûs semel inditi quem obviis quibus occurrit partibus communicat, ineptum esse quod totam ut sic dicam massam sanguineam peragret ac successivè dissolvat. R̃ondeo equidem salsa volatilia nisi novam ac novam motûs

quantitatem cum semel sanguinem ingressa sunt recuperarent, impania omninò fore quæ totius sanguinis dissolutionem producerent cui inducendæ haud exiguus motus requiritur: verùm quoniam salsa sanguini commista eodem quo et ipse cietur motu fluidi cieri necessum est; imò ipsa propter soliditatem suam majorem pro ratione molis motûs quantitatem assumunt, quoniam item propter dictam soliditatem ~~dum majorem suscipiens~~ motum dum reliquis confusè traduntur à corde in arterias, et ipsa quoq; communicati a corde motûs partem majorem suscipiunt quàm reliquæ sanguinis partes quæ multò minùs compactæ sunt; mirum idcircò videri non debet etiamsi priùs inditam motûs quantitatem salsa deponant in ipso sanguinis ingressu, tamen reliquarum partium exsolutioni sufficiant.

Caput 4um series causarum accidentales morborum differentias inducentium 6

Præter enumeratas accidentalium morborum differentias diximus nonnullas repeti ex motu duratione exituque eorumdem, ac 1o quidem habitâ ratione ad motum seu modum procedendi morborum statuimus in plerisque quadruplex observari tempus, initium videlicet, augmentum, statum et declinationem; unde status et differentia accidentalis quadruplex orta est. superest itaque ut in causas hujusmodi differentiarum ut et reliquarum breviter inquiramus: quod autem spectat ad causam initii, certè illa alia non est ab illâ quæ morbum producit cujuscumq; sit generis, quæ in ipso actionis initio propter firmiorem adhuc humorum contexturam non nisi debiliter vires suas exerit, unde multò minora infert symptomata quàm in progressu: quia verò sensim et sine sensu causa morbosa continuo motu atque fermentatione magis exeritur, laxatque magis ac magis —

humorum compagem ac denim symptomata infert paulo majora, augmentum morbi paulatim producit; imo quoniam hæc eadem causa toto augmenti tempore magis extricatur adeòque et liberè movetur ac fermentescit in humoribus quos susque dèque movet atque exagitat; ac proinde gravissima infert symptomata, sic ut graviora pro suâ natura inferre non possit, statum morbi producere necessum est: denim quoniam postquam causa morbosa vires suas exerit quantum datum erat in sanguine, tandem atteritur et attrita atque divisa aut etiam præcipitata fermentativum humorum motum producere non potest, remittant symptomata omnia, morbique adeò sequi declinationem necessum est. quo loco adverti velim obiter causam de quâ agitur esse de genere humoralium, morbosque in quibus observantur initium, augmentum status et declinatio pariter humorales esse; atque illos quidem in quibus humores propter heterogeneam quandam partem iisdem confusam summo fermentationis motu cientur.

2°. morbi pro variâ suâ duratione alij breves alii diuturni fi. brevitatem autem morbi facit exilitas causæ producentis aut tenuitas ejusque summa mobilitas; prolixitatem verò morborum inducunt causarum magnitudo, crassities atque viscositas quo fit ut non possint continuâ sanguinis fermentatione subigi et atteri, adeò ut in totum è corpore possint eliminari, contrà quàm accidit ubi tenuis summèque mobilis est causa morbosa quæ eatenùs faciliùs excutitur, et per vias naturali humorum vitiosorum excretioni dicatas expellitur.

3°. diximus morbos habitâ ratione finis et exitûs aliós esse salutares, aliós lethales; cujus differentiæ causæ in promtu sunt cuilibet vel leviter attendenti: etenim quoties causa morbosa ita aget, ut nec corpus humoribus exhauriat nec humores ita pervertat ut inde inepti prorsùs evadant functionum suarum exercitiis, salutaris morbus emerget: quoties verò ea erit causæ morbosæ vis ut vel spiritus omninò sufflaminet, vel naturalem humorum crasim omninò pervertat, aut denim partis cujusdam nobilis contexturam immutet; adeò ut post hæc consueto functionum

exercitio reddatur inepta, letalis morbus infertur.
Sunt et aliæ morborum differentiæ quæ ex ipsâ causarum varietate deduci solent, præsertim verò connatus et adventitius, de quibus non est quod aliquid proferamus. rursum alius hæreditarius est alius non-hæreditarius, quorum causæ ac præsertim hæreditarii accuratum requirunt examen. constat equidem hæreditariorum morborum causam in semen utriusque parentis referendam esse, hanc omnes unam adducunt; pauci tamen norunt modum quo vitiatum semen parentum eosdem morbos aversant proli, quibus parentes ipsi obnoxii fuerunt, quod tamen accuratè novisse haud parum pathologicorum interest: Ergo ut rem hactenùs sat ignotam evolvamus, suppono ex phisiologicis à semine virili seu potiùs ab aurâ seminali, illud esse videlicet quod ovum muliebre quo parvulum foetus rudimentum concluditur ad perfectam veluti quandam maturitatem producatur, atque in uterum per tubas fallopianas devolvatur: jam cum maturitas isthæc ovi inchoari non possit absque prævià quadam mutatione factâ in contentis ejusdem ovi nisi turgescentiâ quâdam et fermentatione quâ tùm albumen tum et inchoatum foetûs corpusculum impensè rarescunt ac dilatantur; sequitur semen virile respectu ovi se habere tanquam fermentum aliquod summè penetrans energiceque summæ, quo informes quo informes indigestæque ovi partes in quemdam velut actum formam atque dispositionem reducantur, quorum omnium ratione fluxile foetûs rudimentum solidiorem formam acquirat, humoresque in eo contenti penè aquei verum in sanguinem convertantur.
his ita suppositis haud difficulter intelligi poterit modus quo morbi paterni possunt in filios transmitti: Enimverò cum ex supposito semen virile fermenti instar se habeat quo partes foetûs tam solidæ quàm fluidæ in ovo simpliciter delineatæ debitam naturalemque hominis formam adipiscantur, sequitur pro ratione fermenti seminalis hoc vel illud vitium tam solidis

quam fluidis foetûs partibus inducendum, haud dispari modo quo videmus ejusdem naturæ fermentum pro diversis alterationibus producere disparem in fluidis quibus admiscetur saporem et colorem conciliare; sic spiritus salis armoniaci indolis salino-volatilis alkalinæ ex sale tartari distillatus cum spiritu vini rectificatissimo commistus eandem coagulat atque in albicantem offam immutat, qui tamen si ex calce vivâ proliciatur, vix aliquam nisi penes saporem spiritui vini mutationem induit, quod ut clariùs elucescat, supponamus patrem v.g. phtisi correptum eandem labem aut saltem dispositionem ad phtisim proli conciliâsse, certè quoniam eatenùs pater hoc affectu corripitur quatenùs humores obtinuit hujus vel illius constitutionis, ratione cujus dum pulmones præter labuntur contexturam eorum naturalem invertunt, atque ad ulcus vel ad tabercula disponunt, sequitur fermentum seminale à sanguine sic constituto deciduum inde singularem nancisci ~~contexturam~~ caraiterem, ratione cujus dum ovo inspiratur humoribusque sanguinis formam largitur, iisdem consimilem planè dispositionem debet accersere illi quam humores paterni obtinuerunt, à quibus ipsum profluxit: itaque ut et clariùs adhuc mentem exponam, considero ipse auram seminalem velut fermentum aliquod summè ~~vitiatum~~ activum, quod inertem humorum materiam in foetu in actum deducat induatque naturalem sanguinis formã. jam sicut in reliquis naturæ operibus solemne est ut ~~fermenta~~ quibus corpora quibus immiscentur suam velut in naturam convertant aut saltem in eam formam immutent quæ planè similis sit corporibus ex quibus fermentum profluxit: ita pariter dicendum de fermento seminali respectu humorum foetûs; enimverò videmus vulgare fermentum inerti alioquin pastæ commistum eandem disponere inductâ fermentatione ut in panem vulgarem evadat: videmus quoque cerevisiæ foeces recenti hordei infusioni commistas, eandem in cerevisiam illi à quâ foeces extractæ fuerant simillimam convertere: quid quod pro diversitate fermentorum ejusmodi corpora quibus admiscentur diversam quoque naturam induant,

ita fermentum paulò vetustius panem alterius conditionis et cerevisiæ fæces cerevisiam saporis, odoris et coloris maxime diversum producere solent, vel ex eo solùm quod variam à consueto et nāali ut ita dicam statu partium figuram obtinuerunt.
Neque verò alienum videtur auram seminalem quæ propriè fermentum est sanguificum ut ita dicam respectu humorum fœtûs et ovi nondùm fœcundati easdem mutationes inducere atque reliqua fermenta: etenim vix credibile est inter tot vitia quibus massa sanguinea parentum obnoxia est posse semen aut quod idem est fermentum seminale intactam illibatamque ptium suarum contexturam servare, atque eam quidem quæ constanter sanguinem purum naturalemque producat: jam si fermentum seminale à naturali statu declinabit utcumque inchoati in ovario matris aliquam tamen ratione vitii suscepti labem iisdem collaturum est, ut si sanguis unde semen profluxit salsioris quàm par est naturæ fuerit, acidioris, fluidioris aut crassioris, et protinùs à fermento seminali sanguifico sanguis fœtûs naaind modò plus æquò salsiorem, modò acidiorem, fluidiorem, modò crassiorem adepturus sit; ac proinde si quidem propter enumerata massæ sanguineæ vitia (illa enim instar omnium esse possunt) pater catharris, affectui hipochondriaco, calculo, phtisi, arthritidi aliisque id genus morbis obnoxius fuit, natum quoq; iisdem obnoxium esse necessum erit.
dicet aliquis videri nos hæreditariorum morborum causam traductam ~~veterre~~ in prolem veterre simpliciter in sanguinem aut humores qui ex sanguine naturaliter manant, quippe in colatoriis propriis naturaliter secernuntur prætermissâ consideratione partium solidarum, in quas tamen solent veteres medici velut primam dispositionem ad morbos quoscumque hæreditarios; Respondeo licet fermentum seminale potis sit naturalem partium solidarum contexturam in tenellulo fœtûs rudimento pervertere, inde ut fiant illæ variis parentum morbis suscipiendis aptiores, non deesse tamen rationes quibus statuamus

legitimam priovemque causam morborum hereditariorum in sanguine aliisque humoribus simpliciter collocari: quæso enim supponamus quenquam in phtisin propensum eamque labem à parente suscepisse, an dices propensionem illam à laxitate pulmonum à primis generationis primordiis inditam promanasse; an verò à strictiori eorundem contexturâ, quorum ratione fit ut multò uberiorem humorum copiam admittant, resistereque non possint salsæ acrimoniæ quâ rodendi sunt ubi laxiorem contexturam nacti, vel ut non possint liberè intromissum ~~aërem~~ sanguinem trajicere, adeòque sic ruptioni vasorum occasionem præbeant, dum videlicet compactiores et strictioris contexturæ; sed dico hæc pulmonum vitia in quæ propensio ad tabem refertur à pravâ humorum dispositione peræquè imò et potiori jure deducere quis poterit: Enimverò quid obstat quominùs statuamus hæc ipsa pulmonum vitia, flaccitatem intellige aut densitatem vel ab ipsis ~~pulmonum~~ humorum vitiis primùm infanti ortum duxisse neque enim aliunde repeti potest laxitas partis alicujus in corpore quàm à serosis humoribus in ~~corpore~~ sanguine luxuriantibus, qui videlicet dum partes interluunt eorundem contexturam relaxant, neque densitas constrictioque nimia partium quarumlibet nisi à sanguine crasso et seroso humore destituto deduci potest: ita enim fit ut cum succus nutritius iisdem appositus multò minorem phlegmatis copiam comprehendat, faciliùs concrescat mollitiemque minorem conservet in partibus mollibus, ac proinde eædem partes densiorem firmioremque contexturam acquirant; uno verbo nullum grave fundamentum afferri potest primariam hæreditariorum morborum causam in solidas partes ab ortu ipso vitiatas referendam esse.

Neque dicas observari non rarò vitia partium solidarum, cujus generis sunt gibbositas, cæcitas &c à parentibus in natos transmitti: namque manet semper id quod de Pulmonibus dictum est, nempe humores hæc vitia solidis partibus communicare; vitiatus enim hoc vel illo modo determinato sanguis non potest dum partes foetûs alluit pro diverso vitio hanc vel illam partem

afficere quomodo affici et vitiari videmus varias corporis partes in sanis enim ubi humores labem aliquam contraxerunt, fait namque vel naturalis partium contextura ut non possint humores propter susceptum vitium liberè per easdem traduci, unde suboriuntur pro variâ partium dispositione innumeri eorumdem defectus: sic quamcumque ob causam bilis crassescat non poterit hepar, ut cumque alioquin benè habeat, quin gravem protinus patiatur obstructionem in suis glandulis ac vasis, degeneretque in partem prorsùs ineptam ubi bilis in glandulosis ejus acinis penitùs concrevit: sic videmus infantes alioquin benè secundùm partes solidas constitutos propter errores in victu, putà lac nutricum vitiosum, immersionem in aquam frigidam, propter simplex humorum vitium de novo adveniens gibbosos, coecos, surdos ac mutos evadere: quòd si res ita sit in sanis ubi humores à statu naturali desciverunt; quidni et idem dicamus de foetibus quorum humores vel a primis generationis principiis contagio seminali infecti sunt; ut concludere liceat primam hæreditariorum morborum generationem seu causam ab humoribus foetûs inquinatis deducendam esse.

inquiet tamen rursùs aliquis annon aliquo sensu solidæ partes hæreditariorum morborum causæ occasioque censeri possint. Respondeo equidem libenter me recensiturum vitia partium solidarum inter causas morborum organicorum; si modò concedatur vitium illud partium solidarum ab humoribus ipsis priùs inquinatis inductum fuisse, atque ab iisdem continuè foveri: atque ita fatebor laxitatem renum v.g. conferre ad calculi generationem, licet primariam hanc hæreditarij morbi causam fuisse obstinatè negaverim. quippe statutum semper apud me erit laxitatem illam ab humoribus i.um exortam; immò nisi humores aut potius urina certam dispositionem nacta sint ut concrescant atque in lapideam naturam convertantur, utcumque laxi supponantur renes, adduci non potero ut credam ex eo solùm quod laxa est renum compages posse quenquam ad calculum disponi; et verò constat diabeticos qui immoderato

urinæ profluvio laborant, in quibus renum textura forte laxior est quàm in calculosis ad calculum tamen eatenùs non disponi quæ omnia ad reliquos hæreditarios morbos transferri possunt.
Opportunè jam quis quærere possit qui et quomodo morbi materni tradici possint in filios, namque videtur foemina non nisi humorum materiam suppeditare, formamque oem eorum à fermento seminali virili seu laudabilis illa sit seu vitiosa repetendam esse.
Respondeo huic quæstioni duplici modo satisfieri posse. 1° quidem si dicamus non sufficere fermentum seminale inducendæ in humorum materiâ cujuscumque illa generis sit laudabili sanguini formæ, sed requirere certam in eadem dispositionem ratione cujus hanc vel illam alterationem induat in singulis ejusdem partibus, inde ut naturalis aut vitiosus sguis emergat. neque enim putandum seminale fermentum non secùs ac reliqua quæ in usu vulgari ad varias corporum mutationes usurpantur, ut sunt fermentum paniticum et cerevisiæ foeces agere indiscriminatim in quamlibet materiam cui immiscentur, ut ut diversa illa sit; ab eodem namque fermto diversæ naturæ panis v.g. producetur, ubi cum diversæ speci pastis putà segalinâ, loliaceâ, miliaceâ frumentaceâ illud commiscebitur: neque enim peræquè vires exerturum est fermentum ubi diversæ figuræ, magnitudinis, densitatis &c. moleculæ penetrandæ, infringendæ ac subigendæ sunt, quippe licet variis immistum pastis qualemcumque in iis fermentationem producat, disponatque ut facessant illæ in panem; certum tamen summam in confectis panibus esse observandam discrepantiam penès odorem, saporem, colorem pondus &c: quod si res ita sit, quidni intelligamus utcumque aura seminalis sanguinis formam largiatur humoribus foetûs; si tamen vitiosæ alioquin materiæ misceatur, emergere inde sanguinem vitiosum qui vitia materiæ ex quâ primùm conflatus est obstinatè toto vitæ decursu retineat, tantò magis quod contracta

illa labes absolutâ fermenti seminalis actione continuò hoc est toto gestationis tempore foveatur: neque enim aliud alimentum foetui suppetit toto illo tempore, quàm quod ab utero materno suppeditatur, quod partim sub colliquamenti partim sub sanguinis formâ in ejusdem corpusculum ducitur, adeò ut non possit quin inchoata labes in sanguine foetûs continuo nutrimenti appulsu notabiliter augeatur, ac denuim eandem quam sanguis maternus obtinuit naturam acquirat.

Respondeo 2°. licet forte fermentum seminale pro energiâ suâ correxerit statim vitium materiæ in ovo contentæ, humoresq; in laudabilem sanguinem converterit, posse tamen tantum esse vitium alimenti quod à matre gestationis decursu derivatur in foetum, ut possit inde naturalis primum inducta dispõo in sanguine in totum perverti; atque illud mirum adeò videri non debet, cum vel in adultis abusu tum alimentorum tum rerum aliarum non naturalium ut ut sana sit sanguinis dispositio quotidiè summam patiatur labem: at quantò facilius labes hæc eadem sanguini foetûs inurenda est, qui non modò non obtinet adhuc sanguinem firmæ stabilisque contexturæ, sed et vitiosum quoque ipsum matris sanguinem purum ac purê factâ veluti quâdam transfusione in alimentum assumit.

sed urgebis ex hoc ultimo responso sequi non posse morbos paternos traduci in natos quoties mater sanam integramq; integramque sanguinis dispositionem nacta erit: esto enim fermentum seminale quod vitiosum supponitur determinatam quandam labem inuserit sanguini foetûs, certè quoniam ille laudabili nutritur alimento imò et vel ipsum sanguinem maternum syncerum exsugit, parem eamque in melius mutationem in sanguine ab ipsa generatione vitiato est passurus, atque ille qui cum à principiis nactus esset laudabilem sanguinem, propter vitium tamen alimenti à matre suppeditati summam in pejus ejusdem mutationem inter gestationem experitur.

Respondeo et illud quoque nonnunquam evenire, ut propter hanc ipsam rationem non possit pater ingenitos aut adventitios morbos natis communicare, ubi nempe is est materni sanguinis vigor et contextura quae inductam labem in sanguine foetûs emendare possint: verùm quoniam varia est foeminarum constitutio, varius sanguinis status, atque in his quidem humoros laxioris contexturae quam in aliis, fit ut sæpè sæpius utcumque sanæ dici queant matres, non possit tamen inusta labes sanguini foetûs abstergi, ut potiùs ex permistione succi nutritij in pejus ruere omnia necesse sit: tam altas egit radices inditum virus, tam forte tam indomitum est, nec mirum posse contaminatum semel sanguinem foetûs tam pertinaciter congenitam labem tueri: quippe vulgari compertum est experientiâ vina, quorum quidem mutationes sanguinis mutationibus jure quis comparare possit, si vitiosam quandam qualitatem susceperint, putà rancorem, acciditatem aliaque istiusmodi vitia, non posse tamen vel admixtione quorumcumque corporum ad pristinum statum restitui: imò nec si eadem cum multò majori sanorum et integrorum copiâ miscueris, — nihilominus tamen inditum vitium positura sunt; quin imò et illud sanis quibus admista sunt communicabunt: nempe sunt in fluidis non secus ac solidis indelebilia quædam vitia, quæ, nisi principia ad incudem ut vulgò dicitur denuò revocaris, tollere vix usquam aut separare possis; atque hoc quidem propter strictiorem nexum particularum ex quibus principia aut integrantes corporum moleculæ componuntur, quæ diffringere paucis datur corporibus; fit ut fluida quædam corpora mitigare habito respectu ad effectum permistione aliorum omninò liceat mutare in totum secundùm priorem privatam hanc contexturam quâ vitiosa dicuntur, penitùs denegetur: atque ut rem exemplo illustratam velimus; rancida vina sanorum permistione ingratum illum rancorem ex parte posuisse videntur, hunc tamen adhuc retinent saporem, quo manifestum

fit mitigati tantùm atque edulcorati non tamen mutati quoad sua principia rancoris indicium; ita spiritus nitri, salis marini, aliaque id genus acida mineralia admixto vini spiritu mitescere, et de summâ illâ quâ pollent aciditate remittere videntur, licet reverà nullam aut saltem parvam quoad spicula sua mutationem patiantur; quod patet ubi distillando prolicitur confusus vini spiritus, atque ab iisdem prorsùs separatur, manent enim prædicti spiritus sinceri absque ullo inductæ mutationis indicio; ex aquæ namque solvunt metalla ac si nullam omninò heterogeneorum miscelam passi fuissent. ut verbo dicam novimus et nostro quidem novimus damno multò faciliùs naturalem sanguinis contexturam perverti posse, quam Vitiatam semel restitui.

Porrò diximus morbos ratione loci aut regionis alios Endemios, Epidemicos alios, alios demùm sporadicos appellari, speciemque peculiarem inter morbos accidentales constituere: superest igitur ut pauca quædam de eorum causis disseramus; ac primò quidem certum est Endemios morbos quippe qui determinatæ regioni constanter affixi sunt, constantem quoque indigenamque causam agnoscere, quæ quidem ex aëris, aquæ, fructuum, ciborum aut soli vitio peculiari repetetur: ita Pyreneorum aut Alpium incolæ propter frigidiorem aërem, nivalemque aquam quæ nimiam lymphæ viscíditatem inducere solent, atque adeò et frigidis tumoribus, ut sunt Stateomata, Atheromata, Melicerides vulgò des loupes, occasionem præbere, bronchocele vulgò le goettre magnam partem obnoxii sunt.

2°. quandoquidem Epidemici morbi de indigenarum numero non sunt, sequitur eorumdem causam indigenam quoque et constantem non esse in regione in quâ grassantur, quoniam tamen populariter ibi grassantur, communem quoque esse eorum causam omninò necesse est; cum autem communia hæc tantùm habeamus, omnes unius regionis incolæ nempe vel aërem quem spiramus, cibum, potum atque solum, sequitur rursùm causam Epidemicorum morborum in quatuor hæc à statu

naturali recedentia et vitiata retundendam esse, quomodocumque illud fiat: neque enim hujus est loci referre tùm vitia tùm caūs quibus prædita corpora Epidemicos morbos induunt.

3° ac demum quoniam Sporadici morbi nec alicui regioni sunt peculiares, nec unam eandemque naturam obtinent, sequitur neque indigenam habere causam neque unam eandemq; communem sed multas simul, aërem putà vitiatum, aquam, vel ae seu simul, cibos &c. vel si unam saltem valdè quoad agendi modum diversam, cujus ratione fiat ut varii in eâdem regione variis atque à naturâ diversis tententur morbis.

jam si quid superest, maximè ut exhaustâ causarum particularium tractatione, summa earumdem genera proponamus, prout exquisitè satis ab antiquis proposita sunt; neque enim generalis illa causarum idea vel recentioribus nobis respuenda est, quatenùs ducit nos ad cognitionem eorum quæ veteres Metaphisici suis libris plerumque complexi sunt, paucis causam morbi in genere dixerunt antiqui illam quæ quomodocumque morbum producere potest, quo nomine solam quidem causam efficientem intelligi voluerunt, atque varias illius divisiones afferre mos fuit apud omnes; quippe aliam dixere causam per se quæ propriâ et insitâ vi nullius alterius interventu morbum producit; aliam per accidens, quæ non vi propriâ, sed alterius interventu morbosam parit dispositionem: ita gladius partes sauciàns per se et propriâ vi solvit unitatem continui; contrà verò frigus externum susceptum non quidem vi propriâ sed quatenùs aut inhibet effluviorum exitum aut alio quovis modo superiùs explicato febrem atque calorem præternaturalem accendit.

rursùm aliam principalem vocarunt quæ vel primum dedit affectui motum, vel illum sola excitare valet; aliam adjuvantem quæ quidem affectum sola non producit, sed principali auxiliatur; aliam demùm sine quâ non, quæ nullo modo affectum producit sine ea tamen morbus non produceretur. ita Arthritidis caūa principalis est constitutio sanguinis præter naturam crassior, salsior aut acidior, causa adjuvans est frigus externum aut alimenta cruda,

quæ ex usu assumuntur; causa verò sine quâ non articulorum laxitas nimia aut constrictio.

3° juxtà illos causarum aliæ internæ sunt aliæ externæ: internæ sunt quæ intrà corpus latent, quæque non sensibus sed artificiosâ conjecturâ dignoscuntur: illæ autem vel antecedentes sunt vel conjunctæ. antecedens est quæ conjunctâ prior est, eamque movet ac per eam mediatè morbum efficit: causa conjuncta est quæ immediatè et per se morbum producit; ita præternaturalis lymphæ viscíditas in sanguine est causa antecedens scrophularum, ea verò in glandulis hærens, concrescens easdemque in durum tumorem attollens causa conjuncta dicitur: sed rursus duplex conjuncta statuitur, alia conjuncta simpliciter, quâ positâ ponitur morbus, nec tamen sublatâ tollitur; alia vero continens quâ positâ ponitur sublatâ tollitur morbus. ita positâ venæ sectione post effusam summam sanguinis copiam, summa inducitur virium debilitas, quæ tamen curato vulnere non aufertur: contrà verò sublatis ope medicamenti purgantis salibus fermentativis febrem inducentibus, protinùs febris aufertur.

Externæ verò causæ sunt quæ vel exteriùs positæ vel à rebus corpus nostrum constituentibus diversæ morbos efficere solent. istarum autem aliæ sunt necessariæ aliæ non necessariæ. primæ sunt quæ necessariò nos afficiunt et quas vitare non possumus, illæque sex numero sunt, nempe aer, cibus et potus; motus et quies, excreta et retenta, somnus et vigilia et animi pathemata, quæ licet non omnes extrà nos positæ sint, externas tamen inter causas computantur, quatenùs vel corpus nostrum non constituunt vel sensibus obviæ sunt, adeòque quasi exterius positæ videntur unde evidentes, primigeniæ et græcâ voce procatarticæ solent nuncupari; atque in harum censum referri possunt animi pathemata, somnus et vigilia, motus et quies, quæ vel hoc solo nomine dicuntur causæ externæ. denuìm externæ non necessariæ sunt quæ fortuitò contingunt nec ad ordinarium vitæ usum concurrunt ut ictus ab externo quocumque corpore inflicti

sectio tertia de symptomatibus.

caput primum de naturâ et divisione symptomatis:

devenimus ad tertiam rerum præternaturalium classem, quæ symptomatum nomine comprehenditur, tantoque operosiùs tractanda est quantò major est ejus utilitas praxim exercenti: cum autem morbi non nisi per sua symptomata innotescant, inutilis certè videatur accurata quantumlibet eorum cognitio ut et caussarum quibus acceptam suam referunt originem, nisi occasione datâ sese nobis exhibeant, aut dux indeq; deficiant quorum ope liceat eorum assequi naturam, proprietates et magnitudinem: quarè haud ita respuenda est symptomatum tractatio ac plerumque fieri solet, utcumque pathologici hanc exercuerint, veluti contenti fuerint ut plurimum generalibus tantùm symptomatum notionibus, in quo quidem non parùm reprehendendi videntur qui tyronibus in ipso studiorum limine obtrudant escam insulsam, et nullo ut sic dicam sale conditam, quamque nisi famelicus quisquam eorum quibus palatum sapit degustare vix queat; quo fit ut sensim et sine sensu in plerisque tam salutaris artis fastidium ingeneretur: Ergo nos quod egimus in præcedentibus, idem hac in parte facturi sumus, nimirum sic generales symptomatum rationes tradituri sumus ut ad particularia nobis quasi viam sternamus, in quibus videlicet ars tota collocari videatur: ad rem igitur procedamus.

symptoma itaque απο τȣ συμπτειν simul cadendo et accidendo, seu superveniendo dictum est apud medicos, quod præter naturam morbos sequitur iisque supervenit: sic coctio læsa in ventriculo symptoma dicitur morbi latentis in sanguine aut fermento ventriculi; sic excretio urinæ suppressa symptoma est renum aut vesicæ obstructionis &c. neque tamen putandum licet ut plurimùm symptoma morbum sequatur, et ab eo tanquàm à caussâ dependeat, non posse tamen

supervenire symptoma nisi protinùs existat morbus in corpore quippe non raró evenit ut nonnullæ lædantur functiones absque prævio morbo, cui læsio isthæc jure tribui potest: et veró sanguine alioqui bené habente ac proinde et fermento ventriculi, propter nimiam tamen ciborum ingurgitationem fit ut alimentorum concoctio et digestio notabilem labem suscipiat, eamque quæ morbis gravissimis occasionem præbere queat; quod idem de aliis corporis functionibus dicendum est, iis præsertim quarum exercitium sine proportionato quodam objecto fieri non potest: deinde veró patet symptomata quædam morbosa alia producere: sic videmus fluxum Coeliacum in quo chylus promiscué cum foecibus excernitur summum marcorem aliaque symptomata accersere non pauca: Ex quo intelligitur haud inepté inductam symptomatum divisionem in symptomata morbi, symptomata causæ, et symptomata symptomatis, ab his enim tribus putá morbo, causâ morbi et symptomate multa præter naturam corpori superveniunt, quæ symptomatum rationem obtinent, ita salsior præter naturam acriorque sanguinis dispositio importunum gravemque urinæ ardorem producit; sic crassi terreique cibi coctionem lædunt, sic urinæ suppressio soporosum infert affectum.

- Cæterum licet plerumque symptomatis nomen non nisi vitiatis partium functionibus aut potiùs functionum vitiis tribuatur, nihilominùs tamen et ad morbos ipsos, si quidem alii alios sequantur, alii alios producant, extendi potest: quaré licet febris seu auctior et præternaturalis sanguinis fermentatio veré sit morbus, quoniam tamen inflictum sequitur vulnus, nihil obest quominùs simptoma vulneris, vel quod magis arridet practicis morbus symptomaticus appelletur.

his præmissis offert sese vulgata magis divisio symptomatum quâ quidem aptissimé comprehenditur quidquid frequentiùs à morbo et causâ morbi distinctum corpori supervenit. ita juxtá illam dividitur symptoma in actionem læsam, excretorum vitium et

et qualitates mutatas. Equidem distributio hæc symptomatum absolutissima videretur; verùm vox actionis non nisi detorsâ admodum significatione vitiatis plerisque corporis functionibus tribui potest: quippe nonnullæ sunt in corpore functiones quæ passionis potiùs quàm actionis merentur appellationem. hunc in censum referri possunt functiones omnes sensuum externorum atque etiam nonnullæ sensuum internorum, ut sunt visio, auditio, olfactio, imaginatio et memoratio, &c in quibus omnibus actionem nullam exercet anima, sed merè passivè se habet ad objecta quæ offeruntur vel ad motus potiùs qui cerebro ab organis sensuum traducuntur, ut pati potiùs quàm agere in hisce omnibus dicenda sit; quod quidem adeò verum est ut veteres omnes philosophi uno ore sentire quoddam pati pronunciarint; quare melius forte aut accuratiùs distribueris symptoma in actiones et passiones læsas, excreta et retenta, ac demum qualitates mutatas, de quibus omnibus ordine agendum incumbit: quoniam verò classis quâ læsæ actiones et passiones comprehenduntur reliquis symptomatum differentiis latiùs extenditur, in hujus proinde explicatione diutiùs morabimur, imò quia satis commodus videtur ordo tractandi, quo actiones omnes aut passiones in animales, vitales et nãales dividuntur, à tritâ viâ non recedemus. itaque sit

Caput secundum de actionum aut passionum animalium læsionibus, imprimis verò de dolore.

antequàm varias functionum animalium læsiones recenseamus, non erit abs re summa actionum et passionum genera præmisisse ne quâ in re terminorum quibus usuri sumus obscuritas negotium facessat, et quæ de læsionum alterationibus dicta fuerint repetere cogamur in reliquarum explicatione. itaque partes quæcumque corpori insunt quæ functionum animalium exercitiis comparatæ sunt seu agant seu patiantur bifariàm omninò lædi contingit;

vel enim omnino non agunt aut patiuntur, nec agere aut pati ullo modo possunt, seu quod idem nullam actionem aut passionem exercere queunt, vel depravatam ac vitiosam exercent: si nullam exerant actionem praedictae partes, nihil de more patientur, talis functionum laesio actionis aut passionis abolitio dicitur et cum vulgo actio aut passio abolita nuncupatur: si vero partes actionem exerant vitiosam aut vitiose patiantur et praeter institutum naturae ordinem, isthaec ~~functionum~~ laesio depravatio actionis et actio depravata vocabitur. verum haec utcumque abstracta videantur, consideratione tamen aliqua digna sunt uberioremque merentur explicationem vitari ut possint innumerae tricae quas vulgares Pathologici moliri solent. quare ne quae aequivocatio in terminis supersit abolitam actionem aut passionem dicemus, quae nullo modo fit aut fieri potest, ut intelligatur non omnem actionis aut passionis cessationem continuo abolitam actionem aut passionem dicendam esse: non enim si quis profunde dormiat, adeoque et sensûs et motûs penitus expers sit, seu nullam exerceat sensationem, nullum membrorum producat motum, continuo functionum animalium laesionem pati dicetur, adeoque nec abolitae ejusdem functiones dicentur: namque licet ille dum somno indulget nullam animalem exerceat actionem, paratam tamen obtinet eas exercendi facultatem.

dicas non esse cur non dicantur abolitae functiones animales dormientis, quae nimirum manentibus iisdem dispositionibus quarum ratione somnus inductus est, exerceri nullo modo possunt.

Respondeo equidem non magis exerere posse actiones suas animales naturaliter dormientem, quam qui praeternaturali sopore corripitur, quamdiu manet in utriusque cerebro causa somni naturalis aut soporis praeternaturalis; neque tamen ideo ~~in~~ dormiente naturaliter aeque ac in dormiente praeter naturam abolitum functionum animalium exercitium dicendum esse; quippe

quippe in hoc nulla expergiscendi vigilandique facultas, in illo verò tota consistit; in hoc prater naturam dormienti causa soporis adeò altè infixa est, ut non nisi difficulter admodùm atque remediorum operâ possit auferri. uno verbo non quælibet impotentia functiones exercendi morbosam infert actionis aut passionis abolitionem, seu ut loqui mos est actionem aut passionem abolitam; sed illa tantùm quam morbosa permanensque causa producit, quæque idcircò medici curam expostulat, cujus generis est impotentia Apoplecticorum eorumque qui syncope corripiuntur, quæ sanè valdè discrepat ab eâ quam patiuntur ii qui somno nãaliter indulgent, quamque non causa morbosa sed præstitutus ordo rerum naturalium inducit ~~hæquè~~ æquè eatenùs nãalis impotentia exercendi functiones animales jure appellari possit.

dices iterùm cum nonnullis quorum palatum metaphisicè sapit, quorumque mens tota chimæris et argutiolis pascitur, ineptam esse divisionem actionis aut passionis læsarum in actionem abolitam et depravatam: cum enim actio abolita nec sit nec esse possit, perperàm instituta videtur actionis læsæ partitio in abolitam et depravatam.

Respondeo me jam ab initio huic difficultati occurrisse, dum dixi dupliciter partes lædi posse quoad functionum suarum exercitium, vel dum nullatenùs functiones exercent nec exercere possunt, vel dum vitiosas depravatasque tantùm actiones exerunt: quo quidem sensu intellecta divisio atque hisce terminis expressa nullam præ se fert difficultatem: idem enim est actionem aliam abolitam esse aliam depravatam, ac si dixeris partes vel exercere non posse actiones, vel vitiosas exercere. verùm totum arguendi fundamentum ex abstractâ illâ voce (actio abolita) depromtum est; namque illud statim obiicitur, abolita est actio, Ergo non est. nihilominus tamen ejusmodi argutiis facilè satisfiet si dicamus abolitam actionem non esse quid positivè sed negativè, aut quod idem est non esse quidem

abolitam actionem sed negationem aut privationem actionis existere vel demum ut abstracti abolitæ actionis termini explicentur, dicendum abolitam actionem aliud nihil significare quam partis cujuslibet impotentiam ad agendum, seu partem ipsam quæ solitas non valet functiones exercere: quod si voces istæ hanc habeant significationem, nec ille argutus sit qui propositam læsæ actionis divisionem impugnet.

quod spectat ad actionem depravatam seu vitiosam, illam dicimus quæ alio modo fit quam naturaliter fieri debet; quod ut clarius fiat atque ut variæ depravatæ actionis aut passionis species distinguantur, supponendum quinque omnino concurrere ad actionem naturalem, in primis vero certam ac determinatam vim energiamque convenire tempus, objectum proportionatum, spatium et terminum quæ omnia si consenserint, vel aliqua tantum, namque omnes hæ conditiones in singulis actionibus non requiruntur, et protinus actionem naturaliter exerceri necessum erit: ita si actio fomiti ventriculi hæreat intra mediocritatis terminos ut nec intensior sit nec debilior, sic coctu faciles cibi si per spatium et loca consueta in intestina devolvantur, dicetur alimentorum coctio omni ex parte naturalis; et sic de reliquis quarumlibet partium functionibus: quod si requisita hæc ad naturale functionum exercitium non conspirent actioque vel quoad unam solam conditionem peccaverit, continuo vitiosa ac depravata dicetur; ac proinde tot erunt actionis aut passionis depravatæ species quot erunt conditiones naturaliter requisitæ ad actionum aut passionum exercitium à quibus videlicet natura deviare possit. erunt itaque juxta hæc omnino quinque depravatæ actionis aut passionis differentiæ pro vario respectu naturalium conditionum actionis, à quibus deflectitur: primò enim si rationem habeamus energiæ certæ ac determinatæ quam qualibet actio et passio postulant naturaliter; actio altera læsa imminuta dicitur quæ naturali imbecillior

est, altera aucta quæ naturali fortior ac vehementior; quomodo in senibus aliisque fame caninâ laborantibus contingit; quorum hi vehementiorem exerunt actionem in alimenta, illi verò debiliorem.
2°. si respiciamus ad tempus quod naturalis actio postulat, alia actio pro variis temporis differentiis dicitur præter naturam celerior, alia tardior, brevior hæc, illa longior, una continua, interrupta altera, quarum omnium differentiarum varia suppetunt in variis partium functionibus exempla; ita enim ciborum aut Excrementorum expulsio quandoque celerior quandoque tardior est, somni modò longiores præter naturam, modò breviores observantur; famis sensatio nunc continua est ut in famelicis, nunc interrupta ad tempus multò magis quam naturaliter expostulatur.
3°. si respectum habeamus ad objectum quo laudabili suo frustratur effectu pars agens, aut patiens, erronea dicitur actio aut passio: sic ~~aut potestas~~ erronea dicitur imaginatio quæ propter vitium peculiare spirituum quo in gyrum cientur objecta alioquin quiescentia, tanquam ~~tanquam~~ verticosè mota conspicit. Erronea similiter dicitur actio fermenti ventriculi et frustrata, quæ in cibos coctioni improportionatos vim suam exeret, et sic de aliis. obiter tamen advertendum objecti nomine non objectum modò circà quod versatur facultas aliqua aut passio, sed et media quæcumque ad actionem aut passionem concurrunt comprehendi: ita et si error v.g. visûs dum interposito vitro rubicundo oculos inter et objectum, singula æquè rubicunda percipit, ab ipso medio vitro nempe interjecto repetendum sit, quia tamen medium per quod objectum in facultatem agit vitiosum est, nihilo secius tamen ~~erroneæ~~ visûs perceptio dicitur, vitiumque ab ipso objecto deducetur
4°. habito respectu ad spatium seu locum naturalem per quem actio actio ducitur, aviam dicemus actionem quæ per inconsueta loca fit, ita depravatam aviamque bilis excretionem dicimus, siquidem illa non per folliculum bilis in intestina fluat, indeque per podicem excernatur, sed per renes et vesicam.
5°. demum et ultimò si respiciamus ad naturalem tendentiam

terminum ac determinationem actionis naturalis, inversam, præternaturalem vocabimus actionem quæ in oppositos fit terminos: sic inversum dicimus peristalticum intestinorum motum, quo alimenta digesta aut potius fæces a stomacho truduntur in anum, quoties in adversam partem fertur, ita ut contenta in intestinis ab inferioribus eorumdem partibus ad superiores et stomachum propellantur: nec me fugit adductam divisionem actionis læsæ turbam apud argutiores pathologos allaturam; res quippe nobis est cum hoc animalium genere quod ottenim sit; quodque calcatam semel viam mutare non noverit, piaculum monstrum, nefas clamaturi sunt plerique quod antiquitate venerabilis actionum læsarum divisio expungatur, respuatur, de medio tollatur. scio equidem et me mihi gravem movere litem, nec tamen quod quæso miremini moveor ipse tumultu apud pathologicorum plebem excitando, nimirum ridiculam læsæ actionis divisionem, eamque bonæ divisionis legibus quas sequi amant adversam penitus affirmare non erubescunt. propositum autem sic evinco.

dividitur vulgò actio læsa in abolitam, imminutam, depravatam; vel quod recentioribus quibusdam placuit in abolitam, imminutam, auctam et depravatam. Prætereà convenit inter omnes divisionem ut legitima sit hanc esse oportere, nempe ut divisa membra sese excludant, ut quod de uno dicitur de alio dici non possit: itaque si demonstrem vulgata illa divisionis membra sese invicem includere, illegitimam prorsùs atque ridiculam divisionem probavero. liceat igitur mihi arguere in hunc modum, atque definire quid depravationis et depravati nomine intelligendum sit: sed video grammaticos omnes in eo convenisse nempe ut dicant rei cujusque vitium esse læsionem, corruptionem, et alterationem in pejus; depravatum verò illud vocasse quod quomodocumque vitiosum, læsum, corruptum aut alteratum est est in pejus: unde sic argumentor: actio læsa imminuta et aucta aliquo ex prædictis sensibus depravationis peccant: Ergo sunt actiones depravatæ: Ergo actio aucta et imminuta sub ipso actionis depravatæ gñe comprehenduntur, ac proinde allatæ divisionis membra mutuò sese includunt; actio nempe

depravata imminutam comprehendit.
Neque aliud in hujusce rei confirmationem adducere velim quam summam illam rixam quæ jam ab inventâ vulgari actionis læsæ divisione suborta est inter Pathologicos ubi accurata depravatæ actionis definitio statuenda est, nimirum his uno aliis alio modo hanc definientibus; adeò ut rei difficultas eò processerit ut nonnulli per negationem tantùm eorum quæ imminutæ actioni competunt definire illam coacti sint, dum aliis quibus fumum de paleâ captare consuetum est portentoso mentis conatu depravatam actionem describunt iteratis disjunctionibus illam quæ aliter fit quàm fieri debet vel ratione temporis vel ratione objecti, vel ratione spatii, vel ratione termini, illis planè similes qui definituri brutum prout ab homine distinguitur sic procederent, dicendo nempe brutum esse id genus animal quod alio modo se habeat quàm rationale; idque ratione hinnibilitatis, rugibilitatis, latrabilitatis, mugibilitatis &c. quod quidem non tam definire est quam varias generis species enumerare: sed video quid sit, video unde errandi nata sit occasio, nimirùm antiqui læsam actionem dividendo, imminutam actionem quia plerumque parùm à statu naturali recedit, ægrè revocari posse ad depravatam putaverunt; unde ejus speciem ab actione depravatâ distinctam voluerunt; atque ob id maluerunt depravationis et depravati voces, quæ ut jam dixi ex instituto quodcumque vitium labem quamcumque significant, à naturali detorquere significatione et ad pauciora significata contrahere. quid factum? nempe ut non potuerint hactenus dilucidam tradere actionis depravatæ notionem, quæ ex æquo imminutis actionibus accommodari non potuit; atque eundem prorsùs laborem experti sunt atque ille qui qualitatum divisionem rogatus, illas in hunc fermè modum distribuisset, videlicet in primas, secundas gustabiles et tertias: et sicut ille non nisi summo negotio definire posset tertiarum qualitatum naturam, quin protinus constructa earumdem definitio facilè possit ad gustabiles transferri; ita de veteribus dicendum fuit, ubi semel vulgatam illam actionis læsæ divisionem introduxerunt, par siquidem utrobique ratio,

ut namque tota difficultas ejus qui nanem illam jamjam allatam qualitatum divisionem proposuisset, ex eo nascitur, quod tertiarum qualitatum classis sub se tanquam genus complectitur sapores, sonos, odores ac tanquàm proprias species, quod quidem vix ac ne vix quidem definiri queat, quin protinus et species subjectæ generaliter definiantur, ita similiter negotium omne antiquorum in tradendâ legitimâ actionis depravatæ definitione subortum est, ex eo quod imminutam actionem ut distinctum aliquod actionis genus assumserint, licet reverà species sit sub actione depravatâ tanquam sub proprio genere comprehensa. sed hæc satis.

Pergamus ad enumerationem variarum læsionum quibus facultas animalis obnoxia est, ac ne id sine quodam tyronum commodo fiat revocemus læsiones singulas ad proprias causas intellige morbos à quibus oriuntur, ne qua dubitatio postmodùm occurrat, ubi ad particularem morborum historiam ventum erit: ac ne quid læsionum varietas et multitudo mentem contundat, singulas juxtà facultatum animalium ordinem recensituri sumus; atque ut à nobilioribus ordiamur facultas ratiocinatrix quoad actionum suarum exercitium lædi multipliciter potest, in primis verò ubi aboletur, quod in somno præternaturali Apoplecticorum, comatosorum Caroticorum atque Catalepticorum contingit, ubi videlicet vel deficiunt spiritus quoad quantitatem, vel nimiâ phlegmatis copiâ immerguntur, aut demùm summa fit partium cerebri compressio; quorum omnium ratione accidit ut nulla menti rerum idea possit occurrere, circà quam rationem possit exercere, unde itaque ratiocinatio penitùs aufertur abolitaque dicitur. deinde verò depravatur exercitium rationis, seu ratiocinatio ipsa imminutè vel erroneè. imminutè quidem quando languidiùs fit, ut in iis qui extremo senio confecti sunt aut à morbo gravi convalescunt, in quibus seu propter nimiam inductam rigiditatem in cerebri fibris, aut mollitiem et flacciditatem naturali majorem, non possunt spiritus insculpta vestigia et simulacra

ut sic dicam objectorum retricare nisi obscurè admodum, quo fit ut propter vel obscuritatem idearum vel paucitatem earumdem quæ menti occurrunt, non possit illa nisi languidum omninò judicium ferre de propositis quibuslibet: erroneè vero fiet ratiocinium ubi circà communia et omnibus nota objecta à communi judicandi normâ deviabit, idque futurum est vel propter nimiam idearum menti simul occurrentium multitudinem cujus ratione fit ut singulas minùs expendat, quæque magis congruæ sunt, eas invicem componat, aut quæ incongruæ et disparatæ sunt eas disjungat atque separet, vel propter altiùs desculptam expositæ aut formidandæ cujusquam rei ideam fiet ut disparata quæque ad illam ipsam cui defixa est mens referat, unde variæ quidem emergunt rationis depravationes, varii errores qui communi deliriorum nomine comprehenduntur: quippe delirium aliud est nihil quàm error mentis et aberratio circà objecta vulgaria et omnibus nota, vel si mavis error mentis circà communem modum componendi vel disjungendi ideas objectorum circà quæ occupantur homines: quod ut clarius fiat supponendum ad naturale rationis exercitium seu ad modum naturalem componendi et disjungendi propositorum objectorum ideas, requiri claram atque distinctam singularum notionem, ut et variorum quos inter se obtinent respectuum; deinde verò requiri determinatum eorumdem numerum, ne videlicet pro multitudine mens obruatur attentioque singulis præstanda distrahatur; ac demùm ~~notionum~~ circumstantiarum, loci temporis &c. considerationem ad rectum rationis usum concurrere: ex quo sequitur si mens in aliquo eorum defecerit, protinùs in errorem adducendam esse, statimq; erroneam ejus actionem dicendam esse; Ex quo sequitur propriè et rigorosè loquendo illos omnes qui falsò ratiocinantur ex malè assumtis, ut qui æquivocis utuntur terminis, aut quatuor adhibent in syllogismo terminos falsamque inde conclusionem eliciunt, non errare modò sed et delirare. invaluit tamen usus apud medicos delirii et delirantis voces contrahendi ad significationem

multò strictiorem, distinguntque inter falsum ratiocinium et delirium: neque verò delirare dicunt illos qui quomodocumque falsò rerum ideas componunt, sed eos tantùm qui laborant impotentiâ singula expendendi singulisque requisitam attentionem praebendi: quarè licet qui ex assumtis quatuor terminis in in syllogismo falsò concludit in re et phisicè loquendo depravatam erroneamque exerceat actionem, delirare tamen non dicitur quatenus ipsi licet majorem praebere objecto attentionem et aliorum adjutus monitis falsum rationicium emendare, secùs ac in delirantibus accidit qui omninò incongruè et vitiosè ideas componunt, quin tamen liceat falsum ratiocinium expendere, attendere ad singula, monitis obsequi, vitiumque quantum hominibus datum est corrigere.

quibus ita praemissis haud difficulter distinguentur variae deliriorum species quibus obnoxij sumus: quippe si spiritus naturâ torpidi ac phlegmatici non nisi obscuram levemque objectorum ideam cudant, refricentur in medullari cerebri substantiâ, leve inaneque circà omnia proposita objecta rationis exercitium fiet, emergetque illa delirij species quam mentis stuporem, stupiditatem atque fatuitatem appellare solemus: si verò spiritus paulò evadant mobiliores ob permistas heterogeneas quasdam partes, ita ut varias simul objectorum ideas menti refricent, quoniam ut vulgò dicitur pluribus attentus minor est ad singula sensus, atque adeò mens attentionem nullam praestare potest respectibus variis idearum tam multiplicium nullam circonstantiarum rationem habere, fiet ut erroneè de propositis quibuslibet judicet, atque variae emergent deliriorum species pro variis adjunctis, amentia videlicet stultitiaque ubi spirituum inordinatus motus modum non excesserit; atque hoc modo delirantes mansueti atque in risum proni, abestque domùm febris. 2° Mania, ubi summa spirituum perturbatio, summus impetus, ac proinde sequetur in delirantibus hujusmodi furor et audacia summa, in iram propensio

cum febris tamen carentiâ. 3°. phrenitis ubi summa spirituum inordinatio, atque hinc oriuntur furor et audacia cum febre.
quod si inordinatione quidem nullâ in spirituum motu existente propter iteratas de objecto quodam cogitationes altius ejusdem insculpatur vestigium in aliquâ cerebri parte, fiet ut quandoquidem vestigium illud præ reliquis apertius est, in illud ubertim influant spiritus, apertumque ut ita dicam et refricatum perpetuò teneant, unde indesinens perpetuaque menti subeat perceptio determinati cujuspiam objecti, hujus videlicet cui significando vestigium destinatum est, eaque objecti perceptio tam fixa tamque attenta, ut vix ab eodem dimoveri mens poterit: quamobrem cum non liceat ipsi expendere respectus varios idearum quæ ex occasione sensuum externorum occurrunt, cum nec circonstantiarum possit rationem habere ~~earum~~ quæ obversantur, ut cumque incongrua sint, ad hæc ipsam cui defixa est ideam referet, ut si delirus quis ejus generis luporem se putabit, protinus quæcumque oculis objiciuntur caros existimet, et sic de reliquis: ac proinde hinc sequetur delirii species quæ melancolia morbus vocabitur in quâ error mentis circâ unum ac determinatum objectum versabitur cum metu atque tristitiâ et febris carentiâ.
quod si demum post assiduam rei cujuspiam cogitationem et ratione cujus delirium melancolicum produci possit, superveniat heterogenea quædam miscela in spiritibus, quæ eosdem summâ exagitet, emergent pro varietate objectorum quibus anima pridem defixa fuit et pathematum hac occasione excitatorum composite deliriorum differentiæ, licantropia videlicet in quâ delirantes se in lupos transformatos putant, luporumque induunt ferocitatem, deserta petunt et avia, atque in greges luporum more grassantur; hidrophobia, in qua summo delirantes odio aquam liquidaque omnia prosequuntur, rabies canina, in quâ delirantes more canum latrant, spumant, in obvios quosque irruunt, quæque objiciuntur indiscriminatim canum more demordent; demum Eroto̅mania seu furor uterinus in quo delirantes præsertim fœminæ sermonem corpusque

indecoré omninò ad rem veneream componunt, et sic de multis aliis compositis deliriorum speciebus quæ nondùm proprium nomen sortitæ sunt.

quod spectat ad Memoriam abolетur illa nonnunquam penitus, ita ut affecti ne proprii quidem nominis recordentur, primaque linguarum rudimenta discere rursùs cogantur, quod de Messalâ quodam Corvino oratore narrat plinius, et de studioso quodam Monspeliensi à vulnere capitis refert Rondeletius: nempe dum ita laxantur cerebri fibræ ut pristinum tonum recuperare non possint, fit ut oblitterentur adeò insculpta objectorum vestigia, ut ea denuò renovare, quocumque modo cieantur spiritus cerebrum incolentes, non possint: parilemquoque Memoriæ abolitionem inducere potest summa fibrarum cerebri dilatatio et distractio, quam summa infert spirituum fermentatio in phreneticis, facit namque ut fibræ cerebri medullares ultrà tonum naturalem flectantur, ac proinde et quæcumque impressa sunt objectorum vestigia deleantur.

imminuitur verò Memoriæ exercitium ab iisdem affectibus quibus aboleri solet, multò tamen minoribus: si namque justò laxior evaserit textura medullæ cerebri, si paulò ultrà tonum feratur, prædictis causis non potest quin memoria labem quandam contrahat propter immutata quomodocumque et deleta magnam partem objectorum vestigia: unde multò paucior objectorum recordatio, aut eorum quæ recordamur obscurior perceptio.

[Erronea] demum fiet memoria quoties nimium rarefacti motique spiritus quæ referant objectorum vestigia sic corrumpunt, seu ampliando nimium ac distendendo fibras quas impetunt, seu plus nimium evacuando, ut inde significanda objecta monstrosam et ridiculam formam acquirant, atque hoc errore memini me multis abhinc annis correptum post variolarum invasionem, quippe videbar mihi non sine summâ anxietate videre familiares tam portentosæ magnitudinis atque proceritatis ut magnitudine suâ turres æmularentur, quod idem experiri mihi contigit in cæteris quæ menti de nocte occurrebant, atque hoc est quod imaginationis

vitium erorque vocari consuevit, quod tamen depravatæ memoriæ melius tribuendum: neque enim ut dictum in Phisiologicis imaginari aliud quidquam est ac recordari rerum sensibilium, nec imaginatio facultas est à memorativâ diversa.

de sensu communi non est quod dicam in specie, quippe qui sensus omnes externos vulgò dictos complectitur, ac proinde sensûs communis læsiones plus satis explicuerimus si sensuum externorum errores indigitemus: recensendo igitur singulorum læsiones et 1° quidem visûs seu visionis exercitium, vel abolетur, vel imminuitur, vel erroneum est; aboletur autem ubi organum vel aliquâ sui pte vel secundùm omnes pelluciditatem amittit, præpeditque adeò radiorum transmissionem ad nervum usque opticum, vel ubi quomodocumque deficiunt spiritus in nervo optico, seu illud compressione fiat seu obstructione, seu demum propter defectum secretionis spirituum in glandulis cerebri corticalibus: hæc autem abolitio seu visûs læsio in quâ nullum visionis fit exercitium à latinis cæcitas appellatur. visûs imminuitur exercitium similiter vel propter minorem organi pelluciditatem quâ fit ut luminis radij multò difficiliùs ad nervum opticum pertingant, eundemque minori motu concutiant, vel propter imminutum spirituum animalium influxum in nervum opticum, unde præternaturalis ejus laxitas, cujus ratione fit ut radiorum luminis pertingentium motus in ipso appulsu notabiliter obtundatur, ac proinde nec vividus fiat spirituum refluxus ad cerebrum, quandoquidem visûs hebetudinem infert. erroneè demum exercetur visus multipliciter, vel ubi convulso oculorum altero, atque adeò vitiato eorundem parallelismo geminatum quodcumque objicitur apparet objectum; vel ubi propter mutatum humoris cristallini situm in utroque oculo inversa quæque conspiciuntur; vel ubi propter inæqualem radiorum visoriorum intromissionem quam inæqualis promovet humorum oculi consistentia, modò laciniata, modò perforata, modò partita, modò festucis obsita videntur objecta; vel demum ubi importunæ in oculis excitantur coruscationes, quod non nisi in motum febrillis retinæ

impressum à superjectis arteriis plus nimium turgescentibus potest retineri.

2.° aboletur auditus vel propter defectum spirituum ad organum auditûs naturaliter confluentium, quod nervi auditorii compressione, obstructione aut simplici spirituum defectu contingit, vel organi ipsius vitio, dum videlicet membrana tympani aurium penitùs laxata, corrosa, aut ossicula cariosa vel laxata sunt. minuitur auditûs exercitium propter easdem causas minores tamen, unde non surditas seu auditûs abolitio sed gravitas tantùm supervenit. Erroneè autem exerceri dicitur auditus in tinnitu aurium et sibilo, ubi nullo alioquin auris excitato sono nullus licet in aëre externo motus, susurrus tamen auditur aliquis; idque propter nervi auditorii vibrationes, quas vel natus aër in labirintho vel qui in tympano conditur, multipliciter inducere potest.

3.° aboletur olfactus quà nervorum vitio, quà muci narium conditione variâ, nimirùm dum aquosior est, relaxat organi fibras, unde defectu tensionis requisitæ transmitti non potest odoriferorum corpusculorum impressio ad cerebrum usque; vel præter naturam viscidior quo ut sic organum muniatur, à contactu prædictorum corpusculorum odoriferorum quæ implicantur in ~~nasus~~ ramosisque muci partibus ~~et~~ nulla ratione concuti queunt nervi, et ad cerebrum usque ~~eorum~~ eorum impressionem deducere.

idem de olfactûs imminutione dicendum: si enim prædictæ causæ concurrant, sic tamen ut parvus sit à naturali statu recessus, proptereà olfactûs exercitium minuendum erit: at longè aliter res accidet ubi erroneè olfactus depravabitur, hoc est ubi nullo odorabili objecto presente odor tamen quidam persentietur, vel ubi inconsuetum odorem communiter omnibus injucundum spirare, gratumque ac suavem odorem sparsisse putabitur: quod autem attinet ad illam odoris perceptionem etiam absente objecto odoro, certè illa repeti non potest nisi ex ipso narium muco præternaturaliter se habente, naturaliter agitato, cujus

ut consimilis titillatio fiat in nervis olfactoriis, illi quem vel ipsum corpus si presens esset odorem produceret, persentiunt. quod verò quæ communiter ingrata sunt odora corpora, quæque aliis fœtida noxiaque censentur, hæc ipsa nonnullis quandoque suaviter oleant, illud totum referendum est ad variam atque perversam narium constitutionem, quod sic attemperare valet acuminata asperaque odora corpuscula, nullam ut gravem et molestam inferre possint sensationem membranæ narium cavitatem investienti.

4º. aboletur imminuitur aut erroneum quomodocumque fit gustûs exercitium propter consimiles causas quibus olfactum lædi jam diximus, quippe nulla major inter varios sensus est affinitas quam olfactum inter et gustum, nempe cuilibet præter certam ac determinatam organi contexturam famulantur ad sensationum exercitium proprius ac peculiaris humor, olfactui quidem narium mucus, gustui verò saliva, quorum ope fit ut in hoc salinosulphureæ partes sapidæ liquentur, ducanturque ad interiora papillarum linguæ, quæ verum gustûs organum reputantur; in hoc verò ut in olfactu salina sulphurea effluvia odorifera vel quiescant magis vel mitigentur quadantenùs, ne olfactûs organum nimio impetu feriant corrodantque; ac proinde quod de præternaturalibus muci narium mutationibus ad errores olfactûs inducendos paratum est, illud idem mutatis mutandis ad salivam transferri potest.

5º et ultimò abolitur sensus tactûs multipliciter: vel enim labes à nervorum obstructione aut compressione dependet, cujus ratione non possint spiritus refluere ad cerebrum, objectorumque impressionem traducere; vel à nimiâ organi densitate quæ summam infert nervorum angustiam; vel à laxitate aut dissolutione organi omnimodâ, ut in hidropicis vel gangrenâ correptis contingit.

imminuitur autem exercitium sensûs tactûs in stupore, qui quidem easdem planè agnoscit causas atque omnimoda tactûs abolitio, nisi quod in stupore multò minores sunt, minoremque adeò in nervis aut in organo mutationem inducant.

intensior objectorum tactilium perceptio fit ut in dolore, qui quidem non tactûs modo sed et reliquorum sensuum affectus est, unde peculiarem meretur considerationem.
dolor itaque gravis est et molesta sensatio a vehementi aut irregulari spirituum refluxu producta, nimirùm quandoquidem jucunda excitari non potest in nobis sensatio, nisi spiritus ab organis sensuum refluentes placido ordinatoque motu cieantur, sequitur quoties plus æquo intenderetur spirituum motus aut irregularis fiet in ipso recursu versùs cerebrum, gravem molestamque sensationem producendam esse: atque illud quidem jure institutum videtur à naturâ, cum catenùs sensus nobis inditi sint ut quæ congruunt corpori nostro objecta dignoscere, quæque improportionata, noxia, infestaque, vitare possimus; fini ac institutis conveniencer factum ut quæ congruerent objecta gratam et jucundam, quæ verò noxia atque improportionata, gravem et molestam excitarent sensationem: atqui totum illud non nisi spirituum auxilio in sensuum organa diffluentium atque ab iisdem secundùm varium objectorum contactum ad cerebrum refluentium factum est: necessium est igitur ut pro vario motu spirituum ad cerebrum recurrentium variæ quoque objectorum perceptiones in mente excitentur modò gratæ modò graves. —
jam verò quoniam certum est majus corpori nostro periculum invehere quæ vehementiora sunt, quæque majori motu feruntur, quippe quæ magis organa sensuum lædere apta sunt, quàm ab his quæ mitiùs agunt minorique motu feriunt organa, sequitur intensiorem perceptionem seu quod idem est sensationem in nobis ab objectis vehementibus excitandam esse quàm à mitioribus, ut major inde promoveatur mentis attentio ad ea quæ exteriùs posita sunt, quæque noxam corpori inferre possunt: quia verò intensior sensatio excitari non potest nisi câusâ intensivè agente, hoc est sine spirituum refluxu solitò vehementiori aut valdè inordinato, concludendum semper molestam, gravem atque importunam sensationem aut ut verbo dicam dolorem excitari non

posse absque vehementiori aut inordinato spirituum ãalium ad commune sensorium refluxu.

dices videri propositam doloris ideam paulum alienam à vulgari et hactenus receptâ: quippe dolor vulgo sonat ut sensatio tristis à continui solutione producta.

Respondeo et hic quoque usum me concessâ philosophandi libertate respuere: neque enim pecudum instar antecedentium gregem sequi unquam amavi. quarè nolim eam ob rem mihi quispiam sit infensus. en præcipua rationum momenta quibus adductus sum ut à vulgari Pathologicorum opinione recederem.

1º quoniam necessarius nullus videtur nexus inter solutionem continui et tristem sensationem, unde obscuritas subit in vulgari doloris ideâ; quærendum enim relinquitur quomodo solutio continui tristem hanc sensationem inducere possit; deinde verò non quæcumque fit continui solutio dolorem infert; neque enim recisi nervi, tendines aliæque partes protinùs dolent; imò multo atrocior excitatur dolor vel levi prædictarum partium punctione aut distractione, utcumque parva fiat fibrarum sensibilium separatio atque scissura, quàm ubi planè nervus, tendo, atque adeò et fasciculi ex millenis fibris spiritis discinduntur: atqui si verum est quod aiunt vulgares pathologi solutionem continui dolorem inferre, certè ibi major inferendus est dolor ubi major est continui solutio, quod tamen falsum est: imò potius integra nervi præcisio dolorem aufert penitùs, quem levior nervi induxerat punctura.

3º videmus sensationem in labris molestam excitari vel levi affrictu festucæ, muscæ, aliorumque ejusmodi, licet alioquin nulla continui fiat solutio, sed inæqualis tantùm, inordinatus et velut desultorius papillularum cutis contactus: imò nonnullos molestum hunc pruritum adeò ægrè ferentes videmus, ut colaphos sibimet impingant, cutemque unguibus ad effusionem sanguinis dilacerationemque cutis dilanient, ut intolerabili adeò molestiâ sese liberent: quis autem dixerit solutionem illam si quæ forsè sit quæ festucæ contactu fit,

majorem esse illâ quæ fit unguibus, in qua vel cruor quidem ipse prolicitur. postremò compertum est Narcotica dolorem sedare, licet continui solutionem puta vulnus non curent, imò ejusdem curationi non parùm officiant: jure igitur nec animi levitate vulgatam mutavimus doloris notionem. sed

quæret aliquis annon verum^a in omni fermè dolore solutionem quandam partium insensibilium concurrere.

Respondeo licet externæ ac remotæ doloris causæ seu quodcumq; impetit corpus sensibiles partes si nimio impetu feratur, plerumq; solutionem inducere quandam continui, illam tamen per accidens omninò se habere respectu doloris: si modò enim quod concutit nervos summo ac vehementi motu feratur, adèòque vehementem aut inordinatum saltem spirituum refluxum versus commune sensorium producat, solutio continui fiat sive non, peræquè tamen dolorem excitandum esse: quippe non quatenùs hoc vel illo modo se habet pars, idcircò menti hæc vel illa perceptio supervenit, sed eo tantùm quòd hoc vel illo modo spiritus à parte ad cerebrum recurrunt: enimverò si urgeo. si continui solutio vera est doloris causa quid est amabo quod ubi soluta excisaque omninò pars est, vel nulla vel multò levior molestia sentiatur; annon quia minor solutio quàm ubi levis punctura: nec tamen adèò sis ridiculus qui hoc fatearis. quid igitur est porrò? nisi quod non solutio continui dolorem facit, sed solus simplexque spirituum versus cerebrum refluxus, unde cum solutâ partis continuitate ac proinde excisis protinus nervis ejusdem nullus post hæc fieri queat refluxus vehemens ad commune sensorium, mirum non est si dolor quoque vel omninò desinat vel notabiliter minuatur; et verò qui refluere spiritus possit per nervos quorum ductus integer non est, sed planè hiat in apertum vulnus. annon idem de nervis dicendum quod de fistulis mollibus ac flexibilibus quæ nisi turgidæ sint liquore, illibatæ secundùm extrema et obturatæ sint accuratissimè, vix transmittunt impressionem in uno extremo susceptam ad aliud: Equidem par utrobique ratio

quod enim fistulae respectu liquorum, idem obtinent nervi respectu fluidi spirituosi, et sicut perrupta truncataque fistula, quia contentum liquorem effundit, flaccida redditur, in sese collabitur, ineptaque redditur quae liquoris refluxum ab uno sui extremo ad aliud patiatur: similiter nervi dum resecti sunt fluidum ore patulo dimittunt, inepti fiunt qui objectorum impressiones ab uno extremo hoc est à partibus sensibilibus ad aliud hoc est cerebrum traducant: at longè aliter se res habet ubi simpliciter punguntur aut distrahuntur nervi: cum enim punctio levis aut distractio non nisi levem fibrillarum ex quibus coalescunt separationem aut constrictionem inducant, ac proinde vel parum aut nullum exinde pareant exitum spiritibus quos fistulosâ aut spongiosâ suâ substantiâ vehunt in partes, sequitur impressionem factam à corpore pungente aut distrahente in turgidis nervis facilè propagari posse ad commune sensorium, indeque gravem molestamque sensationem inducendam esse tantòque graviorem quantò aut distrahentis aut pungentis motus vividior, fortior, celeriorque futurus est: neque enim si punctio aut distractio lentè omninò procedat, dolor acutus est percipiendus, sed vel nullus aut obtusus admodùm, nempe cum non protinus sed pedetentim refluat spirituum fluxus qui continuo in nervis, pone insensilem recurrendo motum producit in fibrillis medullosis cerebri: ac proinde cum ab insensili spirituum motu non nisi non nisi exigua fibrarum cerebri flexio, vibratio ve promoveatur, patet non posse à lentâ punctione aut distractione nervorum gravem acutumque dolorem excitari.

aggeret rursum aliquis in illa quae jam dicta sunt adeò nova quin et veteribus quoque nota fuerint: quorsum enim nonnulli qui veterum doctrinam interpretati sunt dolorem definierunt sensationem tristem factam ab objecto sensibili continuum confestim solvente, et quid aliud significat confestim nisi celerrimè et vehementer actionem corporis dolorem inferentis exercendam esse ut dolor sentiatur.

Respondeo id quidem veteres non latuisse, nimirum quandam motus celeritatem requiri in corpore continuum solvente, ut inde dolor excitari possit; experientiâ quippe vulgari hanc rem doceri oportuit; verum in hoc cœcutisse videntur quod celeritatem illam corporis interceptis dolorem notatis expenderint nec satis intellexerint quì ad dolorem illa conferret: hoc nempe præjudicio ducti in solutione continui veram doloris causam atque ut loqui amabant maale doloris reponi: unde satis habuerunt si dicerent solutionem continui contestim factam dolorem accersere, parùm solliciti de modo quo contestim facta solutio doloriferam passionem produceret. hocne benè an malè à me statuatur, viderint quibus esse licet otiosis, antiquorumque pathologorum evolvere monumenta. quidquid sit eò semper revertor celeritatem motûs corporis continuum solventis eatenùs necessariam esse ad dolorem, non quia solvit continuum, sed eatenùs quia vehementem spirituum ad cerebrum refluxum parit, adeòque per accidens omninò futurum est ad doloris perceptionem dum corpus in partes impingit, seu earum solvat continuitatem seu intactam relinquat, uno verbo nullus distinctus respectus effingi potest inter solutionem continui et dolorem, multi verò inter motum vividum parti impressum, seu potiùs inter refluxum spirituum vehementem inde productum et sensationem molestam. de his plus satis dictum. jam variæ doloris aut molestæ sensationis differentiæ examinandæ sunt.

doloris ergo seu molestæ tristisve sensationis duas omninò species statuere libet, vel enim gravis et intolerabilis est, vel mitis et tolerandus, vel quod idem est sensatio quæ dolorifica est modum sentiendi naturalem valdè excedit, vel parùm. si gravis intolerabilisque erit dolor varias pro causarum et modorum percipiendi varietate denominationes accipiet, nempe alius tensivus, alius gravativus, pungitivus alius, alius demùm acer, mordax, perterebrans et ulcerosus refertur; alius pulsativus, alius frangens seu frangitivus

qui quia ossibus aut potius periosteis proprius est; idcirco osteocopus appellatur: si autem mitior et qui tolerari patienter possit, pro variis ejus gradibus et recessu à summâ molestiâ dicetur alter pruriginosus unoque nomine pruritus, alter qui obtusus unoque nomine lassitudo vocari poterit; de quibus singulis seorsim agendum nobis incumbit, modò priùs advertenimus nos hic varias dolorum species quæ ad tactum pertinent quæque magis sunt familiares re consuisse; neque enim juvat prosequi species seu differentias varias dolorum seu molestarum sensationum et ingratarum quæ in exercitio reliquorum sensuum Externorum plerumque excitantur, quippe quæ peculiarem denominationem nondum obtinuere, sed vel solo sensionis molestæ nomine solent indigitari.

itaque ut à doloris gravis et intolerandi speciebus ordiamur tensivum 1°. dicamus dolorem sensationem omnem molestam quam sequetur judicium tensionis partis dolentis. dico, quam sequetur judicium tensionis; neque enim per se molesta sensatio aliud quid comprehendit quàm simplicem meramque perceptionem seu mentis modificationem, ratione cujus judicat anima partem determinatam affici hoc vel illo modo, seu ab externis seu ab internis causis id fiat: unde cum talem aut talem dolorem dicemus, id unum intelligemus, nimirùm esse sensationis molestæ speciem quæ menti occasionem præbeat judicandi se habere partem hoc vel illo modo vel illam causam hoc vel illo modo in corpus agere: Enimverò si attendamus ad ea quæ geruntur in infanti recens nato, fatebimur illum licet varias experiatur doloris species, hancque ab illa distinguat secundùm magis et minus, nondum tamen posse ad hanc vel illam partem referre doloris speciem causam, qui neque partem neque agendi modos causarum hactenùs novit, ut de eo nihil aliud affirmare queat nisi quod verè doleat plùs minùs; quin adhuc varios respectus sensationis ad partes per quas traducta est causarum impressio, attingere possit, donec tandem perspectis omnibus, id est agnitis propriis organis et causis variis quibus afficitur post multiplicem rerum experientiam judicium de singulis

fere et varias sensationes in partes affectas atque in veras suas causas referre didicerit; atque hoc quidem adeò verum est, ut vix tensivum dolorem asserere nobis liceat nisi ex variorum observatione ut si quis id generis dolore corripiatur in aliquâ parte, crure scilicet, non possit ut ut doleat singularem tamen doloris caracterem exprimere nisi prius distentum atque tumidum eius observaverit, aut saltem ægritudinem quandam et difficultatem movendi et flectendi experiatur; Ex eo enim colligere ipsi licet magnam cruris tensionem ac proinde tensivum dolorem esse, seu à causâ distendente produci. jam quod de tensivo dolore dictum velim ad reliquas dolorum species transferatur. superest ut causam prædicti doloris persequamur, sed illa longè repetenda non est; patet enim subitò factam partis cujuslibet ultrà naturalem tonum distensionem molestam inferre sensationem: namque cum distendi non possit pars aliqua quin protinus nervi eidem prospicientes similem patiantur distensionem, cum nec distendi contermini nervi queant simul ac semel, quin quoad cavitatem suam minuantur versus extrema, sequitur spiritus quos in toto ductu suo continet cum non habeant solitum spatium quò sese recipiant tum in nervis tum in partibus ad quas deferuntur, quæ similiter undequaque distentæ sunt, ad refluxum naturali majorem cogendos esse, unde sensatio tristis ac proinde dolor emerget. de causis verò quæ dolorificam partium distentionem inducere possunt, non est quod fusè disquiram: notum enim est illam tum ab externis tum ab internis causis produci: ab externis quidem, ubi illæ distrahunt partes extra tonum, ut in malè feriatis accidit qui torquentur eculeo; ab internis verò multipliciter: nunc enim nimia fit partium partium distentio propter congestos humores, quorum liber progressus impeditus est, nunc nimiam eorumdem rarefactionem, modò propter flatus, ut in intestinis plerumque contingit; modò demum propter rarefactionem nimiam fluidi cujuscumque spiritibus admixti in

in carnibus musculosis, unde convulsio dolorifica &c. sed neque hoc quoque prætermittendum videlicet partes quæcumque sunt sensiles tantò magis ad dolorificam passionem disponi, quantò tensiores sunt, ut nonnulla sint quæ vix ullum, dum naturaliter se habent et flaccidæ sunt, sensûs judicium præbeant etiam vulneratæ, quæ tamen acutum dolorem præbentur et inferunt ubi tensionem quandam quomodocumque obtinuerint. in hujus rei exemplum afferri possunt pulmones quos sine doloris sensu transfixeris ubi naturaliter se habent et flaccidi sunt, cum tamen ubi inflammati ac tensi sunt, dolorem acutum producant, vel levi concussione quam subitus aër producit: idemque dicendum de musculosis carnibus, cute, uno verbo de omnibus partibus quæ sensu donatæ sunt. patet illud vulgari experientiâ quâ constat tensam manum ab inflammatione putà non posse vel plumæ contactum pati sine molestiâ, quæ alioquin graviora asperiora durioraque contingit innoxiè corpora absque ullo doloris sensu. Ex quo ulteriùs /per transennam illud dicam/ sequitur sensationem in parte non fieri, sed in cerebro; secùs enim se res haberet ubi tenduntur partes ac dum flaccidæ sunt, seu multò minor sensatio fieret in tensione quam in flacciditate partium, aut ut meliùs dicam dum naturalem obtinent tonum: cum enim summa ad sentiendum dispositio à spirituum copiâ quam partes à cerebro mutuantur, ōīō proficiscatur, hinc sequitur ubi multò minor erit in iisdem, et protinùs illas percipiendis objectorum impressionibus multò minùs idoneas fore: atqui minor est spirituum copia in partibus dum illæ præternaturaliter distenduntur. deinde certè juxtà antiquatæ hujus opinionis patronos eò magis ad sentiendum disponitur pars, quò magis naturaliter se habet, seu quo majori spirituosi fluidi copiâ irroratur: sed magis naturaliter se habet ubi nulla distensio: ergo magis ad sentiendum acutiùs erit apta, quod tamen falsum: undeque exquisitus ille partium paulò ultrà tonum propulsarum sensus nisi ab illâ ipsâ nervorum tensione quâ fit ut vel levis

motus impressus vividum producat spirituum refluxum ad cerebrum. verùm hæc nos longiùs abducerent.

2°. pungitivum dolorem vocabimus sensationem tristem cum judicio corporis alicujus acuti partes sauciantis atque scindentis: illius autem, quod anteà dictum est, species erunt pro diversitate doloris magis aut minùs intensi vel extensi, aut vario modo quo acuta corpora partes impetant, ac demùm pro variâ ideâ quam sibi mens finget corporum dolorem inferentium, ut sunt perterebrans, lancinans &c. pungitivus autem simpliciter ac propriè dictus, qui acutus minimam tamen in parte occupabit extensionem, unde judicium de minori crassitie corporis acuti afficientisque ac ultimam majoritatem inducet, v.g. acicula, spiculaque acida quæcumque ab aliis expedita principiis partes impetent; inferet quoque tensio nimia et divulsio quæ fiunt in suppuratione tumorum, quæ cum determinatum locum putà centrum aut superficiem magis respiciat ubi pustula se prodit materies purulenta eundem doloris sensum excitabunt, ac si reverà pars aciculâ pungeretur, unde falsum eatenùs judicium consequetur de partis punctione ab acuto quodam corpore vix corrigendum, licet alioquin acutorum absentia planè dignoscatur. lancinans erit dolor quoties acutum ac tenue corpus per dilucida temporum intervalla fortiter tamen ac de repente partem vellicabit aut transfiget, vel similiter ubi fibrarum distractio alicubi identidem fiet. prioris exemplum habemus in cancro in quo acido=salsa spicula identidem mota instar acicularum conscindunt sensiles fibras; posterioris verò exemplum in suppurationibus plerisque quibus humores in aliquam partem effusi per intervalla rarescunt, summamque fibrarum divulsionem producunt. perterebrans non nisi à vehementiori et latiùs sese explicante causâ producitur: quoties enim sensus punctionis secundùm extensionem partis majorem excitabitur, sic ut clavus videatur in eam pedetentìm infigi judicium consequetur velut cujusdam perterebrationis, unde perterebrans

et clavarius dolor dicitur: hunc autem producunt quaecunque vel divulsionem alicubi vel erosionem in partibus pariunt, ita ut erodentis aut divellentis actio per gradus augeri videatur: acer deinde dolor dicitur qui cum caloris sensu conjunctus erit: ille autem à salibus producetur acribus, quatenùs illa prominulis suis Echinis rodendo et scindendo partem, simul fermentativum humorum motum adaugent, unde caloris punctionumque innumerarum sensus, ac judicium echinati cujusdam corporis partem suo motu dilaniantis. huic affinis dolor ulcerosus, quippe qui non nisi penès majorem salium acrimoniam majoremque motum à simpliciter acri differt: minor quippe rosionis sensus in acri, in ulceroso verò summus. ad acrem quoque referri jure potest mordax, qui nempe eandem agnoscit causam, salia nempe hispida scindentia; illud solum est in acri quod ab acri discerni possit, quod in eo inaequaliter atque modò in hac modò in illâ parte rosionis sensus excitetur, unde fingendi et judicandi locus datur causam esse instar canis mordentis et laciniantis. mordacem etiam dolorem jure quis ad tensivum referre possit, si divellantur partes inequaliter atque diversis in ~~fibris~~ fibris.

3º pulsativum dolorem dicere libet sensationem molestam quae cum sensu motûs brevibus spatiis recurrentibus conjuncta est, atque illum quidem vel una solum causa producere solet iterataque arteriarum dilatatio seu motus sanguinis brevissima per intervalla propulsi in partes. Etenim si contingat alicubi sanguinem stagnare, ita ut difficulter traduci possit ab extremis arteriarum finibus in venas, certè quoniam continuò novus ac novus appellit in partem sanguis, non potest quin ejusdem contextus singulis arteriarum pulsibus ab advenienti sanguine distrahatur ac dolor producatur, vel arteriae saltem praeter modum distrahantur, atque adeò et dolorem inducant, qui quia alternis vicibus remittit rediitque cum aliquo sensu motûs, idcircò pulsativus et pulsorius seu pulsatorius dicitur.

4º. denum frangitivus dolor vocabitur qui judicium de integrâ

divulsione aut distractione solidarum plurium accerset: illa autem ad tensivum atque divulsivum revocari poterit: quoties enim ossium periostea adeò distenduntur aut distrahuntur ut perstringi videantur, toties quia profundus dolor est ossa quæ profundiores partes judicantur diffringi putabuntur, doloreque illo qui cruciabuntur de ossium querentur dolore ac diffractione; atque hoc judicium in hac potiùs tensione subortum est quam in aliis reliquarum partium diffractionibus seu divulsionib. quoniam periostea partes sunt inter alias à natâ tensissimæ; unde si quamcumque ob causam ulteriùs distendantur aut distrahantur, dolorem tantum excitabunt, ut vel ossa quibus super extenduntur videantur diffringi.

quod spectat ad dolorem illum qui mitior est nec adeò mentem excruciat, ille vel pruriginosus est ut dixi vel obtusus et gravativus. pruriginosum quidem dicemus illum qui sensum inter naalem et vehementiorem ambigit, quemve sequitur judicium lenis cujusdam perfricationis aut vellicationis partium sensibilium: et verò licet pruritus suo modo gravis jure dici queat, et vel molestam illam sensationem jucundam esse, nec nisi voluptate ut ita dicam nimiâ molestam, nimirum cum ad pruritum excitandum corpora leviter organa sensuum impetant, excedantve parum naturales limites quos natura ad sensuum exercitium præscripsit, sequitur sensationem inde exortam quia naturali major est atque vividior, vehementiori tamen longè inferior mixtam propriè et mediam quasi inter sensum naturalem et verè dolorificum esse censendam: est tamen quod inter doloris species recenseatur pruritus quatenùs ægrè ferrur, nihilque non movere solemus ut hac nos sensatione liberemus. itaque pruritum adeòque et pruriginosam molestam sensationem inferre solent acria quæcunque minùs mota lèviter vellicant sensiles corporis partes: inferunt et quæcunque obtusa leviaque quæ leniter partibus affricantur, eatenùs quia spirituum per subsultus iteratos nonnihil vividos producunt, unde judicium cogitatioque subit velut scopæ partibus affricatæ. cæterùm ad pruriginosum dolorem

non abs re possint revocari sitis ac famis sensationes, quæ pariter à salinis particulis fauces et stomacum vellicantibus nec sine mentis anxietate producuntur. jam gravativum dolorem vocabimus sensationem omnem quam sequitur judicium rei gravis partibus incumbentis, ut quoties dolor à causâ continuò nec tamen vehementer in nobis agente sed quasi pressione veluti quadam producendus erit, toties gravativum illum et obtusum censeamus. ita molesta nobis ponderum quorumcumque gestatio fiet, et quæcumque fiet in parte humorum collectio; cum enim seu gestatio fiat ponderum seu cumulentur in partibus humores aliqua semper fiat fibrarum sensibilium distractio adeóque et refluxus ad cerebrum solitò vehementior; cum item dum ad motum pars comparatur ægriùs consuetos motus exerceat, multòque major quàm pro more nisus adhibendus sit ad superandam ejus gravitatem, non potest quin simul et dolor et rei incumbentis prementisve gravitas in cogitationem subeat; ac proinde quoniam quæ sic producetur molestia non celeriter ac de repente ut in acuto dolore excitanda erit sed multò tardiùs, obtusæ atque gravativæ, aut quod idem est, gravis sensationis nomen obtinebit: ad obtusum verò atque gravativum dolorem referemus anxietatem illam quam spontaneam lassitudinem vocare solemus aut defatigationem quæ ob manifestam quamcumque causam experiri nobis plerumq; contingit: lassitudo enim quidam est doloris sensus cum judicio gravitatis membrorum conjunctus, quidquid sentiant nonnulli qui lassitudinem a debilitate non discrepare contendunt: enimverò imbecillitas nihil aliud esse videtur quàm simplex virium defectus seu impotentia ad motum exercendum, quam quidem nulla consequitur sensatio, nullus in corpore motus: at verò lassitudo ~~languoris~~ angoris quædam est passio quæ necessariò motum quendam in corpore præsupponit, secus enim mens aliquid pati, persentire ac percipere naturaliter non potest, unde videmus pueros vel gestandis ponderibus ob virium defectum seu corporis debilitatem omninò impares, lætos absque ullius

lassitudinis seu gravativi doloris sensu hipudiare; robustos verò alioquin viros post diuturnas ac violentas corporis exercitationes dolorificam artuum passionem quam lassitudinem vocamus, sentire et licet anxietatem illam sequatur animi deliquium, longè tamen abest idea prostrationis virium ab ipso lassitudinis sensu collapsa, namque vires id unum significant impotentiam nempe exercendi motus musculares consuetos in quo quidem nulla perceptio mentì subest ingrata, lassitudo verò molestam supponit sensationem quandam aut potiùs gravem fibrarum sensibilium distractionem aut compressionem. fateor equidem illos quibus collapsæ sunt vires ut plurimùm lassitudinis molestiam pati; imò et neque aliter rem fieri posse libens concesserim: verùm haudquaquàm hinc sequuturum est debilitatem nempe et virium imbecillitatem ipsam esse de quâ agitur lassitudinem. illud unum colligi potest virium prostrationem seu quod idem est spirituum defectum occasionem esse cur molesta in debilibus sensatio lassitudinis angor videlicet sentiatur: et verò cum spiritibus deficientibus carnes musculosæ laxentur, sequitur non posse sanguinum pari celeritate decurrere per poros et interstitia fibrarum ex quibus componuntur, ut potè quibus magnam sui motûs partem communicat, unde in iisdem hærere ac stagnare cogitur; quoniam verò continuo cordis motu novus ac novus musculis advehitur sanguis, et protinùs eorum pori et interstitia fibrarum nimiâ humorum copiâ distendentur; proindeque cum nimiam propter turgescentiam fibræ quadantenùs distrahantur, refluxum spirituum plùs minùs intensum producent, ac molestam demùm anxietatis cujusdam sensationem seu quod idem est lassitudinem excitabunt. ut lassitudinis quidem occasio futura sit virium prostratio, spirituumque defectus, neutiquam verò causa.

Hinc patet cur qui longis itinerationibus pedites defatigant

lassitudinis molestiæ obnoxij sint: cum enim inter varios motus musculares maxima fiat spirituum animalium jactura adeòque et sic tandem laxentur fibræ musculares, non possunt quin obtusum doloris sensum ob earum distractionem patiantur, hinc est similiter quod ubi sanguis præter naturam crassior est, ut in Melancolicis et chlorosi laborantibus, ad levem motum sequatur summa defatigatio et lassitudo, nimirùm cum sanguis crassus ob iteratas musculorum contractiones propter susceptum motum et successionem variam rarescat, sic distendit sic distrahit fibrarum musculosarum interstitia ut gravem inde sensationem excitari necessum sit: atque hoc idem dicendum erit de lassitudinibus sponraneis quibuscumq; quæ futuros morbos plerumque denunciant; si enim sanguis consistentiam solitò majorem nactus erit, aut fermentationis aut rarefactionis motum justò intensiorem, quoniam eatenùs de more traduci non poterit per musculosas partes seu carnes distenderque poros earum et interstitia, obtusum atque gravativum dolorem inducet.

quæres cur stando vel sedendo magis defatigamur quàm deambulando. antequàm respondeam recolendum ex Phisiologicis sanguinis motum tùm circularem tum fermentativum haud parùm juvari iteratis musculorum contractionibus, ratione quarum fit ut qui ægrè per intricatos musculorum poros trajiceretur superveniente fibrarum carnearum contractione celeriter propellatur in venas. illud quoque observandum licet contractiones musculorum circularem humorum motum accelerent, si tamen musculi in continuâ maneant contractione, haud parùm inhibere eorumdem cursum, atque id quidem duplici nomine; 1.° quidem quatenùs fibræ musculares contractione suâ magis addensantur et vel minora reddunt interstitia per in laxatis traduci solebat sanguis, vel omninò delent aut mutant seriem pororum, eorumque mutuam communicationem intercludunt.

2°. verò quatenùs dum contrahuntur musculi venas si quæ sunt quæ carnes eorum trajiciunt, aut si quæ ventrem eorum perreptant notabiliter comprimunt atque angustant, unde refluere liberè sanguis in cavam non potest, proindeque stagnare in extremis venarum capillaribus porisque partium ad quas continuò appellit omninò necessum erit, quibus ita præmissis

Respondeo non posse quin stando defatigemur, magisque deambulando: cum enim musculi omnes crurum, tybiarum ac pedum qui trunci corporis erectioni destinātur, dum stamus in continuâ maneant contractione, sequitur non posse sanguinem pari celeritate, copiâ et facilitate consuetis trajicere poros fibrarum ex quibus musculi componuntur; unde hic atque illic interclusam moram facturus erit: imò quoniam ad contractum musculum pari copiâ fertur sanguis per arterias, quin tamen æquali mensurâ resorbeatur a venis, non poterit quin impeditus in suo itinere vim faciat in latera pororum interstitiorumque in quibus hærere cogitur aliquamve diductionem in iisdem producat, unde gravativus emerget sensus. quid quod sanguis deductus per arterias difficulter traducetur per musculos contractos solitò majori copiâ derivando in vicinos musculos laxatos; idque ex legibus continuati motûs quibus sancitum est omne corpus quod movetur, si pergere non possit secundùm primò inditam determinaonem propter obicem occurrentem deflectere à viâ, aliamque inire secundùm quam motus faciliùs exerceri potest: quamobrem si idem sanguis totus subire contractos non possit subire musculos reflectet protinùs reflectetve in vicinos arteriarum ramos laxatis musculis prospicientes, per quos videlicet inditum motum multò faciliùs continuare possit; ac proinde cum eo tendit majori copiâ feratur in laxatos musculos, eorumdem poros plus æquo distendet; unde similiter quidam dolor excitandus erit. demùm quoniam ex dictis dum contrahit, tùm interjectas venas compriment, adeòque non contemnendam humorum stagnaonem

induunt in partibus, à quibus compressæ venæ sanguinem resorbent; eô nomine propter turgescentiam, pororumque nimiam dilatationem quam necessariò afferunt anxietatem quandam excitabunt: at longè aliter se res habet in ambulatione: cum enim alternis vicibus musculi tybiarum extensores et flexores contrahantur, fit ut non modò non stagnare cogatur sanguis in fibris musculorum aut venis, ut potiùs celeriùs ejusdem motus ab arteriis in venas notabiliter promoveatur: quod enim contractio extensorum confert impedimenti, proximè sequens laxitas aufert, quamque laxitas flexorum induxerat turgescentiam et distensionem in interstitiis fibrarum alternatim superveniens contractio removet; atque adeò quoniam nulla permanens distensio pororum fit inter ambulandum, quoniam nulla constans venarum compressio, nullâ circulanti sanguini mora quin potiùs propter iteratas musculorum contractiones acceleratur ejusdem cursus, sequitur multò minus in ambulatione moderatâ defatigandum corpus esse quàm in simplici statione.

Paulò aliter sedendo lassitudinem corpus contrahit, et primum quidem confert ad lassitudinem deducendam status corporis eorum qui sedent; quippe quorum totum corpus unicis ~~tot~~ tybiarum flexoribus innititur, sicut illi haud ob parvam ab incumbente trunci pondere compressionem, musculi non possunt intra se admittere adductos humores atque in venas dimittere, sequitur ob jamjam allatam rationem eosdem in liberiores arteriarum truncos derivandos esse, atque adeò et reliquas partes compressis vicinas ob admissam solitò majorem humorum copiam inflandas esse ac distendendas; idque tantò faciliùs accedet quod nec ipsi nervi majores in sessione compressionis experter sunt, ut patet ex stupore tibiarum ac pedum, quo sedentes plerumque corripimur: etenim quoniam haud parum juvat circularem motum sanguinis in singulis partibus tensio quam jugis fovet spirituum influxus ac tuetur, sequitur si spiritus minori copiâ fluant in partes, quod certò compressis nervis

nervis futurum esse nemo negabit, sequitur inquam easdem magis laxandas esse; et quoniam per laxatas partes quarum proinde pori collabuntur ac subsidunt difficiliùs multò sanguis trajicitur propter summam motûs jacturam quam facit in transitu pororum qui collapsi sunt stagnare in iis eosque plus æquo distendere necessum erit: jam verò quoniam distensio pororum partium sensibilium non inferre non potest quandam fibrarum vibrationem adeòque et refluxum spirituum versùs cerebrum naturali majorem et secondo quoque gravativum dolorem seu quod idem est lassitudinem quandam excitari pariter necesse erit. huc accedit quod dum sedemus omne suspendimus muscularis motûs exercitium, unde et ob id quædam sanguini consistentia conciliatur, quam ob rem et eatenus stagnationi aptior redditur.

quæres rursùm cur sedentes dum corpus erigunt et ad deambulationem comparant sese, lassitudinis molestiam multò majorem persentiant quàm inter sedendum, unde similiter auctus ille formicationis sensus qui à crurum stupore surgentibus excitatur.

Respondeo ad primum hujus phœnomeni repetendam esse causam à stagnatione sanguinis in poris partium musculosarum nimiâque earum contractione: cum enim post diuturnam laxitatem musculi ad consuetam redeunt contractionem adeoque et addensantur eorum fibræ, non possunt quin variis in locis dum premunt vel expellere nituntur interjectum sanguinem fibrillarum suarum distractionem patiantur, unde doloris non gravativi modò sed et tensivi dolor sanguis excitatur; neque enim sanguis quo ad turgescentiam implentur pori et interstitia musculorum ob variè intricatas vias quibus ab extremis arteriarum finibus in extrema venarum capillaria deducitur, tam subitæ compressioni quam musculorum intensa contractio, protinùs obsequi potest, quin alicubi in suo itinere

præpediatur, item quin hic atque illic cumuletur in poris, eorumq; latera ob majorem quam sustinet pressionem plus nimium dilatet atque distendat; ac proinde non erit mirum dolorem gravativum sedentium in stantibus et ambulationem parantibus augeri, imò et in acutum quandoque degenerare; atque id quidem pari ratione accommodari poterit dolori tensivo quem patiuntur illi qui post longum iter et post horarum aliquot quietem, sese itineri rursum accingunt; quippe qui si aliquandiu consederint præ dolore vix possunt crura extendere corpusque erigere.
Respondeo ad secundum formicationis sensum deduci non posse nisi ex vellicatione vanâ aut divulsionibus aut distractionibus partis ad quam rursum spiritus consueto more feruntur simul ac ablata est nervorum compressio, quod fit statimatque sedentes corpus erigimus stamusque; unde autem vellicatio isthæc oriatur obscurum non erit attendenti ad mu[tationem] quam subit sanguis dum stagnare alicubi cogitur: constat enim eundem defectu motûs progressivi quo partes volatiles crassioribus commiscentur multò majorem quam naturaliter postulat consistentiam adipisci, de motu fermentativo remittere, atque inde salinas quoque partes divisas in molem justò crassiorem concrescere; quæ cum ita constanter fiant quoties compresso nervo partis cujuspiam hæc ipsa laxatur, non est cur miremur quod dum pars ad pristinam tensionem fluentib. de more spiritibus reducitur, vellicatio subsequatur molesta: cum enim dum stringitur pars nititurque stagnantem expellere sanguinem aliumve humorem cujus major consistentia saliaque multò crassiora, aliter evenire non potest quin vel ob humoris expellendi consistentiam ægrè obsequentis vanæ compressioni, hic atque illic pororum divulsiones aut ~~pororum~~ fibrillarum ex quibus coagmentantur, exurgant; quæ si multiplices et vividæ fuerint, cujusdam velut formicationis sensum mentiuntur vel quoniam expellendi iidem humores spiculis salinis referti sunt, non potent quin dum partes sese contrahunt strictèque complectuntur ac premunt humores stagnantes, pungantur à spiculis salinis, quomodo manus Echinum comprehensum dum premit sibi ipsa vulnus infligit.

quæres demum unde vehementes ac inusitati motus putà eorum qui ludunt pilâ aut gladiatoriam artem addiscunt artuum dolores et gravitatem inducant paulò postquam quieti indulserunt:

Respondeo totum illud repeti posse ex distractionibus atque divulsionibus quas patiuntur tum musculi tum ligamenta quibus articulis connectuntur, idque propter incompositos et omninò inassuetos motus quibus tunc temporis corpus exercetur, situmque membrorum coactum, quo fit ut multis in locis tum ligamenta tum membranæ tum fibræ musculares extrà tonum distendantur: ac proinde quoniam dum tandem distractæ fibræ (finito labore somnoque cum indulgetur) ad tonum pristinum reducuntur, paulo laxiores sunt quam antè fuerant, serosisque aut aliis quibuslibet humoribus imbibuntur, sequitur excusso somno et corpore ad gressum disposito gravem sensationem vel levi musculorum motu excitandam esse, idque propter debilem exclusionem humorum stagnantium à somno in distractis pridem cujuslibet ptibus sensibilibus; neque tamen (quod mirum primâ fronte videatur) qui ita inusitatis motibus corpus exercent utcumque distractionem nimiam variis in locis patiuntur dolorem gravativum percipiunt, nimirum propter summam spirituum commotionem maximamque attentionem quam præstant ad ea quæ vel agenda sunt vel vitanda: quippe quoties spiritus summoperè moventur in cerebro, utcumque organa feriantur fiatque solito vehementior spirituum refluxus à partibus, nonnulla tamen suboriri potest ne sensatio quidem simplex, sed ne dolor quidem quæ gravior est perceptio; eatenùs quia spirituum commune sensorium incolentium vortex ac motus rapidus refluentes ab organis sensuum, statim atque ad cerebri meditullium pervenere, absorbent penitùs, singularem ut nullum motùs caracterem servare queant, quo fibras cerebri hoc vel illo modo concutiant, atque hanc vel illam sensationem jucundam molestamve pariant;

quod si omninò mens objecto cuipiam attenta est cujus idea altiùs insculpta est; licet alicubi distrahantur sensibiles fibræ, tantùm abest ut inde subsequi debeat gravis sensatio, ut ne ulla quidem similiter excitanda sit: cum enim eò semper vergant spiritus quò facilius moveri possunt, in ea, dum refluunt à distractis partibus, vestigia quæ magis excavata sunt penitùs confluent, adeòque nulla secunda nova perceptio, gravis nulla sensatio suborietur præter eam quæ mentem occupat, cuique mens adhæret ~~attentissima~~.

Superest ut persequamur læsiones in motu voluntario contingere solitas; qui quidem motus non secùs ac reliquæ functiones pariter obnoxius est læsionibus. Etenim

1.º abolentur motus voluntarius et muscularis, idque vel à defectu musculorum, quoties ita sunt laxati à seroso humore vel distracti ut spiritus continere non possint; vel dum loculi in quibus fluidum spirituosum vires exerit, ita sunt infarcti, ut prædictum fluidum subire non possit; vel aufertur motus muscularis spirituum defectu, quoties propter nervorum obstructionem aut compressionem perduci non possunt ad fibras musculares, aut etiam quoties fluentibus spiritibus in musculis deficit ~~copula~~ copulae sulphurea quam sanguis ad motum ~~muscularem~~ suppeditat.

2.º imminuitur motus muscularis quoties enumeratæ causæ minores tamen concurrunt, vel si musculus paulò sit laxior elabique sinat maximam spirituum partem, aut si fibrarum pori ex parte infarcti sint, ita ut minor fluidi spirituosi copia possit intromitti, vel si nervorum compressio atque præcisio sint ejusmodi ut tantillam spirituum copiam in musculos fluere patiantur; aut demum si minor copulæ sulphureæ copia quam naturaliter postulatur à sanguine suppeditetur musculis, protinùs et muscularis motus maximè imminuendus sit, idque in paralisi imperfectâ continget.

3.º interruptus ac debilis est motus muscularis quoties absolvere contractionem suam musculi non possunt ob imminutam copiam

atque vim materiæ spirituosæ ut in illis loculis fibrarum fermentari; quo fit ut musculi contineri non possint in contractione aut contractionem inchoatam absolvere, sed in mediâ ipsâ contractione prævalentis videlicet partis quam trahunt pondere, relaxentur aut elongentur rursum ac de repente ad contractionem initam, atque hæc interrupti motus species tremoris nomine venit.

4°. erroneus est acutusque simul motus muscularis, quoties præter animæ voluntatem fit summâque vehementiâ exoritur, idque fiet quoties vel simplex motus fluidi spirituum adductis heterogeneis quibusdam partibus in fermentativum mutabitur: hinc enim fiet ut propter summam inordinationem motûs in fluido spirituoso quod cerebri meditullio continetur, inordinatè omninò et præter arbitrium mentis fluat modò in hunc modò in alium musculum, atque adeò et celeres et naali vehementiores contractiones producat. idem quoque futurum quoties copula heterogenea quam sanguis musculis elargitur crassior facta atque inæqualiter omninò sanguini mixta fortuito atque ex legibus circulationis modò in hunc modò illum inordinatè omninò subibit musculum; ita enim accidit ut spiritus cum occurrant copulæ heterogeneæ crassiori, multò intensiorem in fibris carneis fermentationem producant, quæ idcircò acutiorem motum, et, quia præter voluntatem, erroneum inducet. hanc autem motûs muscularis depravationem motum musculorum convulsivum appellare libet, in quo quidem musculi interpolatè moventur et contrahuntur; contrà quàm accidit in alterâ erroneâ eademque intensiori contractione musculorum quæ continua est, in quâ quidem non videntur musculi alternis vicibus moveri, sed in perpetuâ constanti arctâque contractione permanent; quod certè non nisi à summâ viscíditate materiæ contractionem producentis deduci non potest, quæ cum non possit semel ingressa è loculis fibrarum excludi, sed in quoddam velut coagulum abierit impactaque hæreat in fibris non sinit easdem ad pristinam laxitatem redire. atque hæ sunt

præcipuæ læsiones quæ in functionibus frequentiùs occurrunt, quæ modò sensim modò conjunctim plures vel pauciores morbis superveniunt.

Caput tertium de functionum vitalium læsionibus.

inter omnes corporis functiones nullæ certè sunt quarum læsiones accuratiorem medici observationem mereantur quàm quæ in vitalibus occurrunt; ut enim motus cordis et respiratiõnis ad vitæ conservationem primas obtinuerunt, non evenire aliter potest simul ac illi vel leviter vitiantur, quin summa in totâ corporis oeconomiâ mutatio superveniat. quamobrem paulò operosiùs de variis læsionibus quæ in exercitio motuum tùm cordis tum respirationis inquirere animus est; atque ut à læsione motuum cordis ordiamur

læsæ cordis et respiratiõis actiones summam in corpore mutatiõem inducunt.

suppono statim ex Phisiologicis duplicem esse cordis motum, alterum quidem quo explicatur seu quo elongantur atque dilatantur ejusdem ventriculi, qui motus diastolos seu dilatatio cordis nuncupatur; alterum quo constringitur seu quo ejusdem ventriculi contrahuntur quamque efformant cavitatem, hinc multò minus exigunt spatium atque illum cordis motum ejus distolen seu contractionem appellabimus.

ut illigantur læsiones motuum cordis.

Suppono

1°. 2 ex in corde motus

suppono 2°. ~~vel~~ cor in suâ dilatatione sanguinem per venam è partibus refluentem in ventriculorum suorum thalamis excipere exceptumque protinùs ob proximè sequentem fibrarum suarum contractionem extrudere in arterias ventriculis annexas, ut per easdem feratur in totum corpus.

2°. cor sanguinem excipit et extrudit variis in motibus.

suppono 3°. tanquàm certum quo tempore cor contrahitur eodem ipso arterias dilatari, totamque hujusce dilatationis rationem omninò repetendam esse ex ipsa arteriarum structurâ, quâ factum ut ex ampliori ducta in angustum desinant: ac demùm dilatationis motum in omnibus arteriis vel in his ipsis quæ à corde remotissimæ sunt sincronicum esse cordis ~~dilatationi~~ contractioni;

3°. in contractione cordis arteriæ dilatantur [illegible] extrorsùm.

seu synchronica est cordis dilatatio et art. contractio.

uno eodemque momento et contrahi cor et arterias dilatari.

Ex quo intelligitur varios cordis motus seu naturales sint seu præternaturales ex ipso arteriarum motu seu dilatatione variâ jure æstimari posse, præsertim cum ~~tam~~ aptè consentiant inter se contractio cordis et arteriarum dilatatio; nec fieri ullo modo queat arteriarum dilatatio nisi præsente cordis aut ejus ventriculorum contractione, atque adeò ut varias læsiones anomalasque seu irregulares quæ in motu cordis contingunt exponamus, ut cumque illæ nobis occurrant manum sinistro lateri applicantibus, quâ parte ~~quod~~ cor impetit costas; quia tamen facit plerumque obesitas ut vix cordis motus percipi possit, suffecerit nobis arteriarum motum earum præsertim quæ magis superficiariæ sunt quæque minus carnium mole compressæ sunt, expendisse, ut inde nobis aditus fiat ad ea quæ in infimis pectoris costis geruntur, seu ut verbo dicam ad statum cordis naturalem aut præternaturalem penitiùs dignoscendum.

cordis motum indicant arteriæ motæ, seu applicata costis manus.

sive ille nãalis sit aut prætnãalis.

Itaque arteriarum motus non secùs ac cordis duplex est, dilatationis alter quo arteriæ propter intromissum in eas sanguinem extrorsum feruntur et micant, admotamque digitorum pulpam rejiciunt ac repellunt; alter contractionis quo fibræ annulares ex quibus coalescunt imprimis remittente sanguinis impetu restituuntur, elatere proprio contrahuntur, pulpæque digitorum sese substrahunt, atque duo illi motus arteriarum ex Medicorum usu unico pulsûs nomine insigniuntur, licet propriè non micent pulsentque arteriæ nisi quo tempore dilatantur, ut pulsus in genere nil aliud sit quàm alternata cordis et arteriarum dilatatio contractioque ad sanguinis distributionem naturaliter destinata. verùm quoniam hic pulsum habito tantùm respectu ad arterias, quatenùs illæ suo motu statum cordis significant, examinare decrevimus: idcircò pulsûs [illegible] significationem ad alternos contractionis et dilatationis motus arteriarum, ac proinde dum varias pulsuum differentias percurremus

duplex arteriarum motus

unde pficiscatur

pulsus quid.

eorumque causas inquiremus; meminisse semper oportebit nos hæc tantùm quæ ad arteriarum motum spectant tantùm investigare.

Ergo juxtà illud quinque pro vario pulsuum respectu differentias omninò simplices statuemus, ut si habeatur ratio impetûs ac vehementiæ quâ arteriæ à sanguine dilatantur repelluntque admotum digitum, pulsus alter validus ac vehemens sit, alter languidus ac debilis: si verò attendamus ad quantitatem dilatationis et extensionis arteriarum, alius Magnus erit alius parvus; si tempus respiciamus quod in ipsâ arteriarum dilatatione impenditur pulsus alter erit celer, alter tardus. si è contra tempus expendemus quod unam inter et alteram dilatationem intercedit, alter erit frequens, rarus alter: si demum ad tactilem quandam qualitatem quam præ se ferre videtur arteria dum micat, pulsus alius durus erit alius mollis, ad quem referri poterunt pulsus plenus et vacuus, de quibus sigillatim agendum antequàm ad compositas pulsuum differentias deveniamus; quia verò præternaturalis isthæc pulsuum diversitas repeti non potest nisi ex varietate et anomaliâ motus cordis ex variâ item conditione sanguinis qui continuò truditur in arterias, pauca ideircò præmittenda sunt circà cordis motum et varios status sanguinis, ut inde faciliùs causas differentiæ cujuslibet eruamus. scio equidem ad integram hujus argumenti dilucidationem multum collaturam perfectam cognitionem causæ quâ cordis motus absolvitur, in tantâ tamen naturæ caligine vix sperandi locus nobis relinquitur fore ut illa nobis aliqdo internoscatur; ex quo enim exulavit facultas pulsifica cordis post tentamina mille Anatomicorum vix aliquid certi habemus quod audacter et sine errandi periculo proponamus; his nempe unam aliis aliam mirandi hujusce motûs causam statuentibus. nimirum quibusdam placet à spiritibus animalibus puris, nonnullis placet à spiritibus simul cum copulâ quâdam heterogeneâ à sanguine suppeditatâ;

pulsuum differentiæ.

pulsus 2plex.
1 simplex qui 5plex

1° validus vehemens, languidus, debilis.

2° magnus, parvus

3° celer, tardus.

4° freq., rarus.

5° durus, mollis. item plenus, vacuus.

motum cordis deducunt alii à sanguine, [illegible]
alii à spiritibus
alii ab utroq.
alii à [illegible] cordis

aliis a sanguine ipso aut potiùs ab eâ sanguinis parte quam magis efficit nitrum aëreum, plerique à fermento quodam in ventriculis cordis aut ejusdem fibris hospitante prædictam causam deducere; nec sua singulis desunt rationes quibus opinionem suam tueantur; adeò ut vix liceat in tantâ sententiarum discrepantiâ cuiquam assentiri; quamobrem prætermissis hisce omnibus litibus tanquàm supervacaneis nunquàm dirimendis rem omnem independenter à quacunque hipotesi expedire tentabimus, si modò quædam nobis concedantur.

motus cordis ut intelligatur, sequentia concedantur

postulata

1° fibræ cordis motrices in contractione turgent ut musculares.

Postulo itaque 1°. ut concedatur nobis cordis fibras motrices ad sui contractionem inflari ac turgescere, non secùs ac fibras carneas musculorum totius corporis; neque enim intelligi potest decurtari contrahique cordis fibras nisi secundùm latitudinem tantùm crescant quantum amittunt longitudinis.

2° materia cordis fibras inflans absolutâ cordis contractione a fibris expellitur.

Postulo 2°. materiam cordis fibras inflantem cujuscumq; sit generis (namque aliâ requirimus) absolutâ cordis contractione ab iisdem excludi, ut earumdem relaxationi locus præbeatur; alioquin si semel ingressa materies cordis fibras in iisdem perpetuò moraretur, perpetuam earumdem dilatationem ac proinde perpetuam cordis contractionem produceret, quod est contrà experientiam.

3° vis contractionis cordis à motu materiæ moventis dependet.

Postulo 3°. Materiam quæ subit cordis fibras tantò vehementiorem contractionem producere quantò vehementior ejusdem motus et è contrà tantò debiliorem esse contractionem fibrarum quantò debilior est ejusdem vis ac motus.

4 materia movens quò tenuior et mollior eò exclusioni aptior.

Postulo 4°. materiam hanc peractâ contractione fibrarum cordis eò facilius ab iisdem excludi quo tenuior est et mollior.

5° quò tardiùs in poris aggeritur materia eò magis distant contractio et dilatatio.

Postulo 5°. eò dilucidiora intercedere spatia relaxationem inter et contractionem cordis, quò eadem hæc materia inflans tardiùs in poris fibrarum aggeritur, lentiùsque ab iis excluditur.

6° materia motrix à sanguine oriunda, [illegible] pro variis sanguinis [illegible].

Postulo 6°. materiam hanc quæ cordis contractionem producit primam suam originem sanguini attestari, et pro variis massæ

sanguineæ mutationibus modó uberiùs, modó parciùs, modó citiùs modó tardiùs, nunc tenuem ac mobilem, nunc crassam et motui ineptam cordi suppeditari.

postulo 7.º sanguinem in ventriculos cordis illapsum modó magis modó minùs partis hujus contractioni resistere pro ratione tenuitatis et Crassitiei vel resistentiæ plùs minùs insignis quam invenit in partibus per quas trajiciendus est.

7.º — sgūis in cor illapsus pro vario sui statu variè cordi contractioni resistit

postulo denique ut mihi quoque concedatur sanguinem modó magis fermentari modó minùs, modó magis expandi ac rarescere, modó minùs, nunc tenuiorem esse nunc verò crassiorem. hæc sunt ni fallor quæ nemo qui corporis oeconomiam vel leviter novit, reprobare possit. videamus ergo num ex nudis hisce suppositis, ignoratâ penitùs nâã causæ motum cordis producentis, singulæ pulsuum differẽæ possint explicari.

8.º — variant sgūinis status et fermentatio.

Ac 1.º quidem quoniam in vehementi arteriarum pulsu vehementer et magnâ vi repellitur digitorum admota pulpa; quoniam vicissim ex se et proprio nisu extrorsùm arteriæ[+] non feruntur, sequitur easdem à vi exteriùs positâ in singulis circumferẽæ externæ punctis extrorsùm trahendas esse ac dilatandas, aut à vi interiùs applicatâ in singulis punctis cavitatis earumdem.

unde pulsus vehemens

+ 3. supp. pag. 557

arteriæ à vi vel Exteriùs vel interiùs applicatâ moventur.

primum verò repugnat autopsiæ anatomicæ quâ constat arterias nullis radiosis instrui musculis quibus extrorsùm trahi possint: deinde verò hæc ipsa demonstrat autopsia arterias si liberentur superjectis membranis carnibus &c nihilo tamen seciùs pulsare pari vi ac vehementiori, ac cum membranis et carnibus immersæ jacebant: superest ergo ut vim totam quâ Extrorsùm feruntur arteriarum membranæ dum pulsant, ab internâ causâ idest sanguine contento in earumdem cavitate repetamus, at sanguis contentus in arteriis intestino suo ac fermentativo motu omninò impar est dilatationi tam vehementi ac vegetæ producendæ.

pt̃ibus externis nudatæ moventur, nulliq. Exteriùs donantur musculi: Ergo n̄ moventur à vi Externâ.

ḡo ab internâ. ḡo a sg̃uine. ḡo à motu sgūinis fermentativo aut progressivo. fermentativus est impar: ḡo n̄ ab illo. ac per consequ.

quo nempe utcunque fermentescat et pari gradu tam in dilatatione quàm in contractione earumdem arteriarum perpetuam tamen dilatationem producere non potest: Ergo si quidem sanguis arterias dilatabit simplici illud motu progressivo quo fertur à corde in omnes corporis partes praestiturus est: jam quoniam progressivus sanguinis motus accuratè respondet vi illi quâ truditur sanguis à corde machinâ principe omnium motuum qui in nostro corpore fiunt, patet, si vehementer impetat sanguis arteriarum latera ut inde extrorsum flecti cogantur ac domum vi summâ dilatari, patet inquam et vehementem protinus fuisse motum contractivum cordis vehementer quoque ac vividè motam manum quâ cordis fibrae inflatae ac contractae sunt. et sic domum invenimus causam vehementis ac robustae dilatationis arteriarum seu quod idem est pulsûs vehementis ac robusti.

à progressivo, quo expellitur a corde in arter.

progressivus ille sanguinis motus à motu cordis

ille vero a motu manus motricis fibrarum cordis.

N.a tout cela n'Explique rien, car il faut toujours rechercher la cause qui fait mouvoir le Coeur.

Dices annon quidquam ad arteriarum dilatationem plus minus validam conferat sanguinis rarefactio quae consequitur ejusdem fermentationem.

Respondeo Equidem aliquid conferre, quatenus corpora fluida inter fermentescendum majorem postulant locum quàm ea quae simplici motu cientur; atque adeò libens fatear sanguinem intensiùs fermentescentem quatenus illius partes majorem sibi locum parare nituntur quadantenus juvare dilatationem: at quod illa vehemens sit ac robusta, quod alternis et inordinatis repetat vicibus, certè illud totum nisi in vehementem robustam ac validam cordis contractionem referri non potest.

aliquatenus juvatur arteriarum dilatationem sanguinis fermentatio, non immutat.

Ex adverso pulsui vehementi respondet languidus. cujus causa erui facile potest ex his quae jam jam dicta sunt: namque si languidè dilatentur arteriae, quoniam eadem semper manet in omnibus pulsuum differentiis causa dilatationis sanguinis nimirum quid aliud dicendum occurrat, quàm sanguinem languidè protrudi in arterias à corde ipso, ac proinde languidam esse

unde pulsus languidus.

hujus partis contractionem: cum autem debiliter contrahi cor non possit nisi quatenus deficit materia inflans ejusdem fibras; vel quatenus motu minori cietur sanguis, jamjam languidi motûs pulsûs causam nunc in defectum materiæ cordis, nunc verò in tarditatem motûs ejusdem referendam esse.

2° quoniam in pulsu magno repellitur digitus admotus secundum magnam pulpæ latitudinem, sequitur in hoc ampliorem esse arteriarum dilatationem: cum autem dilatatio quæcunque arteriarum à sanguine fiat, planum est si sanguis uberiori copiâ trudatur à corde in fistulas arteriarum, quoniam ille quantitate auctus in consuetis canalibus fluens majorem locum requirit et majorem quoque arteriarum dilatationem extensionemve producendam esse; idemque continget quoties sanguis pari mole atque in statu naturali in arterias expressus justò vehementiorem fermentationem concipiet, cum enim ut diximus fermentando rarescat impensiùs, idem prorsùs nimiâ rarefactione præstiturus est, quod auctâ mole majorem videlicet arteriarum dilatationem eamque tantò ampliorem quantò magis extensiles erunt ac flexiles arteriarum membranæ: verùm quoniam major sanguinis copia trudi non potest à corde nisi solito major fiat ejusdem contractio, nec magna fieri hæc ipsa nisi solito major intromittatur motricis fluidi copia in poros fibrarum carnearum, sequitur in pulsu magno magnam quoque cordis contractionem primariamque humorum omnium causam ex fluido motivo cordis quantitate aucto repetendam esse.

quæres annon inter causis pulsûs magni accersenda sit solitò major cordis dilatatio; neque enim potest major sanguinis copia quam pro more trudi in fistulas arteriarum nisi major quoque ejusdem copia appulerit ad ventriculos cordis; quod certe sine pravia majorique dilatatione fieri non potest.

Respondeo haud opus esse id monuisse: cuivis namque obvium est non posse majorem sanguinis copiam cor expellere in arterias

pulsus magnus quid. ~~[illegible]~~

amplior dilatatio arteriæ,

Ergo uberior fluxus sanguinis, et

justò vehementius fermentescit, ac rarescit,

et flexiles sunt arteriarum membranæ.

Ergo cordis major contractio, atque consequenter [illegible]

major fluidi motivi quantitas

N. a. ubi dixi [illegible] Car sufficit [illegible] energia [illegible] motricis.

~~Conten~~ in magno pulsu magna dilatatio cordis quæ majorem sanguinis quantitatem excipiat.

quam prius non admiserit in thalamis ventriculorum suorum, quod certè præviam eorum dilatationem præsupponit: in eo tamen pulsûs magni causa formaliter ut loquuntur videtur posita, ut nempe solito major cordis contractio fiat majoremque solitò sanguinis copiam profundat in cavitates arteriarum.

pulsui magno qu. conjungi et accedere vehementia. Cæterùm nihil est quod magnus plerumque pulsus vehementi ac robusto consocietur, prout enim fluidum cordis motivum vehementiùs movendum est aut pacatiùs, nunc vehementem simul et magnum, nunc verò simpliciter magnum edet pulsum.

pulsus parvus quid. Magno autem respondet parvus qui quidem aliud nisi minorem, ejus causæ. causarum apparatum requirit; quoniam enim pulsus parvus repellit digitorum pulpam secundùm minorem ejus latitudinem, sequitur minorem quoque esse in eo arteriarum dilatationem minorem idcircò sanguinis copiam trudi à corde in arterias, minorem idcircò cordis contractionem fore ac demùm minorem fluidi motivi copiam subire poros fibrarum cordis, quæque impar sit magnæ ventriculorum contractioni producendæ et consuetæ sanguinis copiæ in arteriosos canales expellendæ, unde primaria causa parvi pulsûs in imminutam fluidi motivi cordis copiam erit ~~referenda erit~~.

celer quid. 3° quoniam celeriter in pulsu celeri digitorum pulpa repellitur, causæ. sequitur in hoc et celerem quoque fieri arteriarum dilatationem: cum autem celeriter explicari non possint arteriæ quin celeriter impellantur ab immenso sanguine, cum nec celeriter sanguis arterias impellere queat quin celeriter quoque trudatur à corde sese contrahente, nec celeriter contrahi cor quin celeriter fluidum cordis motivum subeat influatque poros fibrarum cordis, concludendum primariam pulsûs causam accelaratum esse motum fluidi cordis motivi. de reliquo pulsus celer vehementi magnoque sociari poterit; nihil enim est quod fluidum motivum, cum celer magno et vehementi sociari poterit. summâ vi celeritatem motûs obtineat, atque adeò et vehementem et magnam et celerem simul cordis contractionem producat.

celeri ex adverso respondet tardus, cujus causa in promtu est: cum enim in tardo digitorum admota pulpa tardius repellatur seu plus temporis impendat arteria ut à primo dilatationis principio deveniat ad finem ejusdem quam in pulsu celeri atque etiam in naturali, sequitur et ipsam quoque lentius à sanguine extrorsum ferendam esse: jam verò quoniam non aliam ob causam tardè progreditur sanguis in arteriis quam quia lenta est cordis contractio, sequitur rursum tardam cordis contractionem quâ sanguis lentè propellitur in arterias proximam esse causam tardæ dilatationis arteriarum, ac proinde tardi pulsus: demum quoniam cordis contractio tarda esse non potest, quin protinus fluidum cordis motivum tardè quoque subeat in flexasq; fibras ventriculorum, colligendum primariam pulsus tardi causam vel ipsum esse fluidum cordis motivum quatenus illud tardiorem obtinuit motum. obiter hic advertendum pulsum tardum facilè jungi posse cum magno vehementi ac parvo: nihil enim repugnat fluidum cordis motivum utcumque vehementem obtineat vim et copiâ summâ fibris cordis suppeditetur, validam magnamque utcumq; procedat cordis contractionem adeòque et arteriarum dilatationem producere, quomodo videmus navem onerariam, utcumque lentè feratur in aquis, magnum tamen et vehementem scaphis occurrentibus ictum impingere; neque etiam petat aliquis quominus parvus cum tardo consocietur, ut attendenti patebit manifestè.

Tardus quid. causæ.

tardus pt conjungi magno, vehementi et parvo.

4° quoniam in pulsu frequenti et crebro intra brevissimum temporis intervallum multiplicem patitur incursum repulsamq; admota digitorum pulpa, sequitur arterias crebris et proximè sese sequentibus vicibus dilatari: quia verò crebra fieri non potest arteriarum dilatatio, quin frequentem illæ patiantur sanguinis appulsum, nec frequenter sanguis impelli in cavitatem arteriarum potest quin frequenter et brevibus intervallis

frequens quid

Causæ

cor contrahatur, sequitur crebram ac frequentem cordis contractionem proximam esse causam pulsûs frequentis; ac tandem quoniam frequenter contrahi non potest cor quin frequenter admittat intrà fibras fluidum motivum celeriter dimittat, sequitur primariam pulsûs frequentis causam ex fluido ipso cordis motivo desumendam esse, quod ratione tenuitatis ac mobilitatis celeriter ac frequenter fibras cordis subire aptum sit, celeriterque ab iisdem excludi possit. summâ conciliari poterit frequens cum

frequens conjungi potest cum magno, celeri et vehementi.

magno vehementi ac celeri: si quidem enim fluidum cordis mobilitate simul et magnâ copiâ fibris ejusdem carneis suppeditabitur et summam vim, summam mobilitatem ac tenuitatem obtinebit nihil est quod simul pulsus idem et vehemens magnus celer ac frequens sit.

rarus quid. causa.

Frequenti adversatur rarus in quo cum pellucida temporis intervalla arteriæ feriant admotum digitum, planum est sanguinem non nisi dilucidis intervallis ut solitò longioribus in fistulas arteriarum extrudi, et quia præstitutis hisce intervallis extrudi non potest sanguis nisi quatenùs cor diutinam trahit moram, antequàm finitâ unâ contractione alteram aggrediatur, sequitur proximam pulsûs rari in ipsam contractionem cordis raritatem seu potiùs in diuturniorem cordis dilatationem referendam esse: quoniam verò hærere diu non potest cor in dilatatione nisi quatenùs fluidum motivum statim à perfectâ dilatatione præsto non est denuò inchoandæ contractioni, sequitur primariam hanc esse causam pulsûs rari, nimirùm fluidum cordis motivum, quatenùs illud iners est ad motum vel copiâ deficit; unde non nisi lentè subit poros fibrarum cordis, vel multò plus temporis requirit ut eâ quantitate colligatur quæ necessaria est ad contractionem ventriculorum perficiendam.

durus quid causa.

5° quoniam in pulsu duro repellitur digitus arteriam premens, ac si reverà solidum durumque corpus arteriæ cavitatem subiret

ac dilataret, sequitur in hoc multò majorem sanguinis copiam in fistulas arteriarum dimittendam esse, unde plenitudo et distensio arteriarum major: idem enim dicendum de arteriis sanguine turgidis quod de reliquis fistulis flexibilibus, quas quò pressius fluido etiam tenuissimo impleveris, tantò quidem tensiores ac duriores inveneris, nempe conclusa fluida utcumq. ex discretis ac flexilibus constent partibus corporum instar solidorum se habent: jam verò cum major sanguinis copia ut dictum est protrudi non possit in cavitatem arteriarum sine validâ magnâque cordis contractione ~~reponendam esse~~ segr. de ~~ac proinde~~ ac proinde primariam hujus differentiæ pulsûs causam aliam non esse quàm ipsum fluidum cordis motivum quatenùs copiâ atque vi solito majoribus subit inflatque poros fibrarum cordis carnearum. hæc est frequentior causa pulsûs duri, tametsi nonnullæ aliæ quandoque concurrant, si namque statuamus sanguinem crassiorem esse quàm ut liberè possit dimissus in arterias per capillaria earumdem traduci in ramos venarum, certè ille cum ægriùs obsequatur cordis impulsui quam dum extrema petit capillaria, passurus est in sese reflexionem, quæ cum absolvi non possit propter adversam quam è corde susceptit determinationem, fiet ut sanguinis partes per lineas collaterales reflectantur in parietes arteriarum, unde summa fiet arteriarum turgescentia; ac demùm velut quædam fiet in arteriis duritias quæ ad tactum persentietur. juvabit quoque duritiem pulsus arteriarum justò major, rigiditas et inextensibilitas; quippe si minus flectentur arteriæ, magna tamen solitò sanguinis copia trudatur à corde in earum cavitatem, non poterit quin summè repleantur et extendantur quantum arteriarum flexilitas patitur: quia verò tantum extendi non possunt quantum immissa postulat sanguinis copia, sequitur humores quadantenùs ēprimendos esse ac condendandos; adeò que cum minus dissita sint ac minùs rarefactæ humorum partes, atque ad intimiorem contactum redactæ

cela m'fane car il se frois ms pour reüssir

durus conjungi pt. cu vehementi, magno, celeri et frequenti

mollis quid causæ.

pt. mollis conjungi cum debili parvo. tardo et raro.

instar solidi corporis digito prementi resistent. de cætero pulsus durus esse et vehemens et magnus et celer ac frequens poterit, ut examinanti patebit.

duro respondet mollis in quo molliter admodum arteria pellit digitum prementem, cujus causa ardua non est. cum enim molliter dilatari non possit arteria nisi quatenus ad turgescentiam usque summamque membranarum distensionem impleri non potest; sequitur in pulsu molli solito minorem sanguinis copiam à corde in arterias extrudi; cum autem vel ex eo solùm minor fluat sanguinis copia in cavitatem arteriarum, quia contractio cordis minor est, sequitur proximam pulsûs mollis causam esse imminutam cordis contractionem; quoniam imminuta cordis contractio imminutam supponit copiam aut vim fluidi ejusdem motivi, sequitur primariam pulsûs mollis causam in fluidum cordis motivum copiâ energiâque imminutum omnino esse referendam: neque tamen repugnat quominùs et alias ob causas pulsus mollis evadat: si enim justò fluidior fuerit sanguis quoniam ita faciliùs præterlabitur ab extremis arteriarum capillaribus in extremos venarum fines, non poterit arteriarum cavitatem ingressus easdem ad turgescentiam usque distendere ac dilatare, qui nempe statim atque effusus est à corde parvam omninò moram trahat in fistulis arteriarum, sed protinùs per extrema arteriarum capillaria dimittatur in venas. conferet quoque ad pulsum mollem producendum arteriarum laxitas nimia, si quidem illæ dum subit sanguis ad turgescentiam usque summamque distensionem non impleantur: cum enim ulteriorem distensionem earumdem membranæ sine divulsione pati queant, sequitur posse illas vel ad levem digitorum compressionem nihilobstante sanguine interiùs contento cedere deprimi ac secum laterales partes ulteriùs dilatari.

Cæterum pulsus mollis cum debili, parvo, tardo, raro concurrere potest.

quod spectat ad pulsum plenum, ille parum à magno ac valido

ac etiam duro discrepare videtur, nisi quod in pulsu pleno qui- magnus validus aut durus est, quandam sibi mens ideam cudit aut judicium format de arteriæ plenitudine hanc colligens tum ex ex vehementiâ quâ digitum ferit arteria, tum ex magnâ ejusdem dilatatione aut resistentiâ quam præ se fert dum comprimitur, neque magis differet vacuus pulsus à molli parvo ac debili; eatenùs quippe dicuntur vacui pulsus parvi debilis ac mollis quatenùs in hisce omnibus differentiis ita leniter ac molliter dilatantur arteriæ, ita facilè cedunt digito comprimenti, ut cum nulla aut exilis tantùm occurrat resistentia, arteriam comprimenti subeat statim cogitatio vacuitatis arteriæ. atque illæ sunt simplices pulsuum differentiæ ita dictæ quatenùs unam tantum pulsûs affectionem quæ modò ex vi motivâ, modò ex spatio atq' extensione arteriæ, modò ex tempore dilatationis desumitur.

plenus quid.

idem cum magno et vehementi

vacuus idem cum molli et parvo

Compositæ autem pulsuum differentiæ tot sunt quot modis simplices concurrere possunt: concurrunt autem Multipliciter ut jam dictum est: vehemens nempe cum magno, debilis cum parvo, magnus cum celeri, parvus cum tardo, celer cum frequenti, tardus cum raro, frequens cum duro, rarus cum molli, et sic de aliis compositis speciebus in quibus non duæ tantùm simplices pulsuum differentiæ sed et quoque tres quatuorve aut quinque simul quandoque concurrunt. jam si expendatur modus quo singulæ procedunt pulsationes arteriarum, alia emerget pulsuum differentia quæ non minorem mereatur observationem quàm quæ superiùs recensitæ sunt; quippe alius æqualis erit pulsus, alius inæqualis: æqualem dicemus eum qui seu spectetur secundùm unã pulsationem seu secundùm plures quæ invicem comparentur, æqualis et uniformis est: inæqualem verò illum qui seu secundùm unam seu secundùm plures spectatus pulsationes inæqualis est, nec unius modi: quod ut clarius fiat recolendum est ex his quæ de motu cordis dicta sunt pulsum ut naturalis sit requirere certam vim quâ uniformiter arteriæ dilatentur sicut ut ab inchoatâ dilatatione successivè et per gradus æqualiter increscentes ad summam dilatationem perveniat. recolendum quoque est in pulsu n̄rali

æqualem aut plané similem vim æquale quoque interponendum tempus inter singulas pulsationes desiderari. Ex quo intelligitur si æqualiter fiat singularis quædam pulsatio seu dilatatio arteriarum, utcumque peccaverit penès vehementiam, Magnitudinem celeritatem &c æqualem tamen illam suo modo dicendam esse; è contrà verò inæqualem vel una pulsatio æqualiter fiat, ut non uniformis ac successivè increscens impetus sentiatur quo dilatatur arteria; patet similiter ex hac siquidem ~~plus~~ conferantur plures arteriarum pulsationes quæ pari vi parique temporis intervallo recurrant, pulsum hoc modo constitutum æqualem dicendum esse; et è contrà inæqualem quoties plures comparatæ pulsationes tam penès vim et modum dilatationis arteriarum quàm tempus interjectum inter singulas pulsationes inter se valdè discrepant: quam ob rem quia modò habetur respectus ad unicam pulsationem modò ad plures, æqualitatem unam pulsûs ~~singularem~~ quæ in singulari unâ pulsatione attenditur; singularem, ac sistematicam seu collectivam alteram quæ nempe plures respicit pulsationes appellabimus; et è contrà singularem inæqualitatem dicemus in pulsu illam quæ in singulari observatur pulsatione, collectivam verò et sistematicam inæqualitatem quæ in pluribus invenitur. Superest itaque ut varias pulsûs æqualis vel inæqualis differentias earumque causas investigemus.

Itaque ut ab æquali pulsu ducamus exordium; ille si singulariter accipiatur et pro modo singularis cujusdam pulsationis, supponit æqualem vim et contexturam fluidi cordis Motivi, æqualem item consistentiam aut fluiditatem in singulis sanguinis partibus quæ unâ contractione cordis moventur in arteriis; namque cum dilatari non possit arteria æqualiter, atque à primâ dilatatione ad summam pervenire, quin sanguis intùs contentus æqualiter successivè et per gradus æqualiter increscentes ejusdem membranas pellat extrorsum, cum nec sanguis æqualiter arteriam pellere queat, nisi æqualem ubique consistentiam obtineat in omnibus arteriarum ramis, sequitur ad singularem æqualitatem pulsûs ~~ex~~ æquo concurrere æqualitatem omnimodam fluidi cor contrahentis et sanguinis arteriaz

arterias dilatantis: quod si æqualis pulsus sit habitâ ratione ad plures arteriarum dilatationes quæ et quoad vim et quoad t̄pus interjectum uno modo se habent, certè illo repeti non potest nisi ex æqualitate fluidi cordis motivi, quod singulis arteriarum pulsationibus cordi suppeditatur conferente etiam æqualitate sanguinis qui per vices in arterias extruditur: Enimverò quoniam nec vel illa vis, celeritas, durities Magnitudo &c. non possint vel in unâ arteriarum pulsatione produci, quin determinatam hanc vim, celeritatem &c protinùs obtineat fluidum cordis motivum, sequitur non posse in pluribus quoad vim, celeritatem atque Magnitudinem consensum deprehendi, quin simul in fluido cordis motivo cuncta consentiant; unde ad æqualem dilataonem in pluribus pulsationibus æquale requiritur fluidum tàm penès quantitatem quàm modum substantiæ, motum &c. quæ singula si unà concurrerint, æqualitatem quoque quoad interjectum ~~co~~ tempus inter singulas arteriarum pulsationes et dilatationes productura sunt; neque enim fluidum quod producit alteram cordis contractionem, si per omnia æquale fuerit illi quod alteram efficit, plus temporis expostulat ut excludatur è fibris cordis, quàm quod in sequentibus cordis contractionibus cordis fibras ingreditur: vulgare namque axioma est idem ~~semper~~ manens idem, semper idem producere, atque à similibus similia produci. verumtamen et confert aliquid ad plurium pulsationum æqualitatem æqualitas + sanguinis qui singulis cordis contractionibus exprimitur in aortam: patet namque atque etiam ex dicendis elucescet sanguinem inæqualiter impulsum, ita ut modo majori modò minori quantitate, modò majoris modò minoris consistentiæ, inæqualem ~~itatem producere~~ omninò arteriarum dilatationem producere. verùm hæc satis per se innotescunt, ut hisce immorari supervacaneum ~~sit~~. itaq. pergamus ad inæqualis pulsûs differentias, in primis verò inæqualis illius cujus observatio sit in singulari pulsatione, cujusque plures statuuntur species. Etenim primò alius inæqualis est undosus, in quo vel in unâ pulsatione et undatim dilatari percipitur—

+ rāe qlitati consistice

undosus quid

arteria, ita ut impetus qui sub primo digito percipitur major sit illo qui sub secundo, et qui sub secundo major sit quàm qui sub tertio, atque eâ quidem proportione ut diceris arteriam aut contentum sanguinem in arteriæ cavitate undulatim moveri, de quo summé controvertitur apud Practicos veràne detur necne: quippe contendunt aliqui pulsum undulosum si quis observetur effectum esse digitorum plurium arteriæ debiliter pulsanti admotorum. aiunt quidem primum digitum quâ parte cordi prospicit dum leviter premit arteriam abstatque ejus liberæ dilatationi retundere impetum sanguinis eò loci appellentis, ita ut dum fertur ille mox ad proximè sequentem arteriæ partem quæ secundo respondet digito minori illam vi dilatare queat, et sic de tertio quartove digitis si admoti fuerint arbitrantur; adeò ut cum æqualiter decrescat sanguinis impetus à primo digito ad ultimum, judicare contingat pulsum reverà undosum esse, qui tamen nulla ratione amotis digitis undosus erit. alii è contrà quibus et ipse assentior statuunt verum dari pulsum undosum, neque quidquam admotos digitos conferre ad illius productionem: Enimverò si verum esset quod aiunt undosum pulsum digitorum prementium opus esse, quidni liceat nobis istiusmodi pulsum in simplicibus omnibus et compositis pulsuum differentiis, imò et etiam in statu n[atur]ali eundem ad libitum fingere, adhibita videlicet digitorum pressione proportionatâ ad retundendum impetum sanguinis et arteriæ, ut inde emergat sensatio exundantis cujusdam corporis, quod tamen experientiæ repugnat: deinde verò compertum est undosum pulsum vel unico admoto digito percipi, præsertim si pulpa pollicis non transversim ut fieri solet, sed secundum longitudinem suam arteriæ applicetur; maximo argumento dicendi pulsum undosum opus non esse plurium digitorum arteriam comprimentium, sed à motu contractionis cordis et motu sanguinis orto dependere. videndum igitur quænam singularis hujusce pulsûs causa sit, et quis causæ agendi modus ut inde arteriæ undulatim dilatari contingat: neque tamen res ardua est adeò ac primâ fronte multis

[margin notes: undosum alii refellunt; alii asserunt.; datur pulsus undosus; pbr.; causæ.]

videtur: cum enim ut percipiatur undulatio ejusque corporis id unum requiratur, nempe ut illud vi æqualiter decrescente varias feriat organi tactûs partes, sequitur si sanguis ita moveatur à corde ut in ipso quidem contractionis limine paulò majorem motum quàm in decursu contractionis suscipiat ~~ur~~, sequitur inquam eundem variâ motûs proportione primùm quidem majori vi deinde verò minori ac minori ttt arteriar: plus bas descendendo ad integram usque contractionem fibrarum, quin valdè inæquale sit cordis fluidum motivum, adeòque et partes ejus nonnullæ medioci ~~ejus~~ motui concipiendo exercendoque aptæ sint, aliæ verò minori ac minori, sequitur primam undosi pulsûs causam referendam esse in heterogeneitatem fluidi cordis motivi quâ fit ut primum majori vi contractionem excipiat, sed minori ac minori per gradus descendendo absolvat. cæterùm pulsus ille potest ad debilem revocari ac debet, quippe debiliter pulsat arteria minorque adeò singulis cordis contractionibus sanguinis copia protruditur in fistulas arteriarum; unde et hoc quoque nomine pulsus undosus fieri potest: namque ubi arteria minùs turgida est sanguine, parùm aut nihil obest undulationi quam facilè sanguis subit ubi levi cordis contractione cogitur promovere gradum versus extremas corporis partes: et verò cum sanguis vel in ipsâ arteriarum contractione non omninò accurateque arteriarum cavitatem impleat, sequetur illum dum sanguine ~~superiùs~~ accedente superiùs protruderetur propter varias arteriarum inclinationes ac multiplices curvitates, multiplicibus quoque reflexionibus dum in obliqua impingit arteriarum latera exponendum esse; atque adeò fiet ut propter varias reflexiones seu varios recursus in arteriarum latera, undulatio quædam excitetur in sanguine eaque digitis ad arterias admotis explorari possit. porrò ad undosum pulsum refertur vermicularis, quippe qui non nisi penès magis et minus ab illo discrepat; atque adeò ne multitudine differentiarum obruamur, vermicularem penitùs expungemus ejusque loco undosum minorem substituemus. Na. la parentese qui suit est de la presente page a la marque ttt ttt [arteriarum membranas successive descendendo extrorsùm pellere debere; adeòque et si admoveatur digitus unus secundùm longitudinem

ce n'est pas la pulsus undosus.

il ne l'explq. pas bien.

causæ pulsûs undosi

pulsus undosus ad debilem revocatur

suivez de l'autre coté

arteriæ vel plures transversim applicentur, undantis cujusdam corporis protinus excitanda erit perceptio: jam quoniam contractio cordis ita perfici non potest ut primum majori nisu inchoetur pergatque minori ac minori, descendendo ad integram ac lege supra

dicrotus quid 2°. inæqualis pulsus alter est dicrotus seu bis feriens, dum unâ cordis contractione binam arteria patitur ~~dila~~ dilatationem sic tamen ut prior secundâ validior sit intercedente tantillâ inter utramque morulâ; cujus quidem causa ex illis quæ de pulsuum simplicium differentiis dicta sunt facilè oriri potest: etenim cum eatenus tantum dilatêtur arteriæ pulsêtque, quatenus sanguinem admitt~~it~~unt majori copiâ quam continere possint in suis fistulis contractis, sequitur si bis pulsent intra spatium integræ unius contractionis cordis, in eandem bis quoque

causa sanguinis partem aliquam immittendam esse, quâ extrorsum bis pelli possint: cum autem bis pelli non possit sanguis in arterias nisi iteratâ cordis contractione, sequitur rursum in pulsu ~~dicroto~~ dicroto cor bis quoque contrahendum: et verò quoniam bina arteriarum pulsatio unam tantum supponit integram cordis contractionem nullâ interpositâ morâ ejusdem dilatationis; id unum superesse videtur, nempe ut dicamus contractionem cordis quadantenus interruptam, ne continuam ab initio usque ad finem geminatam illam sanguinis immissionem producere: enimverò si cordis contractio ~~quasi geminata percipiatur~~ dum incepit jam quæ fibræ carneæ medium iter contractionis peragrarunt uno tenore non possit absolvi quin aliquanta fiat mora circa medium contractionis antequam producatur ad finem non potest vel una cordis contractio quasi geminata percipiatur, quin item et totalis contractio duplici nisu et conatu fiat bis quoque sanguinem vibret in cavitatem arteriarum; quoniam verò non potest geminari nisus in unâ cordis contractione absque notabili vitio fluidi motivi cordis, sequitur jam dicroti pulsûs causam fluidum esse cordis motivum, cujus pars altera mobilior est, altera inertior ad motum quo fit ut non protinus atque uno tenore cor suam absolvat contractionem, sed aliquo modo interruptè et per

initia quidem contractionis validæ, dum pars fluidi motivi quæ mobilior est vim exerit suam, mox verò languidiùs et non nisi aliquâ interjectâ morulâ dum quæ pars est fluidi motivi ad motum suscipiendum minùs comparata fibras cordis subintret vel ingressa exeratur.

3°. inæqualis pulsus singularis alter est qui caprisans dicitur in quo quidem integræ unius cordis contractionis tempore, arteria bis pulsat non secùs ac in dicroto. discrimen interdùm illud intercedit inter pulsum dicrotum et Caprisantem, quod in dicroto quæ prior est arteriæ dilatatio atque pulsatio posteriore multò vividior sit, in Caprisante verò contrà prior languidiùs feriat digitum quàm posterior, ut subsilire quomodo capris assolet arteria videatur. ex quo patet eodem fermè modo ratiocinandum de pulsu caprisante atque de dicroto; in utroque enim geminatur ictus arteriæ dum dilatatur, atque adeò in utroque binis atque partitis vicibus dimittitur sanguis in fistulas arteriarum, sanguis inquam quem cor intra unius dilatationis tempus admiserat in ventriculorum suorum thalamis; in utroque similiter pulsu tàm dicroto quàm Caprisante partita ut fiat sanguinis immissio in arterias partita ut ita dicam aut interrupta quadantenùs vel integra una cordis contractio; unde sequitur in utroque non simul atque uno tenore fluidum cordis motivum in actum exeri, cordisque contractionem absolvere sed interruptè; adeò ut pars altera dicti fluidi motivi cordis priùs exeratur in actum aut subeat fibras cordis quàm altera quæ integræ ac totali cordis contractioni perficiendæ necessaria est. hoc unum tamen erit discrimen inter agendi modos fluidi cordis motivi in pulsu dicroto et caprisante, quòd in illo quæ mobilior erit pars ejusdem fluidi, quæque validior erit priùs aggrediatur cordis contractionem; in hoc verò è contrà quæ languidior aut debilior erit; ut concludere liceat primariam Caprisantis pulsûs causam esse fluidum cordis motivum, quod alterâ sui parte quæ tenuior est atque ad motum suscipiendum admittendumque magis idonea, debiliter inchoet cordis contractionem, dum quæ crassior est ægriùsque motum admittit ægriùsque deponit eandem interjectâ

Caprizans quid

Causæ.

quâdam morulâ absolvat. quod ut clarius percipiatur, agite; supponamus in pulsu Caprisante fluidum cordis motivum priori sui parte quæ contractionem molitur, se habere instar spiritus vini; posteriorem verò quæ contractionem absolvit, velut oleum quoddam crassius putà terebintinam: annon perspicuum est si ignis utrique fluido dicto subdatur, spiritum vini faciliùs ascendere et licet multò mobiliores obtineat partes, multò minorem tamen effectum præstare, multòque minùs initum motum servare posse quàm sensum ad quodlibet aliud corpus cujus partes crassiores sint? numquid planum est oleum therebintinæ spiritu vini tardiùs inflammari, tametsi multò intensiùs deflagret motumq; susceptum diutiùs conservet: nùm denuìm illud idem quod de spiritu vini et oleo Therebintinæ scitè accommodari possit fluido cordis motivo quod heterogeneum esset et diversæ indolis non potest in pulsu Caprisante, in quo primum quidem minorem ~~tam~~ max verò majorem energiam prodat.

vibrans 4º si spectetur inequalitas penès unicam pulsationem, pulsus alter erit vibrans, in quo non æqualiter ac sensim dilatatur arteria sed contestim ac summâ vi, quomodo telum vibrari solet; atque illa quidem pulsûs differentia commodè revocari potest ad pulsum compositum celerem simul ac vehementem; in hoc enim vibrari videtur arteria dum pulsat quatenùs celeriter simul ac vehementer sanguis cavitatem ejus subintrat: ac proinde pulsus vibrans easdem causas obtinebit ac pulsus ex celeri et vehementi compositus, fluidum nempe cordis motivum quod celerrimè cordis fibras ingrediatur inflexque et magnâ vi easdem contrahat; id unum tantum erit discrimen quod in vibranti pulsu celeriùs perficiatur arteriarum dilatatio quàm in simpliciter celeri aut vehementi, aut in eo qui ex utroque componitur.

Serratus 5º loco ad inequales singulares refertur pulsus serratus, in quo arteria diversis suis partibus digitum ferit, consimilemque ~~effectum~~ producit impressionem serrato ac inequali corpori quod successivè sub digitis moveretur; atque hic quidem pulsus est de quo summè ambigitur apud practicos. plerique enim illum inter res mere fictitias

nunquam observatas observandasve numerant, vel hoc solo nomine — *aliquib. negatur serrati pulsus existia*
quod se hunc non observasse fateantur, vix que intelligi queat modus
quo arteria pulsans digitum ferire possit eatenus ut inde perceptio
emergat serrati velut cujusdam corporis digitos impetentis. fuit hæc
et etiamnum est opinio gravissimorum summéque exercitatorum
practicorum quibus ipse praxim exercens aliquot annos assensus sum
donec tandem observare mihi raram illam pulsûs differentiam in
peripneumonico quodam contigerit, in quo pulsum verè serratum
circà undecimum morbi diem invitus, ut dicam quod res est, animo
deprehendi: grave enim mihi fuit enutritum ut sic loquar
præjudicium deponere, veritati tamen assentiendum fuit, dilucidoq;
sensuum testimonio fides adhibenda. porrò observavi arteriam — *datur pulsus serratus.*
in hunc modum, sive unus vel plures admoverentur digiti, pulsare
in variis sui partibus ac si serratum corpus intùs dimoveretur, quod — *per experiã*
fermè eòdem recidit, si globuli precarii successivè arteriæ cavitatem
decurrerent: quamobrem ut ut rara sit infrequens istiusmodi pulsûs
observatio, tametsi illum hac unâ vice deprehenderim, testor bonâ fide
hunc sese mihi percipiendum dedisse; ac proinde dari pulsum verè
serratum audacter affirmabo. superest ut videamus num ex motu
cordis aut ex sanguinis peculiari conditione tam mirabilis pulsus
deduci possit. probabile quidem non est cor utcumque contrahatur
inordinatè, id genus pulsum posse inducere: seu enim celeriter,
tardè, vehementer, debiliter vel unâ contractione sanguinem in
arterias trudat, seu geminato ictu seu quacumque aliâ inordinatâ
ratione vix intelliget quispiam posse tam singularem arteriarum
dilatationem producere; nec si supponantur arteriæ summoperè
tensæ aut inflammatæ, quæ mens fuit antiquorum ubi serrati — *Causæ pulsûs serrati.*
pulsûs causam rogabantur, deduci unquam poterit motus quo arteriæ
moveantur serræ instar; ac proinde si quæ futura est serrati pulsûs
causa, illa ex sanguine ipso depromenda erit. statuamus itaque
sanguinem secundum varias sui partes inæqualiter constitutum
ita ut secundum aliquas sit admodum flexilis, tenuis ac fermentationi
parum idoneus, secundum alias crassus, densus fermentationique

vehementiori suscipiendæ accommodatus, sintque prædictæ duæ inæqualis consistentiæ partes æqualiter invicem mixtæ, massulasque singulæ componant satis insignes, tenues nimirum partes cum tenuibus, crassæ cum crassis. certè quoniam dum truditur sanguis à corde in arterias partes seu massulæ ex quibus componitur sunt inæquales tàm penès consistentiam quàm penès fermentationem, sequitur illas inæqualiter quoque arteriam extrorsùm pellere debendum fluunt, ut quâ parte contingitur arteria à crassioribus et magis fermentantibus eorum partibus, ea magis dilatetur; quâ verò à fluxioribus, minùs; ac proinde quandoquidem inter unam et alteram massulam sanguinis crassioris intercedet altera tenuioris, non poterit quin uno loco magis, altero minus attollatur arteria. item cum sanguis ab unâ parte in aliam protrudatur, procedatque tempore unius contractionis pro ratione quantitatis sanguinis unâ contractione dimissi, sequitur massulas ejusdem crassiores dum fistulas arteriarum decurrunt, successivè partes quibus respondent extrudere ac dilatare, unde continget ut pars digitis subjecta nunc magis attollatur, dum subter ^tui^ massula crassior accedet; adeòque propter observatam inæqualem sub uno aut pluribus digitis arteriæ dilatationem excitabitur idea serrati cujusdam corporis digitorum pulpam successivè ferientis.

de citato impari pulsu non est quod dicam, quippe dum quem observare humanitùs non datur: tametsi enim fieri potest velim unâ continuâ nec ullatenùs interruptâ cordis contractione initium dilatationis arteriarum tardiùs procedat quam finis, ut è contra nihilominùs tamen non liceat practicis esse tàm accuratis tàm perspicacibus ut in unâ pulsatione discrimen illud advertant; quarè supersedebo libens indagationi causarum pulsûs istiusmodi, ut reliquas pergam pulsûs inæqualis differentias.

itaque pulsus inæqualis spectatus secundùm plures pulsationes multiplex est, intermittens nempe, miurus, tremulus atq; formicans.

intermittens intermittens quidem ille est in quo ^in^æquale est tempus interjectum inter varias arteriarum dilatationes, ut inter unam et alteram brave,

inter unam et alteram longum, et quod duarum vel trium pulsationum exercitio sufficiat; atque hic pulsus frequenter occurrit, causamque obtinet satis obviam; patet namque, si quidem intermittat pulsus seu dilatatio arteriarum aliquo tempore, et intermittere quoque cordis contractionem quâ anteà solebat sanguis in arterias ad earum dilatationem detrudi: cum autem cessare non possit cordis contractio nisi deficiat fluidum cordis motivum quo fibræ carneæ partis hujus inflantur, sequitur veram ac primariam pulsûs intermittentis causam esse fluidum cordis motivum ~~quo fibræ carneæ partis hujus inflantur~~, quod dum præsto est contractiones cordis producat et pulsationes arteriarum nonnullas, dum verò deficit, nullas; idque tandiu donec novum accesserit inchoandis denuò cordis contractionibus sufficiens.

quod spectat ad pulsum Miurum qui et proportionaliter decrescens appellari potest, ille hoc modo procedit ut pulsatio prior sit secundâ major, secunda verò tertiâ et sic proportionaliter decrescendo, hinc est quod ejusmodi pulsus propter suam similitudinem cum caudâ muris quæ proportionaliter decrescit secundùm latitudinem suam miurus græcis dicatur. est autem Miurus duplicis generis, alter quippe est miurus deficiens, alter Miurus reciprocus. miurus 2ex

Miurus deficiens ille est in quo pulsationes proportionaliter decrescunt donec ad perfectam quietem et asphixitiam seu quod idem est pulsûs cessationem deveniatur: hujus verò causa repeti non potest nisi ex æquali copiâ fluidi quod cordi ad motum suppeditatur: si enim primum copia consueta aut insignis satis cordi suppeditetur, mox verò minor ac deinceps minor proportionaliter decrescendo, non poterit quin contractio quæ prior erit secundâ, secunda verò 3a, tertia quartâ et sic deinceps majores sint, unde major dum prima fiet contractio sanguinis copia in arterias dimittetur, quàm dum secunda perficietur; major quoque dum secunda quàm dum tertia celebrabitur, et sic de reliquis, ac proinde quoniam ut dictum est arteriarum dilatatio à sanguine est, sequitur majorem illam fore ubi majorem illæ admittent sanguinis quantitatem; minorem verò ac minorem ubi minor suscipietur ejusdem copia; ac demum Miurus 1°. miurus deficiens causæ

demerget pulsus: quoniam verò dum pervenit Miurus pulsus ad summam exilitatem, penitùs cessat arteriarum pulsatio, sequitur et cessare quoque cordis contractionem, et vel omninò deficere fluidum cordis motivum aut presto non esse quod statim a summâ exilitate contractionis ultimò productæ denuò ac protinùs inchoet alia, ut laxari ad notabile aliquod tempus cordis fibras sine ullo contractionis limine omninò necesse sit.

2°
miurus reciproc.

Miurus autem reciprocus ille est in quo pulsus jam dicto modo proportionaliter decrescit, ita tamen ut non perveniat ad Asphixiam, sed postquam sensim imminutæ sunt arteriarum pulsationes, denuò ad pristinum incrementum decrementumve reducantur. quod attinet causam pulsûs hujusmodi, ita, ut patet, coincidit cum eâ

causa

quæ miurum deficientem producit, hoc solo discrimine quod in Miuro reciproco prestò sit semper fluidum cordis motivum quo foveri sper possit cordis motus et contractio, quomodo celebrari libet.

tremulus quid

Reliquæ duæ pulsûs inæqualis differentiæ parùm inter sese discrepant, tremulus enim pulsus idem et formicans esse potest:

coit cum formicanti

qui differat ab eodem.

~~sed postquam sensim imminutæ sunt~~ distingui tamen solent inter se propter paulò diversam sensationem quam in nobis pulsum explorantibus corporis speciem prebent: formicans verò propter ictuum debilitatem formicarum motum repræsentat. quidquid sit

causa

quoniam in pulsu tremulo inæqualiter, languidè ac creberrimè micat arteria, sequitur sanguinem quoque quo dilatatur, etiam inæqualiter languidè tamen ac crebrò moveri, ac immitti sanguinem in cavitatem ejusdem: cum autem ita inæqualiter dimitti sanguis non possit in arteriam nisi quatenùs fiunt modò perfectæ, modò imperfectæ cordis contractiones, ut crebrò ita et languidè admodum, sequitur hujusce pulsûs causam referendam esse in fluidum cordis motivum, quod vel non omnibus cordis fibris simul suppeditatur sed modò his modò illis, atque adeò manipulos tantùm fibrarum cordis contrahi dum aliæ laxæ sunt; vel si simul suppeditetur, — consistentiam habere adeò inæqualem ut non possit simul in omnes

exeri in singulis fibris quas ingressum est, sed modò has modò illas decurret, quo fit ut tremulus motus cordis exurgat, seu inequaliter, imperfecte languidè simul ac crebrò contrahatur; ac demum ut sanguis inordinatè et velut undulatim in fistulas arteriarum deferatur. hinc quoque est quòd tremulus undosi quedam species dicatur, sed multò minor.

quod spectat ad pulsum formicantem, ille ut jam dixi adeò tremulo similis est ut vix considerationem aliquam mereatur; quia tamen formicans et inequalis esse potest, hæc quoque causa formicantis pulsûs statui potest, debilitas videlicet summa fluidi cordis motivi, cujus tamen æqualis vis in perficiendâ cordis contractione, unde æquales arteriarum pulsationes, quæ tamen propter exiguitatem et debilitatem, formicationem veluti quandam palpanti digito representant: jam verò si spectentur pulsationes in omnibus pulsuum præter naturalium differentiis, alius pulsus erit ordinatus, alius inordinatus; et ordinatum quidem vocabimus illum cujus pulsationes omnes si penès Magnitudinem Celeritatem &c. ut inter illas alia magna, altera parva, hæc celer, hæc tarda. rursùm si spectemus inæqualitatis modum in pulsationibus, pulsus alter erit inequaliter inequalis, alter æqualiter inequalis.

formicans quid.

æqualiter inequalem appellabimus illum in quo pulsationes inæquales accuratè sibi respondent et ubique succedunt, ut si v.g. hos priores arteriarum pulsationes secundùm aliquid inequales sint, eosque posteriores subsequentes eandem inequalitatis normam servent, et sic de aliis: hujus autem inequalitatis uniformitas repeti non potest nisi ex æquabili atque uniformi distributione fluidi cordis motivi quoad contexturam suam inequalis, unde par et consimilis in pulsationum decursu emergit inequalitas. verùm inequaliter inequalem dicemus pulsum cujus pulsationes inequales inter se collatæ nunquam sibi respondent, ita ut nova ac nova pulsum observanti inequalitas semper observetur; atque is quidem pulsus toties continget quoties fluidum cordis Motivum inequale inequaliter quoque cordi suppeditatur: hinc enim fiet ut perpetuò in omnibus cordis contractionibus inequalitas producatur ac proinde et inequales singulæ ac plures inter se collatæ pulsationes

juxtà inæqualitatis tenorem observentur:

Nonnullas alias pulsuum differentias à rithmo seu proportione quam habent dilatatio contractioque arteriarum inter se, commenti sunt antiqui; quæ licet dentur verè, quia tamen humanam suprà conditionem est earumdem observatio, idcircò à Practicis negliguntur: Enimverò quæso vos quis adeò sit lynceus, tactûsque adeò exquisiti qui accuratè metiri proportionem quæ interest inter dilatationem unam arteriæ et ejusdem contractionem proximè sequentem; nemo certè: ut exquisitè magis quam ad usum practicum inductæ videntur differentiæ omnes quæ petuntur à rithmo. mallem ego rithmi seu proportionis quam spectandam censent antiqui inter varias pulsationes significationem traduere ad proportionem illam quæ spectari potest penès Magnitudinem, celeritatem, frequentiam plurium pulsationum inter se collatarum aut etiam penès tempus quod inter unam aut alteram pulsationem interjicitur; atque adeò sic consideret pulsus cum ordine eorum qui simpliciter spectantur penès magnitudinem, celeritatem, frequentiam &c pulsationum collaturam; unde ex hoc Eurithmus seu benè proportionatus pulsus ille erit, cujus pulsationes seu naturales sint seu præternaturales proportionem seu tenorem eundem inter se servant quoad magnitudinem, frequentiam, celeritatem et tempus interpositum inter singulas, ea quo pulsûs proportio dupliciter spectari poterit, vel respectivè ad individuum cujus ætas, sexus &c considerantur, vel respectivè ad quamdam æqualitatem quam respicimus dum pulsum exploramus: et si quidem respectivè ad individuum pulsum spectemus à rithmo, quintuplex erit illius differentia; eurithmus nempe, in quo pulsationes æqualiter sese habebunt et quomodo variæ postulant ætates aut sexus; arithmon in quo pulsationes alio modo se habebunt ac sexus, ætas et temperamentum requirunt; cujus tres enim differentiæ, parithmus videlicet, cujus pulsationes ætati, sexui, temperamento non competunt, sed alterius proximæ ætatis atque temperamenti tenorem servant; ac si pulsus infantis viri atque

vehementiam pulsûs juvenum obtineat; heterorithmus, cujus pulsationes ætati ac temperamento non modo competunt, sed et tenorem pulsûs remotioris ætatis ac temperamenti æmulantur, ut si pulsus infantis ad senilem accedat. Erithmus demum cujus pulsationes nec ætati nec sexui nec temperamento competunt ullo modo, nec tenorem servant ullius ætatis ac temperamenti; quæ omnia ex mox dicendis clarius innotescent. quod si in explorando pulsu attendamus ad æqualitatem quandam pulsationum quam corpus naturaliter postulat à rithmo seu proportione quam obtinent inter se pulsationes, duplex omninò erit pulsus, Eurithmus et Arithmus, seu æqualis vel proportionatus, et inæqualis vel improportionatus. Eurithmum dicemus cujus pulsationes omnes penès magnitudinem, celeritatem, frequentiam seu ac tempus interjectum æquales sunt. Arithmum verò illum cujus pulsationes omnes ~~præt~~ penès Magnitudinem, celeritatem, frequentiam, tempus interjectum seu simul inæquales sunt, vel penès aliquam tantùm ex affectionibus enumeratis. verùm ut jam dixi differentiæ omnes hujusmodi quæ petuntur à rithmo, præterquàm quod obscuritatem quandam terminorum præ se ferunt, supervacaneæ sunt, illæque omnes ad superiùs memoratas æqualis et inæqualis, ordinati et inordinati pulsûs differentias commoditer referri possunt: ac proinde author sim accedentibus ad praxim ut abstineant à nomenclaturis ejusmodi pulsuum Eurithmi, Parithmi, anarithmi etc. ne quâ in re circulatorum morem imitari videantur, quibus nihil magis cordi est quam ut projiciant ampulla et sesquipedalia verba. multò melius ~~ac~~ aliorum puri sunt, si græcis istis vocibus latinas illas nomenclaturas substituant, Eurithmo videlicet æqualem et ordinatum, Arithmo verò inæqualem et inordinatum.

Vulgares hæ sunt pulsuum præternaturalium differentiæ quæque vulgarem merentur observationem ad vitiosos varios corporis status dignoscendos. hic tamen summa non secùs ac in plerisque aliis occurrit difficultas: cum enim non una sit pulsûs conditio in singulis etiam benè habentibus, imò et numerata ferme

omnes pulsuum præternaturalium differentiæ non modò in variis sed et in uno eodemque homine alioquin sano reperiri possunt. prout ejusdem humores ætatis decursu varias subeunt mutationes et modò his modò illis exagitatur animi motibus, parcè aut splendidè vivit, æstate aut hyeme, fieri aliter non potest quin dubium valdè incertum fallaxque sit judicium quod ex pulsûs naturâ et ratione desumitur, nisi priùs quis qualisve sit uniuscujusque pulsus naturalis apprimè cognoscatur, quod quàm sit difficile judicandum reliquero. statuenda ergo nobis est norma quædam pulsuum naturalium in singulis temperamentis atque ætatibus ad quam exigi possint præternaturales pulsuum differentiæ, et ex cujus intuitu metiri liceat nobis quantum præternaturalis quilibet pulsus à pulsu naturali recedat: neminem fugit arduum hoc opus esse, præsertim in tantâ ~~pulsuum~~ temperamentorum quæ consimilia reputantur discrepantiâ: at laborandum pro virili et si Polycleti regulam haud nanciscamur, eam saltem nobis paremus cujus usus minùs noxius sit, neque minus in errorem inducat. quamobrem inquirendum sedulò quis qualisve sit ut plurimùm pulsus in temperato quolibet, ætatibusque singularibus.

et 1º quidem observamus eos omnes qui calido ut vocant nati sunt temperamento, quorum humores vegetè fermentescunt, pulsum obtinere magnum, celerem ac frequentem. ratum illud fixumque est durum ex necessitate caussarum naturalium, ut rarò evenire res aliter possit: Enimverò cum (ex 6º postulato) fluidum cordis motivum ~~naturales~~ natales suos sanguini acceptos ferat, sequitur pro variis sanguinis statibus varium quoque fore statum fluidi cordis motivi, principiata enim ut vulgò dicitur redolent naturam principiorum: unde cum in temperamento calido valida supponatur sanguinis fermentatio, vegetus motus, summa particularum quarumlibet attritio, planum est fluido quæcumque immittit sanguis hoc modo constitutus juxtà propriam cujuslibet conditionem et copiâ multò majori et mobiliora et

et tenuiora immittenda esse quàm in quacumque aliâ sanguinis dispositione: ac proinde quoniam eatenùs fluidum cordis motivum uberiori copiâ mobiliùs in calido temperamento cordis subiturum est fibras, magnam celeremque cordis contractionem producet: ut verò tenue est facileque absolutâ contractione fibras quibus concludebatur præterfluet ac dimittet, locumque dabit novo advenanti contractionem novam molienti, contractionis cordis frequentia promovebit, ac demum pulsus in arteriis magnus celer et frequens observandum se dabit.

2°. videmus eos omnes qui temperamentum frigidum nacti sunt seu quorum humores languidè fermentescunt, pulsum obtinere parvum, tardum ac rarum, nimirum cum ex massâ sanguineâ languidè fermentescente non possint principia ex quibus componitur sufficienter exagitari et conquassari, sequitur fluida quæcumque derivantur à sanguine multò minori copiâ eaque ad motum multò inertiora ab eâdem fore secernenda, unde cum fluidum cordis motivum eatenùs et minori copiâ suppeditetur fibris cordis et minorem habeat ad motum aptitudinem, ac demum crassitiem obtineat plus æquo majorem, fiet ut ratione copiæ dicti fluidi justò minoris parva cordis contractio producatur; ratione verò ignavi ejusdem motûs fluidi, tarda. ac demùm cum non nisi difficulter idem ipsum fluidum absolutâ contractione propter crassitiem nimiam possit excludi, corque diutiùs hæreat in otiosâ laxitate, antequàm novum accedat fluidum quod novam moliatur contractionem, fiet ut inter unam et alteram cordis contractionem plus temporis intercedat, unde raræ erunt cordis contractiones, ac proinde in frigido temperamento constanter observabitur pulsus arteriarum parvus tardus ac rarus.

3°. nec minùs obvium est sicco temperamento donatos seu illos quorum sanguis cum vegetâ fermentatione paucas obtineat partes aquosas, pulsum obtinere vehementem durum ac rarum, quod sanguinis innatæ huic dispositioni satis convenit: et verò cum sanguinis massa vividè fermentescens destituta tamen phlegmate quo principia diluantur, non possit utcumque

moveatur summam parere divisionem molecularum ex quibus coalescunt fluida quæque recrementitia quæ dimittit è gremio suo, idque propter defectum partium aquearum quibus omnis penè salinarum partium hæc solutio divisioque tribuenda est; sequitur quæcumque suppeditabit sanguis fluida, utcumque vegetum motum obtineant, crassiora tamen fore consistentiâque justò densiori: unde cum eatenus fluidum cordis motivum majori motu cieatur, ~~propter~~ producet validam ac vehementem cordis contractionem; quia verò consistentiæ paulò crassioris est ac proinde difficultèr è fibris cordis expellitur ut alteri de novo advenienti locum cedat, fiet ut diutiùs moretur cor in suâ dilatatione, ac proinde longius intercedat spatium inter singulas contractiones, quod raro contrari est; unde tandem vehementia; raritas ac durities pulsus arteriarum sequitur: neque verò adesse poterit durities in pulsu eorum qui siccum temperamentum nacti sunt: cum enim arteriæ eorum flexilos sint difficiliùsque obsequantur sanguini violentiâ intruso qui alioquin magnâ vi pellitur a corde, nec ratione consistentiæ justo majoris, statim ab extremis arteriarum capillaribus in venas traducitur, sequitur illas ad tactum duriores percipiendas esse dum pulsant, quâ in reliquis temperamentorum speciebus.

4°. Constat illos qui humido temperamento donati sunt, seu quorum sanguis nimiâ phlegmatis copiâ onustus est, ideòque languidiùs fermentescit, pulsum obtinere languidum, parvum ac mollem nec immeritò; cum enim fluida quæcumque fundit sanguis hoc modo constitutus languido motu cieantur, nimiâque phlegmatis copiâ demerguntur, sequitur eorum actionem multò debiliorem esse quam in nonnullis aliis sanguinis dispositionibus; ac proinde quoniam eatenus fluidum cordis motivum languidum obtinet motum quo subeat cordis fibras ingressumque validè contrahat, non poterit quin languidam simul & parvam cordis contractionem producat unde languidus in arteriis pulsus observabitur: quia verò dum languida parvaque est contractio cordis, justò minor impetu sanguinis

copia in fistulas arteriarum, ac proinde illa non possunt distendi sanguine quantum licet per summam arteriarum flexibilitatem et extensibilitatem, sequitur rursum in iis qui humidum temperamentum sortiti sunt, pulsum quoque languidum simul ac mollem fore.

quaeres quid sentiendum sit de pulsu temperamentorum ut vulgò dicitur compositorum.

Respondeo compositorum temperamentorum pulsus coïncidere cum pulsibus temperamentorum simplicium, quomodo diximus in Phisiologiis simplicia et composita temperamenta vulgata coïncidere inter se ut nusquam separari possint; atque adeò idem pulsus futurus erit temperamenti calidi et humidi, qui temperamenti simpliciter sicci; idem pulsus frigidi et sicci qui temperamenti simpliciter frigidi. idem denique pulsus temperamenti frigidi et humidi, qui temperamenti simplr humidi.

Praeter observationem temperamentorum rectam pulsuum praeternatalium explorationem, aliqua etiam ratio est habenda aetatis et sexûs. expedit nosse alium puerorum pulsum, alium juvenum alium senum; nimirum quoniam in pueris fermentatio sanguinis satis vegeta principiaque ejusdem satis diluta laxèque inter se coherentia, fluidum motivum et mobile satis tenue ac difflabile cordis fibris suppeditari consequens erit, unde fiet satis valida cordis contractio ac proinde vehemens, satis magna arteriarum dilatatio in pueris: quia verò fluxile admodùm ac difflabile est fluidum cordis motivum, adeòque et absolutâ contractione facilè eliminatur è loculis fibrarum cordis, novo et adveniendi locum praebeat, sequitur crebram in pueris fore cordis contractionem, crebramque in arteriis dilatationem, unde puerorum pulsus moderatè vehemens, magnus et creber secundùm naturam futurus est.

jam quoniam in juvenibus principia sanguinis strictius inter se juncta sunt; validiusque inter se fermentescunt, sequitur fluidum motivum inde prolicitum ad cordis motum vegementiori motu donandum esse; atque adeò et robustam et magnam cordis

cordis contractionem producendam esse; unde juvenum pulsus fiet magnus et vehemens: quia verò fluidum cordis motivum paulò crassius est in juvenibus quàm in pueris, adeòque et difficiliùs excluditur è cordis fibris ut novo advenienti aditum paret; fiet ut inter unam et alteram contractionem longius intercedat spatium in juvene quàm in puero, atque adeò juvenum quidem pulsus erit vehementior Majorque quam pulsus puerorum, minorem tamen obtinebit frequentiam.

Porrò quoniam effoeta est senum massa diutinâque quam toto vitæ decursu passa est fermentatione spirituosis partibus exhausta, sequitur effoetum et languido motu fore in his fluidum cordis motivum, hinc fiet ut languidè cordis systole perficiatur, adeoq; pulsus arteriarum languidus sit ac debilis; quia verò non languidum modo suppeditatur fluidum cordi senum sed etiam copiâ solito minori, fietque contractio cordis solito minor, adeòque et propter minorem immissam sanguinis copiam in fistulas arteriarum, minorem illæ patientur dilatationem, unde pulsus in senibus languidus ac parvus. demùm quia propter inertiam ad motum, fluidum cordis motivum tardiùs excludetur, ex ejusdem fibris multò major interponetur mora inter singulas cordis contractiones, unde pulsum senum languidus parvus ac rarus erit.

Neque temnenda ratio tempestatum ad legitimam pulsuum explorationem, quippe certum est pulsum naturalem pro variis anni temporibus varias quoque subire mutationes. Enimverò pulsus vernâ tempestate vehementior est, major frequentiorq; quàm hieme, æstate verò debilior, celerior ac frequentior quàm vere, autumno autem propter tempestatis instabilitatem et vicissitudinem varius non esse non potest, ut modò languidum, modò vehementem, modò magnum, modò parvum, modò frequentem modò rarum esse oporteat. hyeme demùm pulsus est rarus ac parvus: quod autem pulsus naturaliter se habens in omnibus ac singulis obnoxius sit tam diversis mutationibus, quod

repugnat praescriptis naturae legibus : cum enim vero penè obruta hiemis decursu sanguinis fermentatio ob causas alió loco exponendas renovetur, sequitur fluidum cordis movivum et uberiùs et mobiliùs fibris ejusdem suppeditari, unde jam dictis modis pulsus vehemens ac frequentior excitabitur vere quam hiemali tempestate : cum autem aestate summam aucta fermentatione fumorum principia nimis attenuantur et partes spirituosae avolent, sequitur fluidum à sanguine cordi suppeditandum ut ut mobile admodum sit, propter summam tamen partium tenuitatem, ratione cujus facilè dissipatur vixque coërceri potest in loculis fibrarum cordis, fiet ut celer quidem sed languidus ac frequens pulsus existat aestatis tempore. deinde quoniam varia est automni tempestas penès calorem aut frigus, atque adeò varia est sanguinis fermentatio nunc major vel minor, ut pro variis temporibus fluidum energiae majori suppeditetur modò minori, unde Pulsus modò magnus modò parvus et sic de reliquis pulsuum differentiis quae penès varias sanguinis mutationes automno fieri solitas aestimandae erunt, cum denique hyberno tempore obtundatur valdè sanguinis motus fermentativus adeòque et fluidum motivum cordi suppetat parciùs et motus languidioris fiet ut hac tempestate pulsus languidior, minor ac rarior sit quàm in reliquis anni temporibus.

CONFERET illud quoque ad penitiorem explorationem pulsûs, si quis habuerit rationem temporis quo fit ejusmodi observatio : alio namque modo se habet pulsus in vigilantibus alio modo in dormientibus, alio in opiparè pastis, alió in jejunantibus, alio in pacatis et tranquillis, alio in exagitatis animi pathemate, alio demum in viris alió in foeminis ; enimverò in dormientibus quoniam spiritus minori copiâ fluunt in partes, adeòque et minùs fovetur motus sanguinis fermentativus, minor fluidi copia cordi suppeditetur ad motum, idemque languidiùs iners ad motum omninò necesse est ; unde in dormientibus

pulsus erit languidus parvus ac rarus; in vigilantibus contrà quoniam uberiori copiâ fluunt spiritus in partes, adeòque et sanguinis fermentatio major, majorque inde fluidi copia cordi suppeditatur ad motum quoque validiori motu cieatur, pulsus vehemens magnus ac frequentior erit quàm in dormientibus. deinde quoniam à pastu propter novum chyli proventum novasque fermentaceas admixtas partes ulteriorem sanguis concipit motum, fluidum et mobilius et majori copiâ suppeditabitur cordi, ac proinde pulsus major ac vehementior producatur. contrà verò quoniam in non dum pastis et jejuno stomacho sanguinis principia fermentativa diutinâ luctâ attrita sunt, fiet ut fluidum suppeditetur quidem cordi mobile ad motum, debilius tamen quàm ut diu possit in loculis fibrarum cordis morari, unde pulsus in jejunantibus parvus et creber erit, et ante pastum parvus erit et crebrior quàm luculenter pastis. advertendum obiter per pastum intelligi quæcumque ingeruntur seu solida seu liquida sint ut vina spirituosa quæ sanguinis motum adaugere solent. 3° quoniam sanguis eorum quorum pacatus est animus placidè fermentescit pro ratione temperamenti adeòque suggeret cordi fluidum temperamento proportionato, pulsum quoque producet temperamento congruentem, in calido quidem robustum ac magnum, in frigido languidum et parvum et sic de aliis: contrà verò quoniam sanguis eorum qui gravi aliquo animi pathemate corripiuntur, notabilem subit mutationem, producet pulsum varium pro varietate motuum animi, in tristitiâ quidem quia sanguinis obtunditur fermentatio parvum ac rarum non secùs ac in metu; in gaudio verò iràque magnum vehementem et crebrum, sic tamen ut in irâ hæc omnia majora sint, et sic dicendum de aliis animi motibus quorum singulorum pulsus facilè innotescent attendenti ad ea quæ geruntur in nobis in animi pathematis. denium quoniam virorum sanguis fœminarum sanguine crassior

est motuque fermentativo longè vehementiori ciatur, sequitur fluidum cordis motivum inde proliciturn paulò crassius energiæ motusque longè majoris futurum. unde majorem vehementioremq. contractionem cor in viris editurum est, proindeque eorum pulsus vehemens erit ac Magnus: quoniam verò foeminarum sanguis multò fluidior est, proindeque nec tam vehementem patitur fermentationem, sequitur fluidum motivum fluidissimũ quidem minoris tamen energiæ cordi suppeditandum, unde cordis contractio in foeminis languidior, minor, imò et propter fluidi motivi summam tenuitatem quâ facilè subit cordis fibras, facilè ab iis excluditur, crebrior erit, adeòque pulsus arteriarũ in foeminis languidus, parvus ac frequens institutâ videlicet comparatione ad pulsum virorum.

Illa singula si quis diligenter adverterit, haud dubium quin accedens ad ægros preternaturales pulsuum differentias possit observare, præsertim si eorum hominum qui sano quadrato et temperato corpore præditi videntur explorandis pulsibus se exercuerit, et qualem illi in vehementiâ, frequentiâ, Magnitudine pulsum obtineant diligenter expenderit, ut posteà ad hanc velut aliorum normam examinet, et quantum ab eo deflectant investiget: verùm insuper et alia quoque medico ad accuratam pulsûs præternaturalis indaginem necessaria videntur. Enimverò 1° requiritur tactus exquisitus et mollis digitorum pulpa unde medicis consultum videtur si abstineant à contactu duriorum corporum, chirotecis utantur, ut nativam digitorum pulpæ mollitiem quam possunt accuratissimè conservent.

2° cavendum Medico ne mox ingressus ad ægrum pulsum exploret idque ne sollicitudo ægri dubitantis quomodo illi habere videatur pulsum immutet, atque ita medicus in pulsu dijudicando decipiatur, sed primò residendum est hilari vultu, percunctarique oportet, quemadmodum se habeat, et si quis metus est comprobabit sermone lenire, exinde manus carpis admovenda.

3° exploret medicus arteriam in loco patenti hoc est in carpo non

non alterutrius tantum brachij sed et utriusque: non raro enim seu propter decubitum ad latus quo fit ut arteria comprimatur, seu propter situm arteriæ quæ magis in uno carpo demersa est quam in alio, aut longe aliam distributionem sortita est; accidit ut in uno carpo languidè debiliter ac inordinatè pulset arteria, cum tamen in alio æqualiter ac vehementer dilatetur; quod si ut in obesis plerisque non poterit observari pulsus in carpis, explorandus est pulsus in jugulo ad latus tracheæ arteriæ quo loco incumbunt Carotides vergentes ad cerebrum. cæterum non comprimendo fortiter sed suspensâ velut manu attingenda arteria, ne quid nimia compressio liberæ ejus dilatationi officiat. quam ob rem per gradus exploratio pulsûs tentari debet, ut primum fortiter digiti comprimant. sensim remittendo de compressione, donec liber satis dilatationis locus arteriæ præbeatur.

4°. videndum ut (quod anteà animadversum est,) æger quo tempore Medicus carpum apprehendit sit liber ab omni perturbatione manusque libera motu voluntario manum quoque suis viribus non attollat, ne tremat obscuramque pulsûs observationem efficiat. interest etiam an manus sit supina an prona, in utraque enim hoc situ seu propter nimiam arteriarum distensionem ut in supinâ manu continget, seu propter nimiam earum retractionem ut in statu prono aliquam mutationem subire poterit pulsus, unde medius situs Manûs et Carpi præferendus, ut neque pronus sit neque supinus.

Reliquum est ut varias respirationis læsiones persequamur, quippe respiratio tametsi ad motus et functiones animales referri potest quatenùs dependet à musculorum Contractione, ad vitales tamen functiones revocari consuevit, quæ videlicet in primis cordis famuletur motui, quæ primaria est vitalis functio. Enimvero nisi alternis vicibus ducatur intra pulmones aer, alternisque vicibus è pulmonum vesiculis expellatur, nisi introductus aer nonnullas sui partes conferat sanguini ad

fermentationem ejus stimulandam atque tuendam, nisi noxia pleraque effluvia à pulmonum ambitu secum auferat aër dum expiratur, certa impendet cordi ruina, certò deficit ejusdem motus, certò corruunt functiones omnes ac demum sufflaminatur vita: quare haud immeritò respirationis motus inter vitales functiones hactenus recensitus est: itaque hæc vitalis functio non secus ac reliquæ pluribus obnoxia est læsionibus; siquidem primum abolitur ~~atque~~ hæc læsio ~~gravis obnoxia~~ seu respirationis defectus et abolitio nuncupari solet. abolerur autem respiratio quoties deficiunt spiritus qui musculos respirationi dicatos cogant ad contractionem aut quoties deficit copula à sanguine musculis suppeditanda ad motus exercitium: abolerur quoque dum musculi seu expirationis seu inspirationis in perpetuâ manent contractione, ita enim fit ut alternis vicibus trahi extrudique non possit aer, et prioris quidem causæ exemplum habemus in syncope in quâ deficiente cordis motu deficiunt quoque spiritus; posterioris verò in historicâ passione in quâ convulso diaphragmate manent foeminæ absque ullo respirationis indicio ad duos tresve dies aliquando.

deinde depravatur respiratio multipliciter, nimirum 1° dum naturali major fit, quod duplici modo intelligi potest; uno si intelligamus majorem fieri simpliciter contractionem musculorum inspirationis, quin tamen inde sequatur major aëris in pulmones adductio, ut contingit in his quorum infarcti sunt pulmones, nec fistula trachealis libera est: altero modo si cogitemus magnam fieri contractionem musculorum inspirationis, magnam quoque thoracis dilatationem, simulque introducatur solito major aeris copia intrà vesiculas pulmonares quod inebriantibus et præcipiti motu incalescentibus contingit: quocumque autem modo augeatur inspirationis motus, eadem semper occurrit causa aucta contractionis in musculis inspirationis, vividus nempe refluxus spirituum à pulmonibus per nervos pneumonicos: cum enim nervi qui prospiciunt musculos inspirationis

vicinam obtinuerunt originem principio nervorum qui pulmonibus distribuuntur, fit ut qui spiritus refluunt à pulmonibus gravatis divulsis aut vellicatis quomodò cumque deflectant deriventurque in nervos inspirationi dicatos, atque adeò majorem fluidi spirituosi copiam quam pro more admittant: cum autem major spirituum copia fluere non possit per nervos inspirationis, quin sequatur protinùs major musculorum inspiratoriorum iis appensorum contractio, sequitur quoties infarcientur alicubi pulmones aut distendentur nimiâ sanguinis copiâ, ejusdemque rarefactionem protinus motum majorem excitandum esse in musculis respirationis.
depravatur 2°. respiratio dum imminuitur motus Musculorum respirationis: illud autem continget quoties non suppetent spiritus animales debitâ copiâ ut fit in iis qui animo linquuntur in quibus cor languidè omninò movetur, vel in his in quibus sanguis propter pregressos morbos spirituosis partibus exhaustus est, aut etiam in his quorum spiritus quamcumque ob causam nimiam tenuitatem adepti sunt, ut nimiâ phlegmatis copiâ immersi; his namque omnibus modis fit ut debilem atque parvam musculorum respirationis contractionem efficere possint.
depravatur 3° respiratio quoties crebrior est quam in statu naturali: frequentiam autem respirationis inducet tenuitas spirituum quâ fit ut celeriter contractionis motum absolvant, et propter summam agilitatem absolutâ unâ contractione aliam rursùs propter acceleratum motum instituant. Conferet quoque ad respirationis frequentiam quidquid divellet vellicabit aut gravabit pulmones, idque propter continuum refluxum spirituum per nervos pneumonicos, cujus ratione modo jam superius explicato continuum motûs incrementum accipiunt spiritus proximè fluxuri in nervos musculorum respirationis. Coeterùm depravatio isthec seu frequentia respirationis nimia quae supponit quoddam impedimentum pulmonum quo liber ingressus aëri reponitur generali nomine dispnoea vocabitur in specie verò si nulla febris asthma, vel ortopnoea ubi ~~[illegible]~~

creberrima est respiratio et gravissimum pulmonum impedimentum. depravatur 4°. respiratio dum rarior quam par est evadit, idque variæ causæ solent producere, in primis verò spirituum defectus quo fit ut tardiùs sufficienti copiâ colligantur in nervis musculorum respirationis et proinde unam inter et alteram inspirationem longius spatium intercedat; 2°. spirituum lentor atque viscíditas, quæ causa sunt cur tardiori motu ferantur in nervos ac proinde moram longiorem requirunt ut eâ colligantur copiâ quæ requiritur ad contractionem musculorum producendam. 3° gravitatem respirationis accersere solet defectus stimuli atque vellicationis pulmonum, in his præsertim quorum sanguis lentè fermentescit, ut sunt qui pituitosum et Melancolicum habent temperamentum: cum enim his sanguis dum humores percurrit nulla ejusdem fiat rarefactio tanta, ut possit vesicularum pulmonarium distensionem aliquam promovere, adeòque et refluxum quendam spirituum per nervos pneumonicos inducere, sequitur fluidum spirituosum quod in nervos inspirationis fluxurum est non posse ullum motûs incrementum suscipere quò celerius ac promtiùs fluat, sed solo communi spirituum motu et necessitate mecanicâ fluere in Musculos respirationi dicatos: cum autem motus ille nativus ~~spirituum~~ naturaliter tardus sit nisi ab aliquâ causâ quadantenus ~~acceleretur~~, futurum ut quoties nullus fiat spirituum refluxus à pulmonibus, raræ sint musculorum respirationis contractiones; è contrà sanguis quoties vegetâ fermentatione +++ rarescit et ~~fermentationis~~ expansionis motu vesiculas pulmonares distendit, nervosque eò pertingentes concutit, continuum spirituum refluxum per nervos pneumonicos promovebit, quo non mediocriter accelerabitur motus fluidi spirituosi quod in nervos musculorum respirationis proximè ~~fluxurum~~ fluxurum erat. la parentese suivante se doit mettre après a +++

+++ (ciebitur, ut in temperamento sanguineo et bilioso donatis, quoniam ille dum per pulmones trajicitur impensè rarescit.)

depravatur 5° ac demum respiratio quoties præter animæ voluntatem et consuetum tenorem inspiratio vel expiratio ita exercebuntur ut alternus inspirationis et expirationis ordo lædatur,

ut accidit in singultu et tussi molestâ: quippe in singultu læditur expiratio, quæ videlicet nondùm absoluta interrumpitur ab inspiratione de novo adveniente, atque illud quidem propter admixtam copulam heterogeneam spiritibus qui diaphragmatis fibras fluere rursùm incipiunt tempore expirationis, facit namq; prædicta copula ad fermentandum valdè disposita ut subitò ac de=repente etiam nondùm finitâ expiratione cogatur diaphragma ad subitam validamque contractionem, quæ cum vitiari non possit, idcircò ad motus convulsivos revocari solet. in tussi verò notabiliter læditur expiratio: ††† vide infra non uno tenore sed partitis et crebris vicibus facta, et quæ mentis nutu vix prohiberi possit: fit autem quoties acriter vellicatur interior membrana fistulæ pulmonaris ab humoribus aut potius salibus acribus corrodentibus aut simpliciter pungentibus: ita enim fit ut vehemens illinc spirituum refluxus producatur ad cerebrum: quia verò nervi tracheæ interiori prospicientes secundùm originem suam vicini sunt nervis qui prospectant musculis expirationis quo modo pneumonici origine vicini sunt in singulis nervis qui musculis inspirationis prospiciunt, sequitur spiritus per subsultus à fistulâ pulmonari refluentes per subsultum quoque per viás nec uno tenore in viam commodiorem hoc est nervos Expirationis derivandos esse; ac proinde iteratas crebrasque ac vehementes musculorum expirationis contractiones producendas esse. huc pertinet vitium respirationis quod sternutationem appellamus; in hac siquidem licet magna fiat inspiratio item et Expiratio, subest tamen vitium eatenùs quia præter voluntatem et cum summâ ^ vehementiâ inspirandi et expirandi motus perficiuntur. videndum igitur quæ causa tantam inducat in respiratione vehementiam et ineluctabilem sternutandi necessitatem. equidem primaria hujus symptomatis causa non nemini nota est: norunt quippe omnes levem tunicæ narium interioris titillationem sternutamentum accersere: quid autem titillatio isthæc conferat ad augendum motum musculorum respirationis

†††(tussis enim nihil aliud quàm repetita frequenter ac vehementer expiratio, seu

pauci omninò videntur intellexisse: neque enim existimandum cum veteribus et recentioribus ferè omnibus irritationem illam quæ in naribus fit propter membranarum continuitatem inducere veluti convulsivum quendam motum in durâ matre cerebrum investiente, motumque illum contractionis duræ Meningis parem esse qui vehementem illam respirationem possit accersere: Etenim præterquam quòd duræ matris contextura non patitur convulsivos hosce motus quos in musculis observamus, ut pote quæ tota non ex carneis sed tendinosis fibris contexta est, quas quidem novimus contractionis omnis et corrugationis incapaces: accedit quod licet forte convelleretur dura mater vel levi narium tactâ irritatione, vix tamen ratio percipi potest cur contractâ et corrugatâ durâ Meninge respirationis motibus mutatio quædam inducenda foret: si enim dixerit quispiam duram matrem ut totum ambit cerebrum dum corrugatur et constringitur, totam quidem ejus molem comprimere, eatenùsque uberiorem spirituum copiam exprimere in nervos respirationi dicatos; quæram protinùs unde fit quod non simul fluant spiritus ita expressi in nervos tum inspirationi tum expirationi dicatos; quod si ita fiat quorsum sternutatio inchoari possit ab inspiratione et vehementi expiratione absolvi. deinde verò si sternutamentum opus est convulsivi motûs duræ matris cerebrum undique comprimentis, quidni convulsivi motûs in singulis corporis musculis excitantur, qui nimirùm singuli uberiorem admittere debeant spirituum copiam ob æqualem quam toto sui ambitu patitur cerebrum compressionem quâ ex æquo et pari vi spiritus in appensos nervos trudi oportet. porrò quoniam variis experimentis quæ hic afferre nihil opus est, patet nervos respirationis à cerebello suam trahere originem, utcumque convellatur dura Mater quæ cerebrum tegit, nullam tamen inde cerebellum patietur compressionem propter summam quam dura mater obtinet cohesionem cum hac parte quâ cerebrum obvallat, præpedit namque stricta hæc duræ matris cohærentia eò loci contractionem si quæ fieri posset, ac proinde cum cerebellum ab omni compressione

immune sit, atque adeò non possint ex eo spiritus dicto modo subi majori copiâ versùs respirationis nervos, sequitur sternutaõnem nullâ ratione deduci posse ex convulsivo motu duræ Meningis quod antiquis visum est: quid ergo sentiendum sit de sternutaõnis mechanicâ, præferendam putaverim assumtam hippothesim de partium consensu in hujus simptomatis explicatione.

dixerim itaque Nervos quintæ conjugationis qui distribuuntur naribus secundùm originem suam vicinos esse principiis nervorum inspirationis, unde si contingat nervum quinti paris in naribus titillari, atque adeò spirituum refluxum produci versùs cerebrum, quoniam refluentes spiritus liberius nullum aliud iter inveniunt per quod in suscepto motu pergant quam vicina ostia nervorum ad musculos respirationis pertingentium, eadem protinùs subitum contentisque et fluxuris spiritibus novum stimulum, novum addent motûs incrementum, ac proinde magna vehemensque statim contractio in singulis inspirationis musculis excitabitur: quia verò vehemens maximaque inspiratio abdominis musculos expirationi dicatos paulò ultrà tonum extrudit, redeuntque illi ad pristinam contractionem tam elatere suscepto quàm vi fluidi spirituosi fibras eorumdem contrahentis, magnam inspiraõnem non sequi non potuit magna vehemensque expiratio non sine stertore quodam ac sibilo propter varias collisiones quas patitur aër dum conatu magno per palatum ac nares Eliminatur.

Caput quartum de læsionibus functionum naturalium.

functiones naturales quæ nutritionis et generationis nomine veniunt non secùs ac reliquæ pluribus obnoxiæ sunt læsionibus; in primis verò nutritio ut pote quæ ad sui exercitium Multiplices requirit operationes. prius enim quam nutrimentum singulis partibus apponatur, quam plurimis opus est, primùm quidem ut appetantur cibus et potus, 2º ut appetita deglutiantur, 3º

3° ut ingesta digerantur, 4° ut digesta sanguini affundantur et affusa succi nutritii formam acquirant, ac demum nutriendis partibus applicentur: totidem ergo functionum naturalium erunt læsiones quot sunt operationes quæ prærequiruntur appositioni succi nutritii partibus nutriendis: quoniam vero operationes singulæ quæ ad nutritionem concurrunt diversæ sunt diversaq; postulant instrumenta, variæ similiter erunt cujuslibet læsiones quas ordine prosequemur.

Ac primò quidem ciborum appetitus qui fames dicitur vel abolebitur ut in anorexiâ et apepsiâ, ubi nempe nulla est fames, nullum alimentorum desiderium: inappetentia vel [illegible]

Ac 1° quidem læditur sitis seu appetitus liquidorum 1° quoties redundat salivalis humor humor in faucibus, isque aquosus est vel acido quodam prægnans; quippe ubi aquoso humore alluuntur fauces, diluitur sal acre-salsum quod stimuli vices gerit ad fluidorum appetentiam seu sitim provocandam: si verò fluidum salivale acidis refertum est, attemperatur iisdem æstus et acrimonia salina quæ faucium inducit vellicationem, nulla sitis sensatio produci poterit; deinde si summa sit spirituum spirituum animalium perturbatio in cerebro, adeòque et delirium grave; quoniam eatenùs apta non est anima attendere ad vellicationem illam quæ nonnunquam satis acutè fit in faucibus, nullo modo ad liquidorum appetentiam movebitur. porrò si penitùs aridæ sint fauces, ita ut sal salsum incuneari non possit intra faucium fibras, easdemque divellere, auferetur quoque potulentorum appetitus. minuitur autem sitis ab iisdem causis sed mitioribus: seu enim humor salivalis plus æquo exuperabit, isque aquosus acido quodam sale gravidus fuerit, ut inde delirium quoddam excitetur, seu paulò sicciores sint fauces quam ut liberè vellicari possint à sale salso, non poterit ob dictas rationes imminui potulentorum appetitus. augebitur contrà potulentorum desiderium quoties saliva præter naturam salsior acriorve erit, conferente præsertim æstu pulmonum, quo magnam partem difflatur phlegma redundans

immune sit, atque adeò non possint ex eo spiritus dicto modo sudi majori copiâ versùs respirationis nervos, sequitur sternutationem nullâ ratione deduci posse ex convulsivo motu duræ Meningis quod antiquis visum est: quid ergo sentiendum sit de sternutationis mechanicâ, præferendam putaverim assumtam hippothesim de partium consensu in hujus simptomatis explicatione.

dixerim itaque Nervos quintæ conjugationis qui distribuuntur naribus secundùm originem suam vicinos esse principiis nervorum inspirationis, unde si contingat nervum quinti paris in naribus titillari, atque adeò spirituum refluxum produci versùs cerebrum,

in faucibus, saliaque altiùs adiguntur in fibris faucium, quam vellicationem sequitur appetitus liquidorum: Enimverò dum pectus æstuat, aer expiratus intensum calorem suscipit propter halitus salinos quibus in pulmonibus gravidatur, sequitur dum impingit ille in faucium parietes, ab iisdem fluxiles aquosas partes excludendas esse, fixioresque salino-acres aucto motu majori vi in fibras ferendas esse, unde gravior et contumacior vellicatio et stimulus ad sitim excitanda erunt. idem continget quoties salivalis humor vehiculi aquosi copiam obtinebit; sic enim fiet ut salinæ partes quas vehit multò crassiores sint, majoremque in faucibus inferant vellicationem, protinùs ab expirato aere motum suscipient. erroneè fiet sitis quoties inconsueta et a communi usu abhorrentia potulenta expetentur: quod totum referendum erit in salivæ vitium, quæ simul ac à consuetis liquidis diluitur, abominandum excitat saporem. hinc est quod transitus fiat ad alia quæ mitiùs agant in linguâ, aut certiùs utriusque sitim extinguunt; quod cum obtineatur à succis austeris aut acidis, oleo, aliisque id genus, non erit novum cur per errorem ad illa ferantur appetitus.

2°.

3° ut ingesta digerantur, 4° ut digesta sanguini affundantur et affusa succi nutritii formam acquirant, ac demum nutriendis partibus applicentur: totidem ergo functionum naturalium oriuntur læsiones quot sunt operationes quæ prærequiruntur appositioni succi nutritii partibus nutriendis: quoniam vero operationes singulæ quæ ad nutritionem concurrunt diversæ sunt diversaq postulant instrumenta, variæ similiter erunt cujuslibet læsiones quas ordine prosequemur.

Ac primò quidem ciborum appetitus qui fames dicitur vel abolebitur ut in anorexiâ et apepsiâ, ubi nempe nulla est fames, nullum alimentorum desiderium; appetentiaque vel depravabitur ut in ciborum inappetentiâ, aut fame imminutâ aut in picâ et malaciâ in quibus absurdorum appetitus est. quod attinet ad famis carentiam et privationem, illam inducent humoris salivalis et fermenti stomachalis defectus, viscidistas aut nimia in iisdem fluidi aquosi redundantia, ac demum paralisis nervorum organis famis prospicientium: Enimvero cum ubi deficit fermentum salivale et stomachale, aut ubi pars ejusdem salina vellicare stomachum et palatum apta, viscidis partibus obruta aut aquosis immersa, nulla fieri possit in stomacho aut palato vellicatio quâ stimuletur anima ad ciborum appetitum; cum enim ubi nervi paralisi laxati sunt, utcumque consentiant reliqua ex parte fluidi irritantis, non facta in organis famis vellicatio ad cerebrum usque transmitti non possit; sequitur in his omnibus autorendam famis sensationem ac proinde famem omninò abolendam esse.

QUOD attinet ad famis imminutionem, illam inferent eædem omninò causæ quæ abolendæ fami comparatæ sunt, si modo fuerint mitiores: quippe minor fermenti salivalis et stomachalis copia paulò major quam in statu naturali, ejusdem visciditas aut aquositas illud præstitura sunt, nempe ut multò minor in organis famis irritatio sentiatur, minor quoque spirituum refluxus faciet ut multò languidiùs impressiones factæ in organis prædictis famis ad cerebrum

traducantur, ac proinde non poterit quin fames notabiliter et præter naturam imminuatur: è contrà verò si singula hæc vitia tam fluidi salivalis et stomachalis quàm nervorum abfuerint imò verò fluidum salivale et stomachale majorem et præternaturalem energiam naniscantur, seu salinæ partes quibus omnis vellicatio quæ ad appetentiam ciborum stimulat plus justò evehantur, acuantur aut crassiores evadant illibatis ac tensis manentibus de more nervis, fames insigniter et præter naturam augenda erit, quomodo videmus in fame caninâ et boulimiâ in quibus est insatiabilis ciborum cupiditas.

jam si fermentum salivale quo partim stimulamur ad ciborum appetitum quamcumque ob causam vitietur, ita ut dum masticantur cibi consueti, emerget inde sapor injucundus et intolerandus, fiet ut sensim et sine sensu ingeratur fastidium consuetorum alimentorum, quæratque anxiè mens ea quæ molestam famis sensationem possint compescere, quod cum non valeant consueti cibi, quæcumque casu offerentur seu edulia sint sive non in usu revocanda erunt, prout instituta tentamina circà hanc vel illam rem quæ ori admovetur putà carbones, gipsum aliaque id genus absurda magis arriserint seu gratum aut injucundum saporem masticata excitaverint: unde quia ex omnibus quæ supposito dicto salivæ vitio usurpantur ad tollendam famis sensationem vel carbo unus casu oblatus aut gypsum aut immaturi fructus apta sunt quæ masticata aut salivali succo permixta blandè titillent organum gustûs mitigentque ac sedent molestam famis sensationem, fiet ut appetantur nonnunquam absurda quæque in ciborum usû non adhibentur; ac proinde mirandum hoc, quod picam nuncupamus, symptoma subsequetur; idemque dicendum erit de malaciâ symptomate gravidis valdè familiari in quo quidem plerumque non absurda sed consueta appetuntur alimenta solitò tamen majori copiâ majorique etiam voluptate quàm in

quam in statu naturali: eatenus enim gravidæ acetaria plus æquo amabunt quatenus salivale fermentum hanc subit mutationem quæ non possit congruere cum illis alimentis, apprimè verò cum aliis; hinc est quod nonnulla gravidis respuantur, nonnulla verò gratiorem moveant saporem, ac proinde gravidæ hoc potius quàm illo alio cibo delectantur, hunc potius quàm alium expetant, oblatumque voraciter deglutiunt.

2°. loco vitiari solet assumtorum deglutitio abolitè aut minutè. aufertur deglutitionis exercitium quoties musculi œsophagiei et linguales paralisi corripiuntur: cum enim deglutitio quædam sit tensionis species quâ alimenta à cavitate palati in ventriculum protruduntur, clarum est si musculi huic operi destinati inani laxitate donentur ita ut nullam exercere possint contractionem, nullum motum, alimenta potulentaque imis in faucibus retinenda esse; idemque sanè continget quoties gravi quodam tumore fauces corripientur, eoque qui penitùs œsophagi ductum obstruat; neque enim minùs est obstiturum deglutitioni ulcus Pharingis, quod præ exquisitori sensu quem inducet, seu propter dolorem acutum quem inferet statim atque deglutienda eò pertingent, tam subitaneam tamque vehementem œsophagiorum musculorum contractionem accerset ut inde oblata quæque et ad palatum unde fuerant deturbata amandari necesse sit

imminuitur autem deglutitionis usus ob consimiles causas multò tamen mitiores: liquet enim imperfectam musculorum Pharingis paralisim deglutiendi facultatem quandam inducere posse; quantò enim imbecillior erit causa trudens alimenta in cavitatem ventriculi, tantò difficilior tantò minor futura est eorundem deglutitio. idemque dicendum erit de tumoribus fauces occupare solitis, qui si non penitùs obstruant œsophagi ductum, pro ratione majoris vel minoris compressionis et obstructionis majorem quoque deglutiendi

difficultatem inferent, quatenùs minor singulis musculorũ contractionibus assumtorum copia trudi poterit in œsophagũ indeque in ventriculum deturbari. porrò si inustum ulcus pharingi dum appellunt alimenta tolerandum utcumque dolorem inducat, eamque musculorum œsophageorum promoveat contractionem quæ non obstet quominùs aliquanta pars ingestorum pergere iter possit in partem inferiorem œsophagi equidem deglutitio exercenda erit, difficiliùs tamen et longè minor quàm pro statu naturali requiritur.

3° læditur ingestorum concoctio multipliciter in ventriculo abolitâ nempe ac depravatâ plurimis modis: abolerur autem alimentorum concoctio 1° si paralisi ventriculus tentetur, quia defectu fluidi spirituosi nec secerni potest fermentum ventriculi, nec secretum energiam obtinet parem dissolutioni assumtorum. aufert deinde concoctionem nimia fermenti viscìditas, quâ principia activa nimis implicantur quàm ut solutionem ciborum præstare queant. idem spectandum si fermentum ventriculi vappidum, aquosum et principiis activis destitutum sit; ac demùm tollitur penitùs concoctio si nullum suppetat fermentum digestioni perficiendæ accommo-datum.

depravatur coctio alimentorum innumeris modis et 1° quidem imminuetur imminutâ copiâ fermenti ad integrã ciborum dissolutionem naturaliter requisiti; vel si fermentum solvens justò viscidius fuerit aut aquosius, atque adèo principia ejusdem activa vel nimiùm involuta aut nimis diluta sint, quàm ut vegetam exercere actionem possint in alimenta: aut denique si paulùm imminuatur spirituum fluxus in stomachum propter rationem jam superiùs memoratam.

2° augetur aut intenditur alimtorum coctio quoties justo majori copiâ secernetur aut derivabitur menstruum in cavitatem

ventriculi, quoties nimium acuentur partes activæ dicti fermti aut plus æquo exaltari continget: ita enim fiet ut justò citiùs alimenta solvantur atque in teniiores moleculas redigantur unde pleraque in decursu nutritionis vitia suborientur.

3° erroneè ac perversè omninò alimentorum digestio perficietur vel defectu ipsorum assumtorum vel defectu ipsius fermenti eorum solutioni destinati: et defectu quidem assumtorum quoties illa propter strictiorem particularum nexum, nimiam visciditatem aut forream naturam eludent vim fermenti ut si forte quadantenùs exsolvantur chyli tamen formam adipisci non possint sed crudi et foeculenti potiùs cujusdam succi nutritionis operibus prorsùs inepti: defectu verò fermti quoties illud seu propter nimiam particularum activarum crassitiem, quâ fit ut subire non possit alimentorum poros, seu propter nimiam tenuitatem quâ facilè alimentorum poros subit nullo aut parvo facto impetu quo diffringantur eorumdem latera: sic enim fiet ut ingesta non nisi in Moleculas dissolvantur; quod similiter orietur fermento summè debilitato: quia verò assumta in crassiores moleculas dissoluta et quadantenùs secundùm sua principia laxata morâ quam trahunt in ventriculo spontaneam concipiunt fermentationem cujus terminus multò diversus est ac chilificationis seu digestionis naturalis, sequitur illa in succum convertenda esse vitiosum et à chilo naturali summè diversum. cæterùm tardam concoctionem quæ depravatæ species est quamque Bradipepsiam Græci vocant, ad imminutam revocare liber, ut et citatiorem ad auctam præternaturaliter.

jam præter enumeratas causas quæ digestionem vitiare solent et aliæ quoque in hunc sensum advocandæ sunt, quippe nisi

debito tempore moveantur alimenta in cavitate ventriculi, nisi debito tempore ab eodem excludantur, non poterit quin notabiliter pervertatur aut impediatur quomodocumque se habeat fermentum ventriculi, ita si forte inferius orificium stomachi laxius sit atque adeò alimenta nondum in pultem redacta sed prout masticata sunt nihil aut parùm omninò imminuta elabi sinat Apepsia seu coctionis abolitio subsequetur idemque dicendum si assumta aliquantò postquàm ingesta sunt ob vellicationem quam inferunt stomacho vomitu rejiciantur.

4°. loco non sufficit alimenta ad nutritionem probè subigi digerique in stomacho, sed insuper prolicitus ex iisdem succus seu chilus sanguini affundendus atque miscendus est: quod impediri ~~enim~~ poterit quoties defectu bilis, succi pancreatici atque intestinalis nulla ulterior fiet alimentorum coctio in anfractibus intestinorum, nulla secretio fit chyli à partibus crassioribus, nulla foecum praecipitatio: cum enim confusus materie foeculentae chylus extricari non possit sufficienter, ut venarum lactearum ostiola subire possit, haerere ipsi in cavitate intestinorum ac deturbari cum foecibus in crassiora intestina necessum erit: impedietur similiter chyli motus in sanguinem quoties mucus intestinorum adeò crassus ac viscidus erit, ut impervius sit tenuioribus chyli particulis ad ostia lactearum properantibus: ac demum quoties trajectis lacteis venis propter obstructionem aut compressionem glandularum Mesentericarum aut ductus Pecquetiani pergere iter non poterit ad subclaviam, quo loco sanguis est affundendus.

5° nutritionis opus vitiari potest in ipso coctionum progressu, ubi nimirùm chilus sanguini transfusus perfecté non subigitur, nec naturalis sanguinis formam acquirere potest, inde ut consueta recrementa aut excrementa per

propria colatoria secernantur, et succus nutritius partibus apponendus eliciatur: continget autem vitiari sanguificaõnem dupliciter; vel enim labes ab ipso chylo repetenda erit, quatenus ille crudus, nimium crassus ac viscidus, acidus salsus, aquosus ac dum commiscentur massæ sanguineæ nativo ejusdem motu ita turbat et in præternaturales fermentandi modos adigit - vel vitium omne hæmatoseos seu sanguificationis refundendum erit in sanguinem ipsum, quod ratione status varii præternãalis, de quo in primâ hujusce tentaminis sectione dictum est chylum alioqui benè dispositum subigere ac ut ita dicam præmolere non possit ut genuini sanguinis formam acquirat: hinc erit quod excrementa vel recrementa massæ sanguineæ vel pauciora generentur vel copiâ justò majori: hinc ~~etiam~~ quod pro variâ tùm recrementorum tùm excrementorum conditione facilius aut difficilius per propria colatoria deriventur ad terminos consuetos aut penitùs ~~in~~ circa eorumdem in colatoriis sistatur: cum autem benè habere non possit succi nutritij generatio ubi recrementorum excrementorumve genesis ac secretio eorumdem à sanguine malè vertit, sequitur illam nutrimenti appositionem quam partes ad sui incrementum et conservaõnem requirunt notabiliter demùm lædendam esse; ac proinde si quidem eò vergat sanguificatio ~~ut~~ ut succus nutritius plus æquò luxuriet, non poterit quin præternaturaliter augeatur nutritio, summaque totius corporis obesitas atque ut barbarè loquuntur summa cõpulentia subsequatur: si verò eò vergat sanguificatio, ut multò minor succi nutritij copia ptibus suppetat, aut si ille crassior sit quam ut nutriendarum partium poros subire possit; si tenuis adeò, ut admissus in poris partium inde facilè avolet, facilè excutiatur, si hujus acrimonia quâ corrodendis vel appositis partibus aptus sit, summa totius corporis extenuatio summus marcor, et quod idem est summa nutritionis diminutio subsequetur.

quod spectat ad generationis læsiones, illa non secùs ac reliquæ functiones vel abolètur, vel depravatur. abolètur verò vitio foeminæ aut viri: quippe si mulier imperfecta, si uterus densioris texturæ si ova corrupta aut sanguis ejus constitutionis quæ obsit energiæ seminalis auræ, non poterit quin penitùs auferatur generationis exercitium: et verò cum generatio perfici non possit sine seminis virilis operâ, patet si non intromittatur illud in uterum, nisi intromissum viam sibi faciat in sanguinem uteri claustra ventrem percur nisi sanguini commixtus ejusdem motum immutet, ac demùm nisi mutato sanguine ad ovum benè dispositum devehatur patet inquam generationem non posse ullâ ratione exerceri. — abolebitur quoque generationis opus vitio Maris, quoties semen corruptum et partibus activis destitutum, quoties deficient organa secretioni et ejaculationi seminis destinata, testes nempe ut corrupti aut excisi &c quæ singula ulteriorem non requirunt explicationem.

depravatè verò læditur generatio dupliciter imminutè scilicet seu languidè et erroneè: minuetur autem seu languidius perficietur quoties consentientibus singulis in foeminâ virile semen erit vappidum energiæque admodùm debilis ut foetûs rudimentum explicet, vel è conversò quoties bene habente semine contextura ovi laxior erit: hinc enim fiet ut proles imbecilla admodum et brevioris ævi suscipiatur: Erroneè verò procedet generatio quoties omnes foetûs partes vegetam ac debitam magnitudinem non acquirent, aut ad monstrosam formam producentur, quod non nisi in defectum ovi aut seminis virilis aut variam quam foetus patitur compressionem refundi potest.

Caput quintum de vitiis Excretorum

quid nomine vitij excretorum intelligendum sit haud satis

constat inter Pathologos. Latini enim nonnulli ejus extendunt explicationem, alii ad angustiores limites contrahunt. hi vitia excretorum penès substantiam, quantitatem, qualitatem, excernendi modum ac tempus considerant; illi rationem habent tantùm substantiæ, quantitatis et qualitatis. errant Priores in eo quod ad vitia excretorum referunt vitiosum excernendi modum ac tempus, quæ quidem propriè spectant ad actionem læsam: excretio namque cujuslibet humoris in corpore functionis et actionis quoddam genus est. Posteriores verò qui vitia excretorum penès eorum substantiam reponunt, accuratiùs vitium in excretis accepisse videntur. quarè nos eorum Methodum libenter sequemur, paucis omninò ad rei dilucidationem Mutatis. cæterùm nomine excretorum hîc usurpabimus non quæcumque per varia corporis nostri colatoria excernuntur, sed ea tantùm quæ ex præstituto naturæ ordine foras eliminantur seu sint excrementa ut sudor, urina et alvi foeces &c seu recrementa ut lac, mucus narium &c.

itaque habitâ ratione substantiæ excretorum, illa peccabunt dupliciter, nimirùm in modo substantiæ et qualitate. in substantiâ seu modo substantiæ Multipliciter; vel enim Modus substantiæ eorum quæ excernuntur erit penitùs adversus modo substantiæ naturali excretorum, sive ut loquuntur erit toto genere præter naturam, vel substantiæ modus penès aliquas tantùm affectiones vitiabitur in excretis: et Prioris quidem exemplum erunt calculi aut arenulæ per vesicam excretæ, vermes qui cum foecibus dejiciuntur, sanguis quoque qui per varias vias præter naturam excernitur, aliaque innumera quæ sic ab excretis naturalibus discrepant, ut nullas obtineant serventque eorum affectiones. Posterioris verò mutationis in modo substantiæ excretorum erunt exemplo color mutatus alvi foecum, sudoris foetor, aliaque de quibus jamjam in specie dicturi sumus. quoad quantitatem excreta non secùs ac humores dupliciter peccabunt, nimirum si præter naturam augeantur

vel præter naturam imminuantur: atque hæc peculiarem in excretis merentur explicationem, quæ idcirco percurrere non erit ab institutis alienum.

atque ut ab his quæ per alvum excernuntur initium faciamus peccant illa totâ substantiâ seu toto genere præter naturam vel penès aliquas tantùm affectiones quibus instrui naturaliter convenit + alvi fæces. vel quantitate auctâ vel imminutâ vel totâ substantiâ peccant excreta per alvum, dum formâ vermium, lapillorum, sanguinis &c dejiciuntur: quod quidem pro varietate excretorum varias ob causas fieri consuevit: Enimverò si mucus intestinorum præternaturalem acquirat viscidiratem, acidumque ab alimentis excussum eidem affundatur, accedente parte terreâ excrementorum concrescet induetque naturam planè lapideam: si verò insectorum ova quæ plurima cibis atque potulentis admista quotidiè ingerimus propter acidum mixa in primis viis genitum levemque intestinorum calorem foecundentur et excludantur, non poterit quin inde pullulet mira vermium soboles quæ ob diversam insectorum speciem à quibus ova profecta sunt, variam formam sortientur, ut alii qui Minores sunt Ascarides; alij qui Majores ac longiores, teretes; alii qui latiores sunt, cucurbitini; alii qui eslatiores et longiores, lati ac fasciales dicantur: si verò rumpantur alicubi vasa in toto intestinorum ductu aut erodantur, aut etiam sanguis ita solutus fuerit ut fluidum quod per glandulas intestinorum excernitur, aliquas ejusdem partes secum abducat transfundetur ille in cavitatem intestinorum, atque hinc non secùs ac reliqua cujuscumque naturæ sint contenta peristaltico motu ad anum deturbandus erit

vitiantur excreta per alvum penès varias affectiones quas eorum natura non postulat: Etenim si alimentorum digestio aut fermentatio justò fuerit intensior, adeò ut partes salino-volatiles

salinæ volatiles quas fœces complectuntur fuerint nimium extricatæ, et multò plures solvant quàm par est sulphureas pro Levam intolerabilemque mephisim fœces exhalabunt, seu præternaturalem fœtorem acquirent; si verò alimentorum digestio ad cruditatem vergat, seu chilus præternaturalem aciditatem acquirat, pro diversâ prædominantis acidi naturâ, pro variâ ejusdem cum variis partibus unione fiet ut excrementa alvi præternaturalem spirent aciditatem coloremque atrum induant, dum acidum nitrosum terreis austerisque partibus jungitur; viridescentem, ubi acidum vitriolicum sulphuri terreo unietur; griseum, ubi acidum nitrosum partim terreo=austeris partim glutinosis seu sulphureo=aquosis partibus adjungetur; album, ubi acidum sulphureas partes secum coagulabit; si contrà alimentorum digestio plus æquo urgeatur, ita ut summè evehantur partes sulphureæ à salso ad acidum tamen vergente, emerget in fœcibus color intensè croceus, nisi fortè præ nimiâ bilis copiâ quæ per porum cholidocum in duodenum effunditur croceum hunc colorem fœces adipiscantur veluti fucum; quod si alimentorum fermentatio in stomacho et intestinis justò celeriùs perficiatur, fiatque motus chyli per intestina citissimè, ita ut sufficienter morari non possit in plicis eorumdem, ut inde luxuriantes phlegmatis partes sorberi possint ab osteolis lactearum, quoniam inde excrementa aut potiùs crassiores partes excrementorum ad mutuum coalitum reduci non possunt, imò propter solutionem partium salinarum à sese invicem disjunguntur, illa præternaturalem fluiditatem acquirent; idemque continget si solitò major fluidi intestinalis copia excernatur fœcibusque superfundatur, præsertim si illud sit serosius aut acri quodam sale impregnatum, quo ramosarum partium nexus in excrementis solvatur. demum si alimentorum digestio tardiori motu perficiatur, digestaque tardiùs percurrant intestinorum anfractus, quoniam per moram serosis chili fœcumque

partibus

partibus licet subire ostia lactearum, fiet ut excrementa hæc sicca justoque duriora evadant.
jam verò quantitate augenda erunt excreta per alvum, quoties alimentorum fermentatio justo celerior fiet, citiùsque fermentata in stomacho devolventur in intestina crassiora antequam generari partes chilosæ aut genitæ secerni à fœculentis ostiaque lactearum subire potuerint: ita enim fiet ut quanta ingeruntur alimenta excrementorum formâ copiâque nãali majori dejiciantur; idem quoque futurum est, si quod anteà dictum fermentum intestinale uberiori copiâ derivetur in intestina, augeatq; ita suo proventu naturalem copiam excrementorum. verùm imminuentur copiâ fœces alvinæ quoties tardior erit chili motus in intestinis, ita ut pro morâ fiat summus tàm serosarum quàm salinarum sulphurearumque partium decessus ab excrementis; quoties item patentiora erunt ostia lactearum in intestinis; sic enim fiet ut non tenuiores modò chili ptes sed et crassiores subeant, atque ut hinc tandem imminuatur excrementorum copia.
2°. loco peccant insensilis transpiratio et sudor quantitate et totâ quidem substantiâ vel modo substantiæ: totâ quidem substantiâ peccat sudor ubi sanguineus est, quod quidem rarissimum: contingit autem mirabilis hæc sudoris mutatio ubi summa sanguinis dissolutio inducta est, summaque adeò glandularum cutanearum laxitas ex eo quòd sanguis dissolutus est atque in minutissima velut fragmenta comminutus, seu ex eo quòd lympha quæ globulosam sanguinis partem in sinu suo comprehendit, quoddam veluti deliquium passa sequitur serum salsum quòd per milliaros cutis glandulas excernitur conferente earumdem laxitate adducere posse nonnullas carnosi particulas, unde sudor cruentus toto corpore manabit: substantiæque modo peccabunt sudor et transpiratio quoties peregrinum odorem spirabunt, ut sic horrendum in modum fœteant, acidum salsum

aut urinosum odorem exhalent, quod multipliciter fiet: si enim salsum quod per cutis glandulas eliminatur valde acre fuerit, abradatque secum solvatque nonnullas partes sulphureo-volatiles, non poterit non foetere sudor aut insensibilis transpiratio: si vero massa sanguinea salsuginosa sit, ita tamen ut in hac luxuriet acidum accedente febrili motu eoque lento, ut in hecticis contingit sudor et transpiratio, transpirabunt acidum ~~et~~ aut salsum. ubi paulum decursu fermentationis sanguinis deterentur acida salsumque transpirationis mediam naturam obtinebit, ut non magis de acido quam de alkali participet. si demum sanguis intensè fermentescat, ita ut salia volatilia quæ complectitur summoperè extricentur, atque adeò magna eorumdem pars salso quod per cutem excernitur adjungatur, emerget inde urinosus aut ad urinosum accedens sudoris odor.

quantitate autem vitiari transpirationem aut sudorem continget, quoties nimiâ copiâ excernentur aut deficient: excedent verò quoties intensus sanguinis motus summaque fiet principiorum lucta, summaque attritio: cum autem ex eo multò pluros generentur particulæ salsæ, earumque ex eo magis extricetur, non poterit quin pro vario statu mãe transpirãonis modò major quam par est sudoris copia, modò major transpirão profundantur: imminuentur contrà quoties lentus admodùm sanguinis motus fermentativus, isque qui non possit magnam effluviorum copiam de se mittere, aut potiùs magnam fluidi salsi genesim promovere; ita enim fiet ut multò minor transpiratio sudorve promoveatur et ~~se~~excernatur; idemque fiet, si quocumque modo stringantur aut constipentur spiracula per quæ sudor excerni consuevit.

3° Peccare solent excrementa per mammas in foeminis præsertim primum totâ substantiâ, dum sanguis ~~ines~~ purus aut lactis permixtus excernitur: excernitur autem sanguis è ~~in~~ Mammis lactantium præsertim dum lac in salsum corrosivum evadit, atque adeò nimiâ morâ corrodit mammarum texturam, viamque sanguini in cavitatem vesicularum Mammaricum. profundent

profundent similiter sanguinem Mammæ dum lacte copiâ imminuto assiduam patietur suctionem: dum enim sugit infans summam mammæ compressionem ab incumbente aere patiantur, sanguisque eatenùs per venas ægriùs resorbetur: cum item suctione continuâ evacuentur vesiculæ lacteæ fistulæque Mammarum, nec suppetat lacteus humor in sanguine quo proxime vesiculæ mammaræ denuò repleantur, sequitur sanguinem tùm arteriarum impulsu, tùm aëris pressione in exhaustas vesiculas in quibus nulla occurrit resistentia per poros secretioni dicatos transfundendum esse: quòd si abscessu tententur Mammæ, illo disrupto, pus quoque per mammillam fluxurum est.

Peccant denique excreta per Mammas seu lac penès varias affectiones colorem nempe et saporem, quæ vitia in ipsum quidem referenda sunt chilum, cujus lac soboles est: si enim chilus ob nimiam sulphuris exaltationem à salso-acri nimis evehatur, excernetur lac subflavum et saporis paulò amaricantis: si verò chilus ad acidum vergat, prout intimiùs acida spicula sulphureis illis partibus infigentur, acquiret lac servato colore nativo crassitiem et vitiosam quandam aciditatem, aut si tam intima fuerit acidorum unio cum partibus sulphureis ut easdem in grumulos quosdam discerpat erit lac abscedente sero à parte sulphureâ naturali serosius saporemque habebit acidiusculum, nisi forte acidum sulphureas partes coagulans et in grumulos distinguens vergat ad acre-salsum: hinc enim summâ cum fluiditate lac salsum inducet saporem, et sic de aliis chili vitiis quæ hic afferre nullo modo vacat.

Peccat demum lac excedente copiâ, dum propter laxitatem mammarum aut potiùs amplitudinem pororum per quos chilus à sanguine derivatur in vesiculas Mammares, fermè totus qui sanguini superfunditur in Mammis deponitur: idem qq; continget, ut cum mammæ firmioris sint contexturæ et pori vesicularum nimis patuli, sanguis contextura adeò firmæ et

densa erit ut non patiatur miscelam partium chilosarum; inde enim fiet ut iteratis circulationibus totus quantus affusus est sanguini chilus deponatur in mammis, unde excedentem lactis copiam mammæ profundent. deficiet contrà lac q̄titate quoties vel propter strictiorem mammarum contexturam secerni non poterit chilus debitâ copiâ, aut quoties textura sanguinis adeò laxa ejusdemque motus adeò vegetus, ut penè omnem chili copiam absorbeat, atque in sanguinem convertat: sic enim non nisi pauca lactis copia per mammas excernenda erit.

4.° et pari modo et totuplicitèr peccare possunt hæc quæ per oculos et nares excerni solent; totâ namque substantiâ peccant ubi sanguinea sunt seu per nares et oculos rosione aut ruptione vasorum aut alio quovis modo sanguis excernitur: peccant verò modo substantiæ et penès aliquas tantum affectiones ubi seu lacrimæ seu narium mucus vitiosam contrahunt acrimoniam salsam aut acidam, aut etiam aciditatem seu nimiam fluxilitatem &c. quorum omnium vitiorum causæ ex his quæ de sudoris vitiis proximè dicta sunt repeti poterunt; idemque dicendum de quantitate auctâ et imminutâ lacrimarum et muci narium; neque est quòd aliquid de vitiis excretorum per aures dicamus, quæ videlicet totidem modis ac excreta reliqua lædi possunt, cum similes causas agnoscant.

pergamus ergo ad ea quæ per renes excernuntur atque per vesicam, quippe quæ majoris momenti sunt, et aliquid etiamnùm ad ad varios sanguinis status dignoscendos exitumque morborum prænunciandum conferre existimantur: verùm antequàm urinarum morbosarum vitia persequamur, recolenda sunt quædam ex Phisiologiis circà naturam ac statum urinæ sanorum; et 1.° quidem quod spectat ad illius compositionem, constat urinam rudìter observatam, hoc est leni ignis calore evaporatam resolvi in vaporem aqueum et Magma quoddam subatrum terreo-salinum, ut patet ex ejus sapore admodùm salso et penetranti; unde liquet urinam complecti aqueas multas p̄tes aquæ communi analogas, et partes multas terreo-salinas: deinde verò si magma seu crassamentum relictum præmissa evaporatione partium aquearum evaporat distillationi subjiciatur, ignisque paulò intensiùs urgeatur prodit sal volatile ad salem armoniacum accedens copiâ satis insigni

mox sulphuris crassi foetidique pauxillum; ac demum è loto crassamento seu capite mortuo superstite evaporatione factâ prodit se salis muriatici ad maximum accedentis aliquantula pars; ex quo sequitur urinam congeriem esse particularum aquearum salino-ammoniacalium et salsarum, sulphurearum ac terrearum hac proportione ut aqueæ præ salsis, sulphureis et terreis, salinæ verò præpolleant terreis sulphureisque et sulphureæ reliqua superent; salinæ verò præpolleant terreis sulphureisque atque ex intimâ accuratâque partium prædictarum miscelâ emergit fluidum hoc subflavum, quod per renes et vesicam excernitur: miscela autem singularum partium hujusmodi inprimis phlegmati tribuenda est; illud autem dum solvit salinas partes, sulphurearum simul ac terrearum partium nexum dissolvit, unde innatare simul omnes coguntur in fluido aquoso: confert quoque ad mixtionem illam fovendam caloris motus quo cientur omnes dum continentur adhuc in cavitate vesicæ, quæ videlicet leni suo calore quo urinam fovet haud parum promovet motum fluidi aquosi, inhibetque adeò unionem partium sulphurearum atque terrestrium, alioquin ad mutuum concursum vel in mutuo fluido uniendarum propriòque pondere ad fundum præcipitandam. hæc de naturâ urinæ.

jam verò circa illam in sanis nonnulla observanda occurrunt, super substantiæ modus et quantitas dum mittitur; dum verò excreta est et propter frigidi aeris appulsum restrixit, contenta quædam in hac generari solita quandam merentur observationem. quod ad **primum** spectat, urina in sanis consistentiam obtinere debet mediocrem, fluiditatem haud parùm discrepantem à fluiditate aquæ communis, cujus maximam partem in se comprehendit; hoc tamen intercedit discrimen inter aquam communem et urinam, dum tangitur et velut digitis affricatur, quod hæc unctuositatem quandam præ se ferat, quam non prodit simplex aqua; maximo argumento dicendi multò minorem esse fluiditatem urinæ quàm aquæ communis: deinde verò quod spectat ad odorem; urina naturaliter constituta nullum aut parvum spirare consuevit, eumque ejus gravitatis quæ naribus valdè molesta non sit: de sono autem urinarum nihil est quod dicam; difficulter enim dignosci potest sonus quem reddere debet urina dum

mittitur impingitque in solidum corpus habitâ ratione ad sonum quem præternaturalis urina producit: licet enim fortè sonus urinæ nalis notabiliter discreparet à sono urinæ præternaturalis, pro diverso tamen meiendi modo etiam in sanis excitandus erit in urinâ sonus, ut si vehementi conatu excernatur, magnus et acutus; si verò minori, parvus et gravior sonus ejusdem futurus sit. id unicum in genere de urinæ naturalis sono pronunciari potest, nempe illum haud disparem aut sanè parum dissimilem à sono vulgaris aquæ, quæ pari vi per urethræ canalem æqualem prosiliret in solidum aliquod corpus. insuper et urinæ calor in sanis debet esse summè temperatus, adeò ut dum mittitur nullum sui indicium præbeat in urethrâ; quoties enim dum excernitur superabit calor ejusdem nativum urethræ calorem ita ut propter sensum motûs fluidi liquidi caloris perceptionem inducat, toties à statu naturali recedere illam audacter pronunciari poterit. ad urinam quoq; nalem constituendam color concurrit, quem dilutè flavum et qualem mala citrina præ se ferunt esse oportet: unde autem suboriatur ille citrinus urinarum color acriter dissertatur apud antiquos; quippe nonnulli putarunt deducendum hunc esse ex bilis particulis fluido urinoso permixtis, hoc fundamento quod nempe nullus alius in toto corpore humor sit tingendæ hoc modo urinæ comparatus magis quam bilis ipsa quæ ut norunt omnes colore saturè flavescente prædita est, tum etiam quod in ictero in quâ colatorium bilis impeditum est, regurgitatque adeò hæc in massâ sanguineâ, urinæ saturationem inducens colorem seu flavedinem. verùm debile admodùm hoc fundamentum est, neque enim ut flavum nanciscatur colorem urina pigmento peculiari opus est, sufficit enim ut mox dicturi sumus certa partium ejusdem dispositio quâ hoc vel illo modo lumen reflectat, flavique coloris speciem repræsentet, alioquin vel et ipsa bilis pigmento quoque indigeret et alterius generis humore quo tingeretur in flavum. deinde verò constat longè alium esse saporem urinæ atque bilis, quæ nimirum præ reliquis humoribus summè amaricat, cujusque vel una gutta fluido cuicumque permista intendum satis amarorem conciliat, ut si fortè aliquantula bilis pars urinæ permiscenda foret, eidem protinus

nativus amaror futurus esset, quod tamen experientiæ repugnat; quod si obstructo hepate urina flavedinem solito majorem acquirat, imò etiam forte aliqua bilis pars per venas cum urinâ excernatur, haudquaquam tamen inde colligendum naturalem hanc esse viam per quam aliquid bilis de more excernatur; ex eo namque sequeretur naturaliter quoque bilem aut aliquam bilis partem excerni per glandulas salivales, quæ in ictero laborantibus flavum colorem adipiscitur, non sine molesto quodam amarore: per accidens ergo fit et casu in ictericis ut urina saturatiùs flavescat, nonnullasque etiam bilis partes secum abducat, licet venas via non sint consueta per quam bilis eliminetur à corpore; atque id quidem fiet, quatenùs bilis obstructis suis colatoriis in sanguine regurgitat, eâque copiâ quâ singulos humores inquinare potest: hinc fit ut cum urina fluidumque salivale multas flavantis partes comprehendant, quibus elui bilis ac solvi possit, et assumtas plerasque ejusdem particulas vehat secum in colatoria, unde nativum prædictorum humorum color inverti perverti aut incendi necessum est. quærenda itaque alia citrini hujus coloris causa in urinis: equidem novimus colorem citrinum non secùs ac reliquos ex certâ radiorum luminis reflexione pendere, et licet accuratè determinari non possit quæ qualisve esse debeat reflexio isthæc ad varios colores excitandos, attingere tamen istud licet, nempe in quibusdam coloribus plus lucis reflecti quàm in aliis, et aliqua corpora ratione suæ contexturæ aptiora esse huic luminis reflexioni producendæ quàm alia: hic ergo inquirendum tantùm quodnam genus corporis aut molecularum in urinâ reperiatur, quod lumen eo modo reflectat, inde ut color flavescens producatur: sed non potest color istiusmodi repeti ex aqueis particulis quibus tota referta est urina; quippe fluidum aqueum totum pellucidum est, nec modò non lumen reflectit, ut potiùs totum ferè transmittat, unde nullus aquæ communis color sed transparentia æqualis; neque magis salinæ partes flavo huic colori producendo aptæ sunt quàm aquosæ, peræquè enim transparent atque aquosæ, vel si perfectam non obtineant pelluciditatem, alborem continuò præ se ferunt: deinde nec terreæ partes colorem retinent flavum imò vel subatrum dum

sinceræ non sunt, vel albicantem dum a reliquarum principiorum consortio liberatæ sunt. unum itaque superest urinæ principium, cui citrinus ille color attribuatur, oleum nempe et sulphur quod à reliquis extricatum per se colorem saturè flavum producit; meritò tamen statui potest, tametsi sulphureæ parti citrinæ citrinus ejusdem color referatur, reliqua principia non nihil conferre ad hanc vel illam flavedinis speciem dilutam, nempe saturè flavam &c. etenim experimur dum lento igne evaporatur aliquid partis aqueæ urinæ consuscæ saturatiorem ejusdem colorem flavum evadere, rursùmque affuso eodem humore collecto dilutum pristinum colorem croceum recuperare, eundemque si multò major aqueæ copia urinæ affundatur, quàm continebat ipsa dum missa fuit dilutiorem longè evadere.

Quod spectat ad secundum, quantitatem videlicet urinæ naalis, illa quantitati liquidorum assumtorum respondere debet; neque tamen speranda urinæ quantitas equalis prorsùs assumtis potulentis; plerumque enim multò minor, licet non repugnet quandoque vel etiam in statu naturali urinæ plus reddi quàm potûs assumtum est: quod autem urina non sit par quantitate fluidis assumtis potulentis mirum videri non debet; cum enim aqueus humor potulentorum vehiculi instar se habeat, quo reliquæ tum chyli tum sanguinis tum succi nutritij partes fluiditatem conservant juxtàque præstitutas leges singulis corporis partibus distribuuntur: cum item fluidi assumti aquosi quotidiè per cutis spiracula vaporis formâ eliminentur partes, ejusdemque pars cum succo nutritio nutriendis partibus accrescat, sequitur tantumdem de potulentis detrahendum esse dum urinæ formam nacta sunt, quantum in privatos corporis usus decessit. quid quod nec potulenta, quæque hauriuntur simpliciter aquea non sunt; imò plerisque oleosis ac salinis partibus referta sunt quæ in succum nutritium facessere apta sunt, atque adeò tantumdem imminuere urinæ proportionem ad assumtum potum. illud est quod quis jure mirari possit, nimirum cur nonnunquam etiam in statu naturali urina notabiliter excedat haustam potulentorum quantitatem; si enim attentè perpendamus

quæ geruntur in corpore, quæque extrinsecus adveniant, non mirum cur hac re tantoperè moveamur: nec enim 1º existimandum est quidquid fluidi aquei ad urinæ generationem concurrit a solis potulentis repetendum esse; experientiâ enim compertum est solidos quos ingerimus cibos haud parvam comprehendere fluidi aquei quantitatem, quæ si propter vegetam fermentationem quam patiuntur alimenta in ventriculo et chylus inde proliciitus in sanguine à reliquis principiis quibus implicabantur, extricentur, haud parùm consuetam urinæ mensuram augere sunt. deinde verò si contingat exponi corpus frigido aëri, quoniam eatenùs ob rationes alio loco propositas limphatica pars sanguinis ad coagulum veluti quoddam cogitur, exprimitque è contextu suo interspersas aquei et urinosi seri partes, non potest quin tantumdem urinæ quantitas augeatur, quantum seri coagulatis limphæ partibus expressum est, ac proinde et quandoque urina notabiliter excedat potulentorum quantitatem.

obiter hic advertendum urinæ quantitatem, accurata ut fiat ejusdem existimatio, non modo ex vasis cui infunditur capacitate desumendam esse, sed et quoque ex pondere ejusdem habitâ ratione ad mensuram eandem: enimvero cum urina non aqueas modò sed et salinas, sulphureas atque terreas partes comprehendat, nihil obstat quominùs eadem urinæ mensura modò magis modò minùs ponderet, prout major vel minor erit principij salini, terrei et sulphurei quantitas fluido aqueo innatans; planum siquidem est tantò magis augendum urinæ pondus, quantò ~~magis~~ plures erunt salinæ partes terreis admistæ; et è contra urinam pondere notabiliter minuendam quoties abest prædictum salino-terreum principium: haud abs re ergo futurum est si ponderentur urinæ in sanis, atque ad normam quandam earumdem pondus reducatur, ut postmodùm ægrotorum urinæ penès vitiosam quantitatem æstimari possint.

3º nec contemnenda observatio contentorum in urinis sanorum dum excretæ sunt, jamque motum caloris inditum amiserunt,

nimirum aliquantò post mictionem seu dejectionem conspiciendæ se prebent in urinis frigefactis concretiones quædam quæ propter diversum situm quem occupant variis nominibus insigniuntur; quæ enim in fundo sunt græcâ voce hipostases hoc est subsidentia et sedimenta nuncupantur; quæ verò in fluido urinoso medium tenent a formâ nubium emulâ nephelæ seu nubeculæ vocitantur; quæ denum ad urinæ superficiem vergunt, ibidemque morantur Eneoremata quasi suspensiones appellantur: ut autem variam istiusmodi concretionum generationem intelligamus, supponendum urinam quandiu continetur in cavitate vesicæ fluidi motu gaudere multò majori quam dum excreta et frigido aëri exposita est; atque illud quidem tum propter ingenitas partes volatiles, quarum fugam præpediunt claustra vesicæ, tum propter receptum caloris motum à sanguine, qui tandiu conservatur quandiu vesica concluditur, quæ nativo suo calore contentæ urinæ calorem fovet ac tuetur: hinc est quod si quæ sint in hoc fluido ptes concretioni dispositæ, cohærere minus possint atque ad mutuum intimumque contactum reduci; facit namque velocitas motus ptium volatilium ~~quo cietur urina ut contenta quæque rapido motu ac perturbato huc illuc ferantur in fluido~~ partium volatilium quæ cohibentur in urinâ ~~dum urina~~ vesicæ cavitatem continetur, ut partes quæque crassiores dissocientur, atque à mutuo complexu inhibeantur; facit quoque caloris motus quo cietur urina ut contenta quæque rapido ac perturbato motu huc illuc ferantur in fluido, sic ut dum occurrunt invicem partes miris modis reflecti cogantur, ac proinde fluiditatem summam urina conservet: jam verò quia urina cum semel est excreta non modò jacturam facit partium volatilium quæ odore suo nares ferire solent, sed et quoque caloris motum deperdit appulsu frigidi aëris, seu ille caloris motum in se suscipiat, seu nitrosis suis partibus in urinâ refundat; sequitur urinæ fluiditatem paulò postquam excreta est, aut potius fluidi ejusdem motum notabiliter imminuendum esse: cum autem imminui non possit fluidi motus in urinâ, quin protinus coalescant partes quæ crassiores sunt, quæque ad motum conservandum

sunt ineptiores, fiet ut dum ramosæ quæ istiusmodi sunt partes seu oleosæ dum invicem occurrunt, concrescunt, tomentumque veluti quoddam efforment, quod pro specificæ gravitatis ratione varium occupabit situm; si quidem enim ejusdem gravitas major erit gravitate fluidi cui innatat, ad fundum præcipitabitur; si verò æqualis cum fluido gravitatis erit, medium situm occupabit; si demùm multò levius fuerit, superiorem fluidi partem inducet, ibidemque subsistet; unde colligitur paulo diversam esse naturam contentorum in urinis; sedimentum enim quod imam ptem occupat quia gravius est, supponit densiorem partium partium unionem majoremque partis salinæ copiam, quæ videlicet mixtorum pondus ac gravitatem præ reliquis auget principiis; nubecula verò quia medium obtinet situm in fluido urinoso, multò minorem copiam salis comprehendit, eamque cujus ratione æquiponderet cum fluido cui innatat. Eneorema demùm quia superiorem occupat locum atque adeò rariorem sui contexturam significat, minimam salis copiam obtinet, unde multò levius est quàm fluidum ipsum, adeòque semper superiorem affectat locum in fluido.

quod autem concretionẽs istiusmodi sulphureæ sint, patet tùm ex concrescendi modo, tùm etiam ex fœtore summo quem spirat dum prunis accensis affunditur; enimverò sulphureis partibus illud solemne est dum solutæ concrescunt in floccos veluti quosdam et tomentum, et propter ramosas partes uniri, contrà quàm accidit in concretionibus salinis aut salino-terreis quæ perpetuò angulosæ sunt. deinde constat ex odore fœdissimo cum concretio istiusmodi dum igni admoventur sulphur in illis prædominari, nec enim phlegma per se fœtet, nec terra, nec sal ipsum nisi sulphureis partibus involutum, ut jure dixerint chymici odores ipsos in sulphureas corporum partes referendos esse: cæterùm ex tribus hisce concretionum speciebus quæ in urinis observantur frequentius occurrit sedimentum, rarò nubecula, rarissimè verò Eneorema, quod indicat partem illam sulphuream quæ in statu

naturali apparet in urinis dum refrixerunt, haud parvam salis quantitatem continere: sedimentum autem ut legitimum sit debet esse album, leve et æquale, uno verbo unius modi in suis singulis partibus. ad figuram verò, quam conicam postulant antiquiores pathologici, parùm attendendum; illa enim se tenet ex parte gravitatis majoris nonnullarum partium sulphurearum quæ vasis fundum petunt, dum leviores quæ minori copiâ insunt aliæ super aliis cumulantur, montis formâ ut ita dicam vel cumulo coacervantur. confert et aliquid potest ad prædictam formam rotunda vasis figura, aliter namque se habet in quadrato, idque propter majorem pressionem quam patiuntur fluidi partes fundi vasis à columnis vasis lateribus proximis, quàm ab his quæ medium occupant situm, quæ multò breviores sunt, quæque idcircò patiuntur sub sese magis attolli sedimenta quàm sub lateralibus quæ sedimentum magis comprimunt. his ita præmissis haud difficulter expendere licebit vitia urinarum præternaturalium. etenim primò peccant urinæ penès modum substantiæ multipliciter; si enim justò majorem acquirant consistentiam, si reddantur opacæ, coloris odorisque diversorum à statu naturali, vitiosæ protinùs censendæ erunt; et crassiores quidem excernentur quoties laxata renum compage non urinosæ solum excernentur partes sed et lymphaticæ quoque complures quæ, cum ex se multò majorem obtineant consistentiam quam urina, non possunt quin nativam ejus fluxilitatem admixtæ insigniter lædant. idem quoque contingit quoties urina justò majorem tartari seu salis ac terræ copiam secum abducet è sanguinis massâ aut multò plures sulphuris partes; quocumque enim modo prædictum fluidum urinosum supradictis partibus gravidetur, fluxilitas ejusdem naturalis non minui non poterit: nec enim tartareæ aut sulphureæ partes quibus urina præter modum referta est, ad divisionem illam perduci possunt, ut peræque moveri atque exagitari possit à fluido æthereo, motûs omnium fluidorum atque adeò et fluiditatis autore; quin potiùs quoniam tum sulphureæ, tum salino-terreæ partes propter ramosas suas partes

aut superficierum æqualitatem dum invicem occurrunt nimiùm ad mutuum amplexum mutuamve unionem comparata sint.

conferet etiam motus fluidi ætherei ad earum concretionem, quatenùs divisas ad mutuum contactum cogit: hinc oritur quod si aquosus urinæ latex prædictarum partium crassiorum et ad mutuam unionem dispositarum majorem verrerit copiam à sanguine, multò minorem fluiditatem præ se ferat, magisque resistat admotis digitis dum contingitur, et quo modo solent pinguiora aliaque majoris consistentiæ fluida; tenuiores contra et fluxiliores urinæ excernendæ evenit, quoties strictior erit renum contextura, quæque non patiatur aliud per renes transcolari quam purum ac simplicem humorem aquosum, in sanguine contentum aut saltem tantillâ tartari sulphurisve copiâ refertum; quoties item sanguinis compages adeò stricta, et principia salina sulphureaque arctè adeò invicem connexa, ut elabi aliud vix sinat quam meras partes aquosas omninò sale et sulphure plenas; ex his namque fiet ut cum crassiores absint ab urinâ partes quæ concrescere aptæ sunt, servet illa totam aquæ cōis fluxilitatem, quæ ut diximus paulò major est fluxilitate urinæ naturalis.

cæterùm ne illud mihi excidat ad crassitiem urinarum seu fluxilitatem imminutam referri possunt urinæ pingues et oleosæ, in quibus nonnunquam ut ex verum medicarum observationib. constat innatare aut supernatare videntur olei guttæ; planum enim est, si quidem oleosæ partes in urinâ luxurient, non parum de nativâ ejusdem fluxilitate detrahendum esse. id unicum videtur arduum, nempe quâ ratione oleosæ partes eâ copiâ misceri possint fluido urinoso, ut cum semel excretum est coeant in guttulas satis conspicuas; atque hoc quidem adeò veteribus immò et recentioribus nonnullis mirum fuit, ut oleosas istiusmodi urinas pro figmentis reputarent.

Nihilominus tamen si ad urinæ et sanguinis contexturam tantisper advertamus, res certè neque mira futura erit, nec tam ardua ac primâ fronte videtur; nimirum constat analisi chimicâ sanguinis, tum ex ejus deflagratione dum exsiccatus accensis carbonibus inspergitur, constat inquam oleosas ac inflammabiles plures partes in hoc contineri; constat quoque et salino-volatiles partes sanguine comprehendi, quæque diutino motu implicatas terreis oleosas partes carpere ac dissolvere possint. compertum denique, quod alibi probatum est urinam non secùs ac alia recrementa quæ in glandulis secernuntur, verè qualia excernuntur præextitisse in sanguine, et urinam quidem aut potius aqueum ejusdem fluidum adducere secum in renes quodcumque salis in sanguine magis extricatum est. ita si supponamus hunc in sanguine concitari motum, cujus ope salium volatilium magna pars extricetur, sic ut illâ summâ quâ pollent penetrantiâ, asperitate superficiei rapidoque motu quo cruorem totum pervadunt sufficiant abradendis eliquandisque sulphureum partes, nihil erit quod miremur oleosas evadere urinas, oleumque purum ac putum iisdem supernatare: cum enim ut dixi fluidum aqueum evehendis salinis sanguinis partibus magis extricatis potissimum destinetur, sequitur et cum iisdem sulphureas quoque et oleosas ab iisdem solutas atque in minimas atomos redactas in renes atque vesicam abducendas esse, atq. adeò hinc justò pinguiores fore urinas.

Nec dicat quispiam obstare huic assertioni immiscibilitatem corporum oleosorum cum aquosis cujus generis est urina.

Respondeo namque ut cumque difficulter coeant olea cum aquosis fluidis dum congestas atque implicatas obtinent partes, haud difficulter tamen olea commercium et mistionem aquearum partium pati, ubi in minutissimas partes divisa sunt, ut patet vulgari

experientiâ, quâ oleum vulgare cum aquâ communi longâ agitatione commiscetur; sed ad rem nostram facit magis commistio oleorum cum aqueis ope salium alkalinorum tam fixorum quam volatilium: sic oleum commune admisto sale alkali quocum diu excoctum est assumtâ saponis larvâ facilè commiscetur, ac solvitur in aquâ communi, unde si supponantur salia alkalino-volatilia aut salso-acria summè extricata in massâ sanguineâ, haud dubium quin solvant oleosas partes reducantque in formam veluti cujusdam saponis aqueo urinæ fluido facilè commiscendi. sed

dicet rursum aliquis facilè quidem intelligi mixtionem oleosæ sanguinis partis cum urinâ ex allato saponis experimento, difficulter tamen concipi rationem secretionis oleosæ partis urinæ ab aquâ: uno verbo cur oleosæ particulæ aqueis antea intimè permistæ, ab iisdem divortium faciant, summamque fluidi superficiem petant.

respondeo non aliter secretionem illam oleosæ partis ab aqueâ fieri in urinâ, ac illam quæ fit olei communis ab aquâ simplici dum simul longâ agitatione commista ~~sunt~~ per aliquod tempus immota consederunt in vase; et sicut dum violentæ succussionis motus cessavit manente solùm fluidi levi motu, oleosæ partes dum sibi invicem occurrunt facilè coeunt in guttulas majores hic atque illic, atque adeò subortâ inæqualitate in variis liquidi columnis quoad pondus respectivum cujuslibet ad superficiem liquoris protruduntur. similiter dicendum de oleosis partibus quæ urinæ commiscentur postquàm illa excreta est atque refrigerata: cum enim in excretâ urinâ deficiat motus caloris satis vegetus qui ~~succussionis~~ externæ vices in corpore gerebat, æqualemque fovebat oleosarum partium cum aqueis mixtionem, sequitur oleosas partes solo fluidi urinosi

motu concitas faulé, dum occurrerint invicem, uniendas esse, atque hic illicque in majusculas olei guttas augendas esse: hinc fit ut cum prædictæ olei guttæ æqualiter in singulis urinæ columnis congestæ sint, quæ vel nullas vel pauciores obtinent guttas istiusmodi præpollente suo pondere reliquas, in quibus occurrunt guttæ oleosæ majores, ut potè leviores, protinùs vincant eleventq; donec guttæ omnes olei ad superficiem ejectæ sint; quæ cum ibidem in alias atque alias guttas incidant, in depressos olei globos abituræ sunt.

Penès odorem urinæ vitiandæ sunt, quoties illæ seu gratum seu foetidum spirabunt odorem; neque enim ut diximus naturaliter foetere aut benè olere urinas convenit, et jucundum quidem ac suavem odorem reddituræ sunt quoties plus æquo turgescant acido sale volatili oleoso: constat siquidem fragrantia quæque corpora odorem suum oleosis volatilibus ~~ptibuere~~ attestari, iisque sale quodam acido volatili aculeatis. istiusmodi sunt odoris permulti fructus ac flores, mel et saccharum, aliaque ex quibus acidum oleosum destillando prolicitur; et ne quid desit conjecturæ videmus assumtâ terebinthinâ quæ tota spiritu acido volatili oleoso referta est, urinis violarum fragrantiam conciliari, quæ certè verosimiliter referri non potest nisi in oleosas et quidem acidulatas ejusdem partes sanguinis motu subactas et urinæ commistas; foetidum contra spirabunt odorem urinæ, quoties pars sulphurea sale volatili alkalino plus æquo solvetur, aut ipsum sal volatile alkalinum plus æquo extricabitur: compertum enim est foetida ea esse corpora præsertim quorum sulphureæ partes sale quodam tam fixo quam volatili plus æquo gravidatæ sunt aut solutæ; inde foetorem obtinent foeces alvi, galbanum, assa foetida aliaque istiusmodi ex quibus insignis copia salis volatilis arte chimicâ extrahitur. deinde verò constat urinas sanorum quæ primùm missæ vix ullum foetorem reddebant, post trium aut quatuor

dierum intervallum tetrum odorem emittere; quod non nisi in sal volatile sensim et diutinâ morâ extricatum referri vix potest; et verò si protinus ac missa est urina destilletur, aliud nihil elabi sinit primùm quam purum phlegma; contrà quam accidit in putridâ quæ leni calore spiritum volatilem fundit; maximo argumento dicendi sal volatile in recenti urinâ summè intricatum fuisse, quod non nisi elapso phlegmate et summâ ignis violentiâ prolici potest: in urinâ verò foetente sal idem volatile valde extricatum fuisse, quod ut dixi leni ignis calore primùm in destillatione sese prodat: jam quoniam ex Chimicis notum est sal quò magis sulphure liberatur eò minùs foetere, sequitur mox sal volatile simpliciter urinæ foetorem ejusdem producere; quia verò constat similiter ex chymicis sulfur quò magis liberatur conjugio partis salino-volatilis alkalinæ, tantò minorem foetorem emittere, sequitur nec sulfur quoque per se foetorem urinæ accersere, sed utrumque simul extricatum nempe sal volatile et partes oleosas ad hunc effectum præstandum concurrere.

de urinæ sapore vitiato raræ sunt observationes; pauci enim sunt medici quos tangat adeò rerum naturalium indago ut libenter et sine fastidio sordes istiusmodi aliaque id genus linguâ tractare gustuque explorare velint: haud dubium tamen est quin urina pro variis suis recessibus a statu naturali, ac variis suis mutationibus, varios similiter ac multiplices acquirat sapores; nec contemnenda certè foret observatio illa nisi fastidium utique moveret; gustu enim faciliùs dijudicari posset natura ac prædominium salium quibus urina præternaturaliter gravidatur quàm alio quocumque sensu. id unum memini observatum circà urinæ saporem, nempe illam quandoque melleam reddi, hoc est, saporis ad mellis dulcedinem accedentis, quod quidem eatenùs contigisse putaverim, quatenùs urina ægrorum istiusmodi pingues multas seu oleosas sanguinis partes adduxerat; quæ cum acido volatili retentæ forent, melleam planè dulcedinem nactæ sunt.

neque enim alio modo ratiocinandum de odore suavi ac de sapore dulci; videmus enim quæ dulcia sunt corpora facilè tractu temporis aut aquosi humoris affusione acorem contrahere: certum pariter et hæc eadem distillata spiritum acidum plùs minùs volatilem de de se mittere, sic mel, saccharum, poma aliaque istiusmodi si destillentur spiritum fundunt acidum, adeò ut vel præcipuum acidi latitātis in corporibus indicium sit dulcis eorumdem sapor. de reliquis urinæ vitiosis saporibus nihil certi dici potest, id unum in genere statui valet, quoscumque urinæ sapores, si qui in posterum observandi sint, protinus vitiosos esse, dum ab urinoso sapore (nec enim alio nomine nativus uriné sapor designari potest) recedent: simul enim ac urina salsa, salis instar marini, aut acris, instar salis fixi, aut rancida, amara, acerba &c evadet, continuò vitiosa censenda erit.

quod spectat ad colorem urinæ mirum est quot modis illa vitiari possit, vix ut varias ejusdem species certo numero comprehendas; præcipuas et quæ visum magis feriunt hic adducemus. verùm prius examinandæ urinæ pellucidæ, quæque lumen transmittunt instar aquæ communis; et opacæ quæ lumen absorbent vel omnino reflectunt. pellucidæ quidem redduntur urinæ, quoties proportio fluidi aquei ad reliquas urinæ partes seu ad sulphureas, salinas ac terreas præter modum augebitur: quò major enim aquei humoris copia interjicitur inter sulphureo-salinas urinæ partes, quò magis dividentur eædem partes salino-sulphureæ, tantò faciliori negotio lumen per fluidum urinosum transmittendum erit; enimverò cum ex se phlegma urinæ summè pellucidum sit et undequaque lumini pervium, sequitur adaucum illud nativam urinæ pelluciditatem non augere non posse. deinde verò cum partes sulphureæ crassiores ex naturâ suâ lumini minùs perviæ sint unus obex quo innata phlegmatis pelluciditas perturbatur, sequitur iisdem solutis atque in minutissimas atomos redactis ac

per consequens parum aut nihil transeunti lumini obstantibus parum aut nihil impediri aqueum fluidum quominus admissos luminis radios in singulis designabilibus sui partibus admittat atque transmittat;. ac equidem hoc adeò verum est, ut si urinæ naturali citrinæ atque adeò aliquid de opacitate participanti affundas notabilem aquæ communis quantitatem, videbis sensim et sine sensu per varios gradus dilutæ flavedinis illam ~~ad pristinum colorem croceum redire~~ colorem omnem citrinum deposuisse et ad perfectam pelluciditatem quantum oculis conjici potest redactam fuisse; contrà verò ~~per varios saturæ~~ ac si lentè evaporetur aqueus humor additus observabis per varios saturæ flavedinis gradus ad pristinum colorem croceum redire, atque adeò quandam opacitatem acquirere: Ex quo intelligitur tantò majorem fore urinarum pelluciditatem, quantò major erit proportio humoris aquosi ad partem sulphuream aut ad tartaream, vel quo major erit prædictæ partis sulphureæ divisio in humore aqueo prædominanti: jam verò improportionata fiet mixtio aquei humoris cum parte sulphureâ et tartareâ in urinis, quoties debilis erit fermentativus ~~humorum~~ motus sanguinis, adeò adeò non poterit sufficienter extricari sal volatile ad partis sulphureæ dissolutionem, quin lymphaticæ potiùs ac sulphureæ sanguinis partes strictiùs inter sese connectentur: sic enim fiet ex Mechanicâ aliàs explicatâ exprimatur serosus humor paucis admixtis particulis sulphureis ~~et~~ salinis, ac proinde non poterit quin urina tartaro atque sulphure destituta pelluciditatem præternaturalem acquirat.

De præternaturali urinarum opacitate non est quod multa dicam; ex his enim quæ de vitiosâ earum pelluciditate diximus, facilè quivis intelliget mutatâ partis tartareæ ac

ac sulphureæ proportione ad humorem aqueum, opacitatem in urinis præternaturalem excitandam esse: cum enim sulphurea tartareaque urinæ pars ex suâ naturâ inepta sit transmissioni radiorum luminis, patet aucta ejusdem copia proportione habitâ ad fluidum aquosum, opacitatem in toto fluido majorem inducendam esse; idque tantò magis quod si augeatur sulphureæ partis copia in urinis manente tamen aut etiam imminutâ proportione humoris aquei, non poterit fieri solutio divisioque tanta partis sulphureæ: quippe fluidum aquosum non secus ac reliqua menstrua cujuscumque sint generis, impar est cuilibet quantitati corporum exsolvendæ; unde si nimia sulphureæ salinæ partis copia gravidetur, non poterit quin plerasque moleculas intactas relinquat, vel si in omnes vim suam exerat, certè earumdem divisionem quoad minima non molietur, sed quomodocumque laxatas dimittet; unde cum per easdem non possit lumen peræquè transmitti, atque peræquè opacitas urinæ suborietur, illudque continget quoties aucto motu sanguinis fermentativo, adeòque et extricatis multò pluribus p̄tibus salino-volatilibus fiet major sulphureæ partis extricatio in aqueo urinæ fluido.

3.° vitiosæ urinæ sunt quæ colore albo donantur, seu in quibus innatant opaca multa corpuscula quæ ob multiplicem superficiem luminis radios densè atque undequaque reflectunt; earum autem naturam causasque ut evolvamus, recolendum semper varios urinæ colores non quidem a fluido aquoso, quod nimirùm ubique pellucet sed a parte sulphureâ variè salis ac terræ connubio modificatâ aut strictius vel laxiùs adunatâ; et verò constat naturalem urinam citrinam admixtis diversi generis salibus croceum colorem variè permutare; si enim urinæ affundatur spiritus quidam volatilis alkalinus, putà salis armoniaci, urinæ, cornu cervi et alia id genus,

croceus statim ejusdem color in album mutatur; quod etiam contingit ubi lixivium quodcumque cinereum sale alkali fixo tartarum eidem commiscetur; resque aliter succedit ubi spiritus quicumque acidus eidem affunditur, rubicundum namque non multo post colorem acquirit; cum autem mutatio coloris ab affusis istiusmodi fluidis salinis non possit refundi in colorem eorumdem, quippe illa limpida sunt, neque in actionem eorum neque in aqueam urinæ partem, quæ similiter limpida est, nec opacitatem per se nisi admixtis opacis corpusculis induere potest, sequitur illam totam referendam esse in partes sulphureas quæ admixto salino fluido longè aliam partium dispositionem nactæ sunt, cujus ratione diverso modo lumen reflectant; et quia ex doctrinâ colorum constat colorem album supponere in corporibus multiplicem superficiem eamque summè levem, nec poris ullis aut sinubus excavatam, colligere licet sulphureas urinæ partes dum alborem contrahunt, ita invicem junctas fuisse, ut multiplices hinc atque illinc superficies ~~objiciant~~ objiciant lumini impingenti; et quoniam experimento jam proposito novimus sal alkali quodcumque urinæ mixtum croceo ac naturali ejusdem colorem in album commutare, concludemus veram alboris causam in urinis aliam nullam esse quam alkali quodcumque copiâ auctum partibus sulphureis unitum.

dices solemne hoc esse atque commune quibuslibet salibus alkalinis, ut nempe solvant partes sulphureas, atque exsolutis ruborem concilient; unde mirum profectò videri debent alkalinas partes longè alium atque maximè discrepantem effectum præstare in sulphure urinarum.

sed Equidem

Respondeo equidem in hoc mirandum esse varium agendi modum causarum naturalium: si tamen rem attentè perpendamus non erit cur singularem hunc effectum adeò demiremur: nec enim sulphura quæcumque ejusdem generis ejusdemque sunt contexturæ, quorum partes convenire vix possunt cum salibus alkalinis quin aliqua ex factâ mistione suboriatur fermentatio; sunt alia quæ cum alkalinis salibus magis conveniunt, ita ut nullus saltem manifestus motus dum commiscentur excitetur, in singulis tamen modò major modò minor fit coloris mutatio in rubicundum, saturum et nigricantem modò dilutum: forsan quidem et dentur aliqua quæ cum alkalinis partibus planè conjugantur. equidem res non est præter omnem observationem; notum namque est helmontij experimentum quo constat spiritum vini rectificatissimum admisto spiritu volatili salis armoniaci strictè cum eodem uniri et in coagulum albicans facessere: jam verò quid obstat quominus spiritus volatiles urinosi aut fluores lixiviales urinæ commisti parem cum sulphure ejusdem unionem affectent, abeantque cum illo in concretum albicans tomento aut floccis lanæ consimile. ad me quod attinet non video in concretione illâ sulphureæ partis cum alkalinâ repugnantiam ullam principiis Mecanicis; facilè enim intelligo absolvi posse rem dupliciter, uno modo si supponamus sal alkali ita accommodari interstitijs partium ramosarum sulphuris, ut inde vel penitus aut notabiliter saltem fluidi ejusdem motus imminuatur, ut non possit in posterum æthereum fluidum pari copiâ atque facilitate trajicere ejusdem ramos ac motitare. altero modo si cogitemus acida spicula sulphuris urinarum propter tomentum flexile quo involvitur sic aptari posse poris partium alkalinarum ut penitus viam præcludat æthereæ materiæ transfluenti, sic ut nulla fermentatio ex mistione adversorum ejusmodi salium excitari possit; ex eo namque fiet ut cum salinæ

moleculæ quæ ex admisso alkali cum acido sulphuris emerserunt crassiores sint quam ut eas exagitare possit æthereum fluidum, fluidi motus in toto ~~fluido~~ sulphure deperdatur, abeatque illud in cerebrum molliusculum, quod cum totum moleculis salinis refertum sit quæ quidem seu ramosis seu terreis opacis involutæ sint nec adeò pellucere possunt, colorem album ab iisdem mutuabitur: quod si quis mallet statuere salino=alkalinas partes urinæ commistas cum sociis alkalinis aut salino=armoniacalibus propter summam quam habent proportionem superficierum coire invicem et facessere in moleculas multò minores quibus inhibeatur fluidi motus in parte sulphureâ; atque ab hisce concretiunculis salinis ut poté angulosis ac lævibus lumen undequaque reflecti ad colorem album inducendum, non haberet me fortiter repugnantem. quidquid sit tametsi modus quo coloris mutatio in album aliosve colores ex variorum corporum permistione attingi potest, constat tamen adducto experimento affusum quodcumque alkali urinæ tàm naturali quàm præter=naturali ejusdem colorem in lacteum mutaré, copiosumque inde ejusdem coloris sedimentum subnasci; unde non sine fundamento stabiliri potest causam lactei coloris urinarum refundendam esse in proportionem auctam salis alkali tàm fixi quàm volatilis: quoniam verò aliunde manare non potest in corpore sal istiusmodi quantitate auctum quam ab ipso sanguine, sequitur sanguinem aut sanguinis potius mutationem causam esse mutationis illius in urinis: cum autem sanguis conferre non possit solito plures alkalinas partes urinæ nisi magis fermentescat eatenusque multò pluros salinæ partes extricentur, sequitur auctam sanguinis fermentationem eo gradu qui requiritur ad salino=alkalinæ aut salsæ partis exaltationem proximam esse causam albi urinarum coloris.

4°. vitiosus niger urinarum color cujus variæ sunt differentiæ; alius namque vergit ad rubicundum, alius ad album, alius absolu-

absolutam præ se fert nigredinem, in omnibus tamen hisce urinæ nigræ differentiis certum est parum aut nihil luminis reflecti ab opacis urinæ partibus, imò totum fermè absorberi in poris et anfractibus quibus nigra corpora undequaque pervia sunt: quod quidem vario modo contingit in variis speciebus nigrosis urinarum; in nonnullis namque in quibus opaca corpuscula seu sulphureo-terreæ partes magis porosæ luminis radii magis absorbentur; in aliis verò in quibus multò pauciores insunt pori sinusve, paulò major fit luminis reflexio, unde color non nisi subater emergit: at accuratiùs expendere libet status varios tartareæ partis urinarum vel etiam sulphureæ ex quibus sequitur talis radiorum luminis absumtio in quo tota nigri coloris ratio posita est. et primò quidem quod spectat ad colorem nigrum urinarum qui vergit ad rubicundum, concipere licet sulphureas urinæ partes quæ imminutâ fluidi aquosi proportione propter addensatam partium contexturam rubedinem acquirunt, eòdem dicto fluido aquoso magis absumto ad nigredinem quandam perduci posse, cum enim rubeus color non modò simplicem radiorum luminis reflexionem supponat, sed multiplicem quoque refractionem quæ fit dum lumen modò aqueas modò salinas sulphureas ac terreas compagis urinæ partes permeat, sequitur si propter majorem fluidi aquosi vaporationem sulphureæ partes urinæ magis ad sese invicem accedant, multò difficiliùs perfici posse reflexionem ac refractionem variam quæ requiritur ad coloris rubicundi productionem; unde cum propter impedimenta varia non possit lumen nisi pauca omninò copiâ reflecti in oculos minorique motu retinam feriat, non poterit quin subatra et ad rubrum quodammodo vergens urina percipiatur: subatra quidem ob minorem copiam reflexi luminis, rubicundam verò propter aliquantam refractionem quam passa est dum ab opaco sulphure reflecteretur. 2°. verò facilè intelligi potest ex diversâ compositione partis sulphureæ urinarum suboriri posse subatrum

colorem ad album vergentem, qui griseus appellari potest: si enim deficiente parte aquosâ in urinis pars altera sulphurea quæ sale alkalino plurimum turget seorsim conerescat ab eâ quæ saturè rubicunda est, cujusve moleculæ densiùs conglomerantur, emerget ex permistione variâ particularum istiusmodi vario modo dispositarum mixtus quidem color de albo simul ac nigro participans, prout aliæ lumen majori copiâ vividiusque reflecterent quam aliæ; idemq; continget si æqualis fiat particularum tartarearum urinæ atro infectarum colore mixtio cum albis; si quidem illæ ut jam dicturi sumus parum aut nihil lucis reflectunt, hæ verò multum: denuò si opaca sive sulphureo-tartarea urinæ pars tota porosa sit, liberaque ab omni ferè consortio partis salinæ, haud difficulter intelligemus propter absumtos luminis radios urinam atrum penitùs colorem inducere, quæ non possit nisi paucos radios ad oculum reflectere. tota itaque atri coloris in urinis ratio referri commodè poterit in saturè rubicundum, quod nigrum colorem ementitur, in atrum simpliciter et atrum albo permixtum aut rubicundum similiter saturè albo confusum. superest ut causas colorum istiusmodi diversorum prosequamur. quamobrem Verosimile est quoniam evaporatâ parte aqueâ urinæ per gradus mutatur citrinus ejusdem color in rubicundum, indeque dissipatis ulteriùs aqueis partibus mutatio fit rubicundi in atrum facilè additis aqueis partibus in rubrum vertendum, verosimile est inquam fusco-rubrum seu subatrum urinarum colorem suboriri propter dissipatam plus nimio aqueam partem in sanguine, ut quoties sanguis præternaturali motu concitus phlegmaticas suas partes per glandulas Milliaros cutaneas aliasve dimittit toties in urinis quomodo dum evaporantur videmus atro-rubeum colorem excitari necessum sit; deinde quoniam videmus dum destillatio urinæ fit, jamque avolarunt partes volatiles et aquosæ remanere in fundo vasis Magma quoddam

quoddam sulphureo=terreum nigerrimum quod solutum in aquosis liquoribus eosdem atro colore inquinat. nihil obest quominus cogitemus atrum simpliciter urinarum colorem quandoque à consimilibus partibus sulphureo=terreis excitari, ac proinde quoniam vehemens et diuturna sanguinis fermentatio vices quodammodo gerit ignis vulgaris qui adhibetur ad urinæ destillationem, sequitur si quidem illa tam fortis et contumax fuerit ut summam promoveat salis ac sulphuris volatilium dissipationem non posse quin sulphurea urinæ pars fixa admodum evadat terrea ac porosa; quippe inde habet sulphur volatilitatem suam quoniam summè divisum foetumque salibus volatilibus quasi continuâ fermentatione excussæ fuerint, non poterit quin maneat sulphur summè ad motum iners: deinde quoniam sulphurea pars fixior reddita, ac ramosa est, facilè complectitur terreas sanguinis partes, fiet pariter post assiduam sanguinis fermentationem ut coëat sulphur cum parte terreâ; ac demum quoniam dum excutiuntur motu fermentativo partes salino-volatiles èx compage sulphuris terræ conjugati, innumeri emergant pori ac loculi in quibus anteà latitare solebant partes salinæ, sequitur prædictam ptem sulphureâm et terream in omnibus sui partibus porosam ac sinuosam reddendam esse; unde absorbendo luminì apta fiet; jam si propter inæqualem massæ sanguineæ contexturam aut potiùs inæqualem sulphuris consistentiam aliæ partes majorem salis volatilis copiam abripiant aliæ verò minorem, emerget è tali mixtione color subater modò ad rubicundum vergens ubi nonnullæ partes sulphureæ crassiores erunt, nec tamen penitùs salibus expoliatæ, modò ad nigrum simpliciter, ubi partes aliæ sulphureæ terrestres erunt ac sale volatili destitutæ, commixtæ tamen cum Sulphure, sale turgido albidoque.

An verò color niger urinarum producatur ab acido vitriolico vel parte terreâ gallarum nuum æmulâ valdè dubium videtur; namque si tinctura gallarum urinæ affundatur, aliquantò post

illa tota turbida lacteaque evadit, nec si spiritus vitrioli postmodum infundatur ullus inde color ater excitatur, imò pelluciditatem pristinam urina recuperare videtur, præcipitato tantum parvo sedimento subrufo.

Nihil enim repugnat dum obstructum est jecur et bilis in sanguine regurgitat, si quidem illa adusta sit seu plus æquo torreat propter absumtionem partis volatilis ut contingit in quartanis contumacioribus urinarum nigrorem deduci ex admixtis retorridæ nigræque bilis particulis; quorsum enim urina non secùs ac reliqui humores inficiantur hoc colore? quorsum illa non livescat, ubi totius corporis habitus ater evadit? ad urinæ nigræ species, propter opacitatem quam præ se ferunt, referuntur passea seu violacea urina, viridis ac cœrulea, quæ omnes cum reddantur ubi sanguinis fermentatio modum non excedit, verosimiliter ab ejusdem cruditate acidâ suboriuntur ~~acida~~; et quod spectat ad passeam, quatenus illa ad rubrum colorem quodammodò vergit in urinâ, ut dicturi sumus, ob permistas acidi partes inducitur; verosimile est hanc in se complecti multas acidas particulas, quæ flavum sulphuris urinarum colorem inducta de novo texturæ modò pervertat in dilutè rubicundum, ~~imo~~ etiam in obscurè rubescentem: quoties ergo massa sanguinea acido plus minus volatili gravidabitur, ut sulphurea urinarum pars hoc saturari possit, quoties passea seu violacea urina reddenda erit, quod si acidum massæ sanguineæ paulò fixius sulphureaque urinæ pars cruda erit ac minus exaltata, flavus urinarum color nativus in viridem commutabitur; idemque continget ubi obstructo hepate viridis icterus subsequetur: facilè enim urina bilis virescentis tincturam eliciet, serumque in renes abducet. denum si crudum sulphur urinæ ob majorem sanguinis fermentationem magis excoctum sit seu magis exaltatum, infixumque acidum magis extricatum, viror urinæ in cœruleum commutabitur: idemque expectandum erit quoties obstructo similiter hepate cœrulea bilis in sanguine regurgitabit inde enim modo auream dicto tincturam eliciet urina cœruleam.

5° inter præternaturales colores recensentur saturè flavus, qui quidem ex allatis experimentis aliam nullam agnoscit causam quàm mutatam proportionem partis sulphureæ ad partem aqueam urinarum: constat enim tantò saturiorem evadere flavum urinæ colorem quantò major fit aquei humoris evaporatio; quantò enim partes sulphureæ magis addensantur tantò minor fit luminis trajectio per easdem ut et per partes aqueas interjectas, unde major urinæ opacitas emergit, colorque flavus nativus intensior saturiorque redditur. ergo quoties massa sanguinea tantum concipiet motum quo dissipari queant aqueæ partes et sulphureæ pari copiâ extricari quin tamen salis volatilis copia multa eidem consocietur, redduntur protinus urinæ saturo-flavæ: conferet quoque ad hunc colorem inducendum biliosæ cujusdam partis admistio ut contingit in ictero flavo: quippe observamus ictericorum urinas intensè flavescere; nec dicat quispiam difficulter secerni posse bilem cum urinâ in ictericis propter summè disparem colatoriorum hepatis videlicet ac renum conformationem: etenim utcumque arduus sit modus quo diversi humores per inconsueta colatoria secernuntur, nobis tamen non deest experimentum quo rei probabilitas comprobari possit; vulgaris namque observatio est colicâ nephreticâ renumve obstructione laborantes urinam vomitu rejicere, eorumque salivam urinosum saporem referre: quòd si urina per glandulas salivales dum impediti sunt renes et per glandulas ventriculi exitum sibi parare potest, quidni et bilis quoque obstructo jecore per renum glandulas urinæ commixta dilabatur, quæ similiter in ictericis humorem salivalem amarore suo inficere consuevit: annon magis respuet urinæ consortium bilis quam fluidi salivalis; imò verò probabilius videtur urinam sale suo ammoniacali quo totus aqueus ejusdem humor armatur aptiorem esse exsolvendo sulphuri bilioso quam saliva ipsa cujus volatile sal magis intricatum est. scio equidem non defuturos litigiosos qui aggerant posse urinam in ictero reddi coloris flavi saturioris, posse et amaricare salivam quin tamen

ad id per se concurrant admixtæ bilis particulæ, præsertim cum nihil obstet quominùs exaltato sulphure salivali à sale paulò acriore amarorem saliva contrahat, ut nec quominùs propter permutatam proportionem sulphureæ partis ad aqueam in urinis citrinus urinæ color in saturo flavum commutetur. scio equidem illud, quia tamen ubi manifesta occurrit causa otiosorum est sublimiorem aliam inquirere, nollem ego obvium satis effectum in aliam causam anxiè quæsitam referre. tingit bilis in ictericis colore suo totam lympham sanguinis, quæ in se tum urinam tum salivam complectitur, tingit totum corpus; quidni urinam possit tingere salivæque nativum amarorem conciliare.

ad vitiosæ flavedinis species revocantur crocea, livida, palearis et spicea. croceam quidem intensè producit aucta sulphuris copia aut etiam commixtio partium biliosarum, minor tamen quam in saturo flavâ; spiceam verò urinam et palearem inducit aucta proportio humoris aquosi respectu sulphurearum partium, quomodo videmus dum urinæ naturali affunditur aqua communis; sensim enim citrinus color dilutior fit, et primùm quidem spiceus, mox verò sensim aucto aqueo humore palearis evadit. consimilem quoque coloris flavi mutationem adducere potest solitò major salis volatilis cum sulphureâ permixtio, eaque quæ non penitùs citrinum ejusdem colorem invertat sed pallidiorem efficiat ac dilutiorem: sic enim sulphur prout magis vel minùs onustum erit salibus alkalinis modò spiceum modò palearem colorem inducet.

6° loco observationem meretur rubor urinarum præternaturalis cujus tres vulgò distinguuntur species; aliæ enim urinæ simpliciter rubicundæ redduntur, aliæ flammeæ, aliæ vinosæ; quæ omnes differentiæ eandem agnoscunt causam plùs minùs agentem, acidum nempe volatile parti sulphureæ urinarum infixum: namque experientiâ constat si urinæ croceæ naturali aut præternaturali spiritus acidus infundatur cujuscumque generis, haud multò post nativum ejusdem colorem in rubicundum mutari; in quo quidem urina consentit cum vini sulphure aut tincturâ violarum, quæ admistis liquoribus alkalinis

si fuerit conturbata, acidorum affusione colorem intensè rubicundum acquiret; ita quoties exaltari præter modum acido-volatiles sguinis partes continget, adauctâ videlicet nativâ humorum fermentatione toties ruborem non contrahere urinæ non poterunt, qui rutilans simpliciter aut ~~u~~rinosus erit prout magis aut minus acidæ partes in sulphure prædominium obtinebunt, aut sulphur crassius vel tenuius in rubra simpliciter ut potè magis opaca, colligere est moleculas tùm sulphuris tùm acidi infixi crassiores esse; tamen [u]rinosâ ~~vero~~ ut potè dilutiori tùm sulphur tùm acidum volatilius esse. quod spectat ad flammeam, videtur illa quoniam color ejusdem pallidior est, verisimil~~e~~ est multò pauciora quam in aliis acidi spicula infixa fuisse parti sulphureæ, quæque non potuerunt citrinum ejusdem colorem invertere; unde ex conmixtione flavæ partis cum rubrâ emerget flammeus mixtus color ex croceo rubicandus, excitari potest quoque ruber color in urinis propter admistas aliquas cruoris hoc est globulorum sanguinis partes, quod futurum erit ob renum ulcus aut vasis ruptionem in pelvim partem aliquam Sanguinis eructantis; item quoties tanta Sanguinis continget dissolutio ut urina secum aliquid de globulosâ ejusdem parte abducat, ut contigisse memini in Matronâ quadam nobili quæ ab acutâ peripneumoniâ convalescens urinam sanguineam loturæ carnium similem per mensem unum et alterum reddidit.

Jam si spectentur urinæ penes excessum primarum qualitatum solo calore acuto peccare comperientur; idque continget quoties æstuante summèque fermentante massâ sanguineâ summum urinosæ partes motum concipient, seu adventitius ille color sit et à sanguine mutuatus seu ingenitus et à motu salinorum principiorum in urinis contentorum ortum habeat: Etenim utroq' modo præter naturam incalescere possunt urinæ: nihil enim obstat quominus sanguis intensè fervescens caloris motum p[ar]tibus urinosis admixtis conciliare possit, eumq[ue] denique fovere; dum etiam urina in renibus secreta est, atque in vesicam devoluta; quippe

sufficit intensus calor sanguinis vesicam alluentis ad conservandum rapidum motum quem urina à sanguine cui proximè miscebatur susceperat; neque magis repugnat extricatas vi fermentationis in sanguine alkalinas acidasque particulas si urinoso sero copiosè misceantur intensum fervorem dum in bilem occurrent concipere tuerique ad multum tempus vel etiam dum promiscuè cum urinâ in vesicam præcipitata sunt; imò vero simile est quoniam ardentes urinæ ut plurimum intensè rubent, flammeumque obtinent colorem, acidam partem in urinis prædominari, ruber enim ut jam diximus color acidi proles est.

Præter vitia quæ occurrunt in urinarum substantiâ, est etiam observanda earumdem quantitas quæ excedere potest vel deficere præter naturam: augebitur autem excedetque urinarum copia duplicem ob causam, primum quidem quoties sanguinis Massa aut potius lymphaticæ ejusdem partes strictius inter se connectentur exprimentque è suis interstitiis conclusum serum, quomodo videmus lac coagulatum densiori factâ unione partium caseosarum suum dimittere serum, quo tempore urina limpida instar aquæ redditur; altero modo major fiet urinæ proventus quoties lymphatica pars sanguinis ob prægressum nimium motum solvetur, aut propter nimiam salium acrium actionem liquescet: ita enim fiet ut conclusæ in loculis lymphæ partes serosæ facilè dilabantur, copiâque justo majori in renibus secernantur; itaque pro variâ conditione sanguinis urina turbida, alba, satero-flava albiorve intensi coloris erit.

quantitate autem deficiet urina defectu potulentorum aut dissipatione nimiâ partis aquosæ sanguinis ut in febribus ardentibus contingit: aut demum propter nimiam partis serosæ cum lymphaticâ unionem accuratamque mixtionem, quod contingit in constitutione sanguinis crassâ et viscidâ, quam Melancolicam intemperaturam appellabant antiqui: ita enim fiet ut multò minor urinæ copia per renes excernatur.

Superest ut quæ vitia ocurrant in contentis urinarum paucis expendamus; quæ similiter commodè ad quantitatem auctam vel imminutam et vitiosum substantiæ modum referri possunt: itaque quoad quantitatem auctam peccant contenta dum seu nubeculæ seu eneoremata seu sedimenta quantitate nimiâ generantur in urinis quod deduci non potest nisi ex majori et præternaturali sanguinis motu quo partes sulphureæ et tartareæ quæ contentorum mãa sunt nimium exaltantur; imminutâ verò quantitate peccant dum vel nullum sedimentum, eneorema aut nubecula in urinis conspicitur, vel hæ omnia parvâ omninò copia generantur, quod quidem refundi non potest nisi in defectum exaltationis principiorum in massâ sanguineâ aut potius in imminutam ejusdem fermentationem, quo fit ut purum serum omni parte sulphureâ atque tartareâ destitutum in renibus secernatur.

Quod spectat ad vitium substantiæ contentorum, illud multiplex est, vitiosum namque sedimentum ut et nubecula atque eneorema dum nativam deponunt albedinem aliumve quemcumq; colorem inducunt: si enim illa vel rubra vel nigra, grisea, satero-flava &c. fuerint, protinus malè habebunt, neque aliam mutationis hujus coloris naturalis causam in contentis quæremus, quàm quæ adducta est ubi de vitiosis totius naturalis urinæ coloribus dictum est: deinde verò peccat speciatim sedimentum ubi sui ubique similis non est, sed uno loci densius alio varius, uno album alio rubrum &c. quod summam supponit turbam in motu sanguinis fermentativo, summamque principiorum quæ latici aquoso urinarum commiscentur discrepantiam: vitiosum insuper sedimentum est ubi non continuum sed disruptum in frustula instar squammarum aut sulphuris, quod quidem fieri non potest nisi propter prædominium salis summamque dispositionem quam obtinent tartareæ partes ut invicem strictè uniantur abeantque in corpus duriusculum; hinc est quod dum ~~plures~~ plures simul junctæ præcipitantur ad fundum defectu lentoris, uniri invicem non possint, sed frustulatim divisæ instar squammarum in fundo remaneant: quod autem formam squammæ nanciscantur

partes ejusmodi quæ concrescunt, repeti debet ex proportione quam habent tartari particulæ et moleculæ ut coeant hac potiùs formâ quàm aliâ quâcumque, ut videmus propter dictam particularum proportionem diversi generis salia diverso modo concrescere, atque diversam figuram nancisci, sic nitri, piramidales, salis marini cubicas.

Porrò ad contenta præternaturalia revocantur pili, membranæ, Carunculæ, sanguis ipse aliaque et primò quidem pili aut potiùs filamenta longiuscula in urinis observantur quoties laxatis aliquot renum glandulis non serum simplex sed lympha paulò crassior easdem subit intromissaque consistentiam acquirit paulò majorem; hinc enim fit ut cum continuò ejusdem indolis lympha appellat ad glandulas easdem, quæ secreta est cogatur pergere in vascula urinaria, quæ cum figuram teretem obtineant, lymphæ viscidiori factæ ac penè coagulatæ figuram eandem conciliant, quæ cum in longum ducatur satis aptè pilos videtur repræsentare. uno verbo haud aliter se habent fistulæ urinariæ respectu lymphæ viscidioris ac ferreum istud instrumentum quo varia metalla in filum ducuntur.

2°. verò Membranulæ excernuntur quoties promiscuè cum urinâ pituita lymphaticæ per renes ubertim excernuntur, deturbatæque in vesicam invicem uniuntur et concrescunt ex occasione ulceris cujusdam aut purulentæ massæ cujus impressionem patiuntur.

3° Carunculæ redduntur quoties renes aut vesica sordido quodam ulcere corripiuntur: ex eo enim fiet ut extravasatus sanguis et lympha cum pure paulo acidiori concrescant, abeantque in molem carnis aut glandularum æmulam.

4°. denique sanguis excernetur promiscuè cum urinâ, contentaque reddit vitiosa quoties vas aliquod sanguinis tum in urethrâ tum in vesicâ aut renibus erodetur aut disrumpetur, ita ut sanguis in prædictas cavitates derivari possit, circà quod non est quod amplius immoremur.

Caput ultimum de qualitatibus ut vulgò dicunt mutatis corporis.

Tertiam symptomatum classem induxerunt antiqui qui Nomine

quam nomine qualitatis mutatæ indigitarunt, quo nomine volumus comprehendere accidentia quæque præternaturalia quæ sensibus obvia sunt; quæ quia reduci solebant ad varias qualitatum species, ideirò hæc symptomata in qualitatibus mutatis appellaverunt, de quibus paucis omnino agam; et licet Galenus primas ut vocant qualitates ut calor, frigus &c de numero symptomatum in qualitate mutatâ excludat, qui nimirùm easdem habebat pro morbis essentialibus, quoniam tamen longè aliam statuimus morborum essentialium naturam parùm moti ejus autoritate, tàm primas quam secundas et tertias qualitates ad hoc symptomatum genus revocare nunqum verebimur: quamobrem statim recensebimus inter qualitates corporis mutatas quæ manifestæ sunt obviæque Medici sensibus, calorem, frigus, siccitatem et humiditatem quoties præternaliter excedent in externis corporis partibus: quippe illæ omnes affectiones morbos partium fluidarum, modo aliàs explicato, tanquàm symptoma consequuntur; mox verò inter symptomata qualitatis mutatæ referemus omnes corporis affectiones quæ qualitatum secundarum nomine veniunt apud antiquos, quæque juxtà quintuplicem sensum quo percipi possunt in quinque species distribui poterunt; ac proinde habito respectu ad visum, vitiosus erit color corporis flavus, ater lividus, plumbeus, ruber, et quicumque alii præter naturam inducentur vel in toto corpore vel in quibusdam corporis partibus. ad visum etiam referri potest vitiosa corporis figura mutataque species morbi cujusdam occasione unde collapsa tempora, nasus acuminatus genæque depressæ, quæ uno nomine facies Hippocratica nominantur inter symptomata in qualitatibus visibilibus numerari poterit

2°. si respiciamus ad tactum seu ad ea quæ tactu percipiuntur præter enumeratas primas qualitates symptomatum rationem habebunt scabrities præternaturalis, lævitas, tensio nimia, mollities, flexibilitas partium externarum ubi illa naturales excedunt terminos.

3°. referemus ad odoratum pravos quoscumque odores qui ab ægro corpore manant quandoque è naribus aut palato, quandoque ex toto corpore.

4° ad gustum revocabimus sapores vitiosos et inconsuetos quos æger experitur in propriâ salivâ aut alimentis quæ masticat et deglutit

5° demum ad auditum referemus sonos præternaturales qui quandoque excitantur in corpore ut sunt Borborigmi in ventre, vox clangosa, raucaque, dentium stridor &c.

Sectio 4ª de signis morborum

subsectio prima

de signo medico in genere

caput primum de signo medico ejusdemque divisione

Tametsi in ipso Pathologiæ limine varias morborum species accuratè satis definivimus, atque ex ipsâ symptomatum quæ invehunt serie facilè alter ab alio discerni possit, haud inutilem tamen operam navaturi sumus si tractatu singulari tradamus signa quæ distinctiùs tùm naturam tùm eventum morborum indigitant; ut inde seveniùs ad curationem eorum accingi tyrones malisque imminentibus occurrere valeant. quamobrem ne quid intactum relinquamus quod praxim facturos juvare possit semeioticen vulgarem non tradere modò, sed et jactis fundamentis accommodare libet. verùm priùs sigillatim signa denuncianda sunt quibus natura eventusve morborum patefiunt, quàm generalem signi notionem apud medicos, divisionem et fontes proposuerimus: ne quid ergo moremur.

Signi medici nomine intelligimus illud omne quod sensibus obvium aliquid aliud in corpore nostro latens significat; Ex quo patet non effectus modò inter signa apud medicos locum obtinere, sed ea etiam omnia quæ causarum vices gerunt; unde multò latior est signi apud medicos significatio quàm apud Dialecticos, qui ea tantum appellanda signa docent quæ solummodò ab effectis desumuntur.

jam verò signa medica juxtà methodum Galeni triplicia sunt, salubria nempe, insalubria et neutra, de quibus singulis agere præter institutum nostrum videtur: Enimverò præterquam quod nostri

corporis salubritas signis non indiget, ut pote quæ ex libero functionum exercitio atque ex relatu ipso uniuscujusque satis innotescit: accedit quod neutra dispositio ut potè quæ medium aliquod sanitatem inter et morbum obtinet, vix possit dignosci nisi per cognitionem eorum quæ extrema illa significant, unde hæc tantùm signa quæ morbosum corporis statum designant ut potè quæ ad Pathologiam spectant institutum id ferre contenti erimus.

insalubria ergo signa in universum dividuntur in Diagnostica seu demonstrativa, quæ præsentem morbum indicant, Prognostica quæ futurum morborum eventum prænunciant, ac demum ἀναμνηστικὰ seu commemorativa quæ præterita commemorant. verùm quia præterita ideò tantùm in memoriam reducuntur ut vel meliùs innotescat præsens corporis status vel futuris occurratur eventibus, ideò signa commemorativa ad diagnostica et prognostica commodè revocabimus. cæterùm signa diagnostica speciatim Pathognomonica seu passionem indicantia nuncupantur, illaque morbum continuè comitantur, cum eodem incipiunt et desinunt, ac pro Magnitudine Morbi augentur et minuuntur, unde signa propria et specialia dici consueverunt: sic spirandi difficultas, tussis, sputum cruentum et febris assidua signa propria et Pathognomonica inflammati pulmonis dicuntur. ad diagnostica etiam et prognostica referuntur ovveδεvovτα seu assidentia signa quæ necessariò quidem morbo non cohærent nec ejusdem naturam indigitant, sed alia diversa quæ accidentariò morbis eveniunt, ut magnitudinem, Morem, eventum &c. illa autem apud veteres sunt triplicis generis, alia nempe humorum cruditatem et coctionem indicant; alia salutem et Mortem, alia crisin et solutionem morbi, quæ omnia cum inter morborum initia plerumque non appareant sed in decursu, ideò illa ἐπιφαινόμενα id est post apparentia, vel ἐπιγενόμενα id est post genita nuncupantur. jam ad fontes generales à quibus desumuntur signa, nobis deveniendum est.

caput

Caput 2um de generalibus fontibus à quibus omnia signa repetuntur.

Tria sunt unde desumi possint signa cujuslibet morbi. primum quidem ex ipsâ morbi naturâ; sæpe enim Morbus ex se seu ex propriâ naturâ ita manifestatur ut nullis signis opus sit ad notionem ejusdem adipiscendam, nempe affectus externi, puta tumores aut conformationis vitia ex partium magnitudine, colore, figurâ aliis ve quæ ipsis essentialiter inhærent ita se produnt oculis, ut aliis signis non opus sit. Morbi verò quorum natura non ita in propatulo posita est ex aliis signis cognoscuntur quæ ad duplicem omninò fontem revocari possunt: cum enim ad comparandam rei cujuslibet notitiam non nisi viâ duplici progredi liceat, à priori nempe ut loquuntur ~~eu~~ et a posteriori, seu ducendo potiùs rei quæ ignoratur cognitionem à suis causis aut à suis effectibus; idcirco præter assignatum fontem signorum ~~cognoscendum~~ et alios duos ad integram morborum cognitionem adipiscendam inducemus, alterum quidem repetemus à causis Morbos intervenientibus, alterum verò ab eorum effectibus.

2°. itaque duci possunt signa morborum à causis, sive illæ sint internæ sive externæ, seu per se, seu per accidens, ad quæ revocari possunt habilitas seu dispositio corporis, et hinc facilis vel difficilis in hunc vel illum morbum prolapsus: ita qui à naturâ temperiem calidam sortiti sunt, facilè morbis calidis, difficilè frigidis corripiuntur. hùc pertinent etiam juvantia et nocentia, quæ enim morbum augent argumento sunt convenire morbum cum his rebus quæ eidem vires addunt: contrà verò si quid juvat et prodest ægrotanti, contrariam morbo naturam ei inesse significatur.

3°. loco repetuntur signa ab effectibus omnibus quæ hùm morbum tum causas morbosas insequuntur. inter effectus referenda sunt

accidentia seu symptomata seu mutationes omnes quæ in actionum exercitio in excretis et retentis aliisve quæ se produnt in corpore ægrotantium affectionibus, haud observari solitis in corporibus sanorum. Cæterum vix licet singulorum morborum naturam eruere ex hoc triplici allato signorum fonte; non raro enim imo frequentius ô abscondita est morborum natura: causarum vero cum morbis quos inferunt respectus adeo in promtu non est, ut illæ exquisite indicare queant speciem morborum: alias effectus seu morborum symptomata valde confusa et disparatorum omnino affectuum soboles sunt, ut uni potius quam alteri tanquam fonti certo attribui non possint; unde summa in dignoscendis plerisque morbis difficultas. nihilominus tamen ex propositis signorum fontibus aliquid semper occurret unde certo natura morbi quantum nobis datum est erui possit; et modo quidem ex affectibus signa desumuntur necessaria, modo a causis, nunc ab ipsâ rei naturâ nunc à duobus simul, aliquando à singulis, quod usus et exercitatio docebunt.

adverte ab effectibus Morborum multo plura certioraque desumi signa quam ex aliis duobus fontibus, unum quandoque signum ô sufficere ad comparandam Morborum notionem, sed plura simul desiderari, ut certo possit erui morbi natura; unde vulgaris ista apud practicos loquendi formula ex syndrome seu collectione signorum significatur.

subsectio 2ª de signis diagnosticis morborum inorganicorum.

caput 1um de signis Morbosæ qualitatis humorum.

tam varia tamque multiplex est morborum inorganicorum species tam involuta diagnosis ut lynceus ille sit qui alteram humorum labem ab alia possit discernere: cum enim vel unum sanguinis vitium

innumera alia plerăque invehere soleat, quæ licet disparata consimiles tamen functionum læsiones afferunt, vix ac ne vix quidem licet in tantâ caligine aliquid certi definire, symptomataq; quibus se produnt morbi huic potiùs quam illi affectui attestari; sunt tamen quibus moveamur ad distinctam inorganicorum affectuum diagnosim comparandam, ab illis quippe omnia penè solidarum partium vitia ortum habent, quæ nec curari ullo modo possunt neglectâ humorum curatione. Enitendum igitur quantùm in nobis erit ut signa inorganicorum morborum quam maximè propria et manifesta tradamus, juxtà propositum ordinem in primâ sectione, ut proinde triplex futura sit signorum classis quâ duci possimus in cognitionem morborum inorganicorum: Ergo alia nempe signa monstrabunt quantitatem vitiosam humorum, substiæ modum vitiatum, alia porrò patefacient motum præternaturalem.

quod ad primum attinet ut duplex est vitium sanguinis q̃titate peccantis, duplex quoque statuenda venit signorum classis, nempe alia quantitatem auctam, alia imminutam demonstrant.

auctam Sanguinis quantitatem significant in primis amplitudo tumor ac tensio venarum cutem extimam perreptantium, pulsus plenus citrà exercitationem aut calefactionem aut externam aliam causam prægressam: cum enim turgescentia venarum non nisi à sanguine distendente ortum habeat, planum est si præter modum illæ distendantur, in iis uberiorem sanguinis copiam contineri quam naturalis corporis status postulat: similiter cum plenitudo pulsûs non nisi à sanguine implente et dilatante arteriarum latera suboriatur, colligendum quoties abest febris aut incalescentia c̃poris nimia, toties ex pleno pulsu justo majorem sanguinis copiam in arteriis adeòque et in toto corpore contineri. plenitatem (terme de vitruve) quoque humorum humorum indigitant inconsuetus cutis rubor maximè faciei, spontanea etiam lassitudo illa præsertim quam tensivam appellant. enimverò cum floridus habitûs corporis color non nisi à sanguine illic circulante suboriatur, sequitur si præter morem cutis

rubescat, protinus in ejus contextu ruboris causam adaucitam haē sanguinem ad illam solito majori copiâ propelli: cum autem nulla sit ratio cur solito magis feratur sanguis ad cutem quàm de more, nisi quia præ copia suâ quærit sibi viam per singula vasa totius corporis, planum est vel ex rubore inconsueto cutis, humorū seu sanguinis plenitudinem significari.
neque minus ex lassitudine tensiva motusque muscularis -- difficultate arguitur humorum plenitas: enimverò cum eatenùs flaccidæ sint partes et motibus muscularibus se præbeant faciles, quatenùs facile obsequuntur humores in vasis musculis contenti cedantque pressioni fibrarum carnearum contractionem exercentium, planum est si ægrè contrahantur musculosæ partes, totum id in sanguinem plus æquo replentem ac distendentem interstitia et poros fibrarum carnearum refundendum esse: ac porrò cum musculi plus æquo sanguine turgere non possint, quin et vasa quoque eòdem distendantur, sequitur ex eo quod lassitudo tensiva et difficultas ad motum localem exercendum persentiatur, clarè plenitatem vasorum significandam. ad tensivam lassitudinem revocari potest respirandi difficultas: illa enim eòdem modo demonstrat vasorum plenitudinem; atque id quidem duobus modis, vel quatenùs ægrè moventur præ copiâ sanguinis quâ turgent musculi respirationi dicati, vel quia onerati et ingurgitati pulmones nimiâ humorum copiâ vix appellenti aeri cedere valent atque dilatari. arguunt insuper plethoram somnus quam pro natura profundior, mens tarda hebesque præter consuetudinem; his adde excernendorum humorum, putà menstruorum, urinæ, bilis suppressionem. nimirùm in benè constitutis vix somnus diuturnior profundiorque supervenire potest, vix mentis hebescere quoque functiones nisi à defectu spirituum, qui cum reipsâ non deficiant in sanguine ut potè qui alioqui benè comparatus est, superest ut tribuatur simplici compressioni glandularum cerebri quam inferunt humores quibus plus æquo glandulæ distenduntur,

unde absentibus aliis signis vitiosam sanguinis diathesim demonstrantibus et somnus et torpor mentis plethoram dilucidè satis ostendet. de consuetarum evacuationum suppressione non est quod dicam, obvium enim cuilibet absentibus obstructionibus colatoriorum suppressionem urinæ menstruorumve non nisi à compressione in glandulis renum, uteri ve inductâ oriri posse; quæ cum in iis qui alioquin benè habent inferre aliud non possit quàm copia sanguinis, patet eandem vasorum plenitatem abundè colligi. his omnibus plethoræ signis addi possunt nonnulla alia quæ à causis repetenda sunt: quippe si quis paulò pleniore utatur cibo, nec tamen corpus solito more exerceat, facilè colligi potest redundare humores in vasis: cum enim paulò plus assumat alimentorum quàm desideratur ad resarciendam jacturam quæ fit singulis diebus, quæque ob exercitationis defectum et desidem vitam quæ minima est, copiosissimos sensim in vasis congeri humores necessum est. præsentem denique humorum plenitatem significant juvantia et lædentia: si quis enim facilè fert evacuationes cujuscumque sint generis; seu manifestæ quæ sanguinis missione, diuresi aut catharsi ve fieri solent; seu insensiles, quæque viâ transpirationis et sudoribus perficiuntur, signum erit redundare humores in vasis: neque verò evacuationes ullo modo conferre possunt ad valetudinem confirmandam nisi quatenùs demunt aliquid de plenitate humorum; secùs enim quoniam vix evacuationes fieri possunt etiam vitiosorum humorum quin simul plerasque utiles amoveant partes, futurum ut nisi plethora functionum exercitiis officeret vel ad levissimam factam humorum detractionem totum corpus infirmaretur. similiter si alimenta copiosè ingesta vita deses, somnique diu protracti gravitatem corporis inducant; arguitur vasorum plenitas; quanquàm enim illæ omnes causæ alio modo quàm illatâ humorum plenitate functionum exercitiis officiant præsertim si vitiosa erit humorum compages, apertè tamen demonstrant vasorum plenitatem; planum enim est cibos copiosè ingestos copiosum

suppeditare sanguini chilum, indeque si forte aberunt causæ dissipantes, copiosum humorem gignendum esse.

Significant contrà imminutam humorum copiam summa virium prostratio cum totius corporis extenuatione, maximè verò si præcesserint evacuationes immodicæ, obstinata jejunia aliave id genus quæ tùm manifestè tum insensibiliter absumere possunt fluidas nostri corporis partes: Enimverò cum enervari corpus non possit nisi à defectu spirituosarum partium procul ad tensionem musculi conferentium, nec deficere queant spiritus nisi vel propter imminutam humorum copiam, aut perversam ac immutatam eorumdem contexturam naturalem, planum est si corporis marcor virium imbecillitati accesserit, illam ipsam virium prostrationem minutam humorum q̄titatem significare; et verò licet totius corporis extenuatio plerumque suboriatur à vitiosis sanguinis affectionibus purâ salsedine acri aut nimiâ crassitudine, compertum tamen inductum Marcorem à quocumque vitio sanguinis protinùs vel imminutam humorum copiam supponere vel accersere; unde quoties virium imbecillitati marcor accrescet, toties imminutam naturalem humorum copiam statuemus.

Sed quantitas humorum imminuta multò clariùs colligitur ex causis ipsis, immoderatis nempe evacuationibus, quæ seu hæmorragiis, seu Catharticis, diuresi, diaphoresi aut ptyalismo fieri solent: obvium enim cuilibet hac saltem parte minuendam humorum copiam quæ vacuatione ablata est; unde si plus æquo fluxerit sanguis per nares, uterum, aliave loca, aut sudore diffluxerit corpus, aut urinam plus justo venes dimiserint ex colligendum protinùs si functiones inde lædi continget, imminutam fuisse naturalem humorum copiam. favent quoque comparandæ hujus corporis statûs notioni juvantia et lædentia, si nempe quis ab alimentis assumtis vires recuperabit, somnoque et quiete diutiùs protractis levabitur, indicium erit quantitate deficere humores, cum vel levi alimentorum additione toti corpori vires ac robur addantur.

similiter si jejunia, vigiliæ, aliaque exercitationes corporis assuetæ magis viros intirment, imminutam humorum copiam ex æquo colligemus; tametsi enim illa omnia corpus graviter afficere possint etiam non imminutâ naturali humorum copiâ vix tamen evenire potest quin tandem hunc ipsum humorum defectum inferant.

Caput 2um de signis vitiatæ partis salinæ sanguinis.

Si quæ sint morborum signa quæ summam requirant attentionem illa certè quæ varia salinarum partium vitia significant; ut enim toties diximus, ex variis principii salini mutationibus prodit innumerabilis symptomatum ac morborum cohors, ut penè omnis scopus medici in curatione morborum eò collimare oporteat ut nempe salinarum partium vitia corrigantur: enimverò simul ac salinæ partes ad naturalem statum redactæ sunt, necessitate velut mechanicâ restitui ad pristinam temperaturam hoc est miscelam et unionis modum omninò necesse est.

Ergo quoniam quatuor morborum classibus salinarum partium vitia comprehendimus, acido nempe volatili morboso, acido fixo, salso volatili, salso fixo morbosis, distinctis pariter quatuor classibus eorumdem signa concludemus.

Ac primò quidem acidum volatile in sanguine prædominari significant causæ omnes procatarticæ quæ involutas ptes salinas evolvere atque in motum concitare possunt; tum etiam illæ omnes quæ majorem ejusdem proventum possunt inducere. ad primum referri possunt animi pathemata vehementiora, illa præsertim quæ majorem spirituum influxum promovent in partes capiti subjectas, ut sunt ira immodica, gaudium immodicum; cum enim à nimio spirituum fluxu summum exagitetur sanguis non expediri exacuive involutæ acidorum partes non possunt. quod idem dicendum de exercitationibus immodicis, nimio æstu suscepto, nimiâ venere;

aliisve id genus quæ naturali sanguinis motui stimulos addere possunt; neque enim assiduè contrahi queunt partes musculosæ quin validè prematur sanguis urgeaturque in venas, quin item uberiorem spirituum copiam admittat, unde tam penès motum progressivum quam penès motum fermentativum ac fluidi mutandus erit: quia verò adaucto circulationis motu atque fermentativo, continuâ agitatione atteri minuique singulas partes necesse est, fiet ut ex acido involutæ partes quæ primas tenent in motu fermentativo multiplici luctâ ad summam volatilitatem perducantur, emergetque constitutio acido volatilis massæ sanguineæ; idemque præstiturus erit calor externè susceptus à sole, igne aliisve actu calentibus quæ seu intromissione factâ corpusculorum perniciter actorum, seu multiplici concussione circà corporis ambitum contentos humores mirè exagitant et ad majorem motum suscipiendum disponunt, unde regio calida et tempus æstivum inter signa acidi volatilis in sanguine prædominantis eatenus computari possunt. huc faciunt hæreditaria dispositio, juvenilis ætas, sexus virilis; quippe compertum est varias parentum dispositiones in prolem transmitti unde si parentes acido-volatilem sanguinis constitutionem nacti sunt, conjectari licet et eandem in prole vigere. deinde verò quoniam vegetior est fermentativus sanguinis motus in juvene quam in infante aut sene, in homine quàm in fœminâ, proindeque in illis principia magis atteruntur quàm in his, planum est et acidum ut potè magis attritum in illis magis volatile fore quàm in his.

Ad secundum verò sensum revocari possunt cibi et potus calefacientes et acido volatili aut salso-acri referti, cujusmodi sunt usus alliorum, ceparum, piperatorum, salsorum, vini aut spirituosorum aliorum liquorum, cum enim illa omnia turgeant acido plerumque volatili intendantque notabiliter motum sanguinis fermentativum, non augere non possunt acidum volatile, aut intricatum saltem evolvere.

2.° loco significant acidum in sanguine varia functionum læsiones somnus paucus, levis ac vigiliæ, iracundia, furor, audacia, jactatio

membrorum immodica, somnus turbulentus, sensus quam pro more vegetiores ac . . . . .
1.º quidem somnus paucus et levis; cum enim eatenùs dormiamus quatenus principia omnia Massæ Sanguineæ ad respectivam quietem componuntur, paucique adeò suppeditantur spiritus vigiliæ autores, planum est si somnus erit parvus vix quidquam copiâ consuetâ ad vigiliam desideratâ ~~datare~~ deficere spiritus ubertimque illos nullo non tempore cerebro suppeditari: cum autem ita suppeditari non possint spiritus nisi indesinenti motu ac præternaturali cieantur principia massam sanguineam cstituentia, nec exagitari, quin summè extricentur acida atterantur que, quæ nimirum in fermentatione sanguinis non præternaturali primas tenent, sequitur somnum levem et paucum acidi sgûinis volatilitatem significare ac motum: eâdemque dicendum occurrit de vigiliis, neque enim vigilare nobis datur nisi quoniam turget cerebrum nervique inde ad partes deducti spirituoso fluido: cum autem turgere non possit cerebrum spiritibus, nisi quoniam assidua est et major quàm pro naturâ sanguinis fermentatio quæ sine luctâ et attritione acidorum sanguinis fieri non potest; sequitur vigilias tanquàm effectum demonstrare tum motum sanguinis majorem quum acidorum volatilitatem. 3.º iracundia furor et audacia vel eo solo nomine quod summam in cerebro nervisque omnibus tensionem supponant, summamque adeò copiam spirituum, qui nisi sanguis intensè fermentetur summamque acidorum volatilitatem obtineant vix extricari possunt à reliquorum principiorum compedibus: quod autem ira furor: quod autem ira furor et audacia summam nervorum tensionem supponant non est quod dubitemus: neque enim irasci aut fugere nobis contingit nisi quia nos graviter afficiunt externa corpora vel levi etiam contactu: atqui nisi summè tendantur nervi vix leves corporum impressiones traduci possunt ad commune sensorium, graviterque adeò mentem afficere, sequitur ergo iram vel propensionem ad iracundiam tum etiam furorem inde obortum prærequirere summam nervorum ac cerebri tensionem, copiam summam spirituum eorumque motum. de audaciâ nihil est quod dicam: certum

enim est illam sobolem esse fiducia virium corporis ante probatarum, quas quidem in copiâ spirituum, nervorum tensione positas esse nemo negaverit. 4º præternaturalem acidi volatilitatem arguunt somni turbulenti incondita que membrorum jactationes: cum enim turbari somnus non possit nisi quatenus spiritus citatiori motu feruntur in cerebri meditullium, aut quia irregularem atque inordinatum motum suscipiunt a contusis heterogeneis particulis cum nec citatius aut inordinatè moveri possint spiritus nisi summè et intensius quam pro naturâ fervescat sanguis, proindeque ejus principia fermentativa volatilitatem nimiam adipiscantur, sequitur interturbari non posse somnum quin simul de auctâ acidi volatilitate suspicio fiat: jam verò quoniam immodicæ membrorum jactationes pariter supponunt inordinatum spirituum motum, illæque pariter ad auctum sanguinis motum et principiorum attritionem comitantur, planum est jactationem Membrorum præter naturalem quoque principiorum acidi præsertim volatilitatem significare. 5º ac denium sensus omnes solito vegetiores indigitant summam acidi sanguinei volatilitatem; cum enim sensuum acutio, summam nervorum organorumque tensionem supponat quam sola spirituum copia inducere potest, volatilitatem summam humorum acidi præsertim monstratura est, cum ex toties repetitis copiosè excerni ac suppeditari non possint spiritus cerebro nisi à motu et luctâ principiorum sanguinis majoribus, quæ nisi acidum volatile erit ac summè extricatum, vix ac ne vix quidem fieri poterunt. his adde ingenii solertiam solito majorem, ex æquo enim illa volatilitatem principiorum omnium imò distinctius significat, solertia enim ingenii tenuiores ac mobiliores postulat spiritus, qui nisi principia fermentationis sanguinis, præ primis verò acidum sanguinis volatilia futura sunt, non inertes atque ad motum inepti esse non possunt.

3º loco præternaturalis acidi volatilitas ex vitalium functionum pulsûs præsertim læsione deduci potest: imprimis verò ex pulsûs frequentiâ

frequentiâ et magnitudine totiusve corporis calore immoderato: enimverò quoniam frequentior contrahi cor non potest nisi quoniam frequentex subit ejusdem fibras fluidum cordis motivum, nec subire potest nisi quia summè expeditum est extenuatumque, quod quidem nisi à vehementi sanguinis fermentatione produci non potest, proindeque non nisi à congressu acidi summè expediti cum partibus alkalinis, sequitur frequentiam pulsûs arguere præsentiam acidi volatilis in massâ sanguineâ si modò frequentiæ magnitudo se junget aut calor moderatus: nihil enim magis arguit copiam fluidi cordis motivi quàm pulsûs magnitudo: nisi enim fluido illo motivo turgeant cordis fibræ, vix magna hujus ptis contractio excitari poterit indeque adeò sanguis ubertim in ductus arteriarum, unde magnitudo pulsûs: atqui certum est non posse suppeditari ubertim fluidum cordis motivum nisi singula sanguinis principia summè expediantur, in primis verò acidum volatile ut potè auctor omnis ferè motûs in sanguine. porrò calor immodicus totius corporis frequentiæ pulsûs accedens, seu absit magnitudo seu non, æquè tamen acidi volatilitatem demonstrat in sanguine: cum enim calor corporis soboles sit fermentationis massæ sanguineæ, fermentatioque ipsa immoderata luctam principiorum et attritionem majorem supponat, quod sine volatilitate et extricatione acidorum volatilium quàm pro nãâ majoribus præstari non potest; sequitur et calorem ipsum immoderatum indicium esse volatilitatis acidorum. dixi calorem frequentiæ pulsûs jungendum esse; neque enim tametsi calor deseviat in extremis corporis partibus, nisi tamen frequentior cor contrahatur, vix erit calor argumentum sufficiens statuendæ volatilitatis acidorum in sanguine; imò verò in ejusdem vehementiâ colligemus summam principiorum omnium adeòque acidorum fixitatem in sanguine, uti non rarò evenit in Maniacis quorum sanguis intensè crassus et fixus est, utcumque calore penè deurenti afficiantur. quartò præternaturalem acidorum volatilitatem significant variæ functionum naturalium, præsertim verò inappetentia, ciborum fastidium,

sitis intensa motusque venerei solito frequentiores: Enimverò quoniam ciborum fastidium et sitis intensa simul æquum intestantia summam supponunt salsi salivalis extricationem summamque acrimoniam, nec extricari acriusve reddi salsum ejusmodi queat nisi summè agitentur principia massæ sanguineæ invicemq; lucentur; quod quidem sine summâ acidorum volatilitate consistere nequit, sequitur inappetentiam præsertim si accesserit sitis inexplebilis, argumentum esse vitiosæ acidorum volatilitatis: jam verò quoniam stimulari non possunt partes generationi dicatæ ad motus venereos, nisi ad motum majorem seminis quidem in viris, serosi verò laticis qui per lacunas excernitur in fœminis, cum nec solitò vehementius exagitari queant humores humores prædicti semen videlicet et latex serosus nisi plus æquò fervescat sanguis, clarum est vel ex eo ipso præternaturalem acidorum volatilitatem significari.

ad hunc ipsum fontem signorum volatilitatis acidorum revocari possunt saliva et sputum amaricantia, urina intensè flavescens ignea et mordax, inediæ difficilis tolerantia in benè habentibus, macilentia, gracilitas, factumque celeriter totius corporis incrementum: enimverò quoniam amaricari non potest salivalis humor sine summâ salinarum quas in sinu suo fovet partium exaltatione sulphureæve partis divisione, nec exaltari salinæ partes dividiq; sulphureæ possint nisi ad solito majorem motum totius massæ sanguineæ, qui quidem nisi volatiles essent fermentaceæ ejusdem partes, vix advocari potest, sequitur ex eo satis aptè dignosci posse motum ac volatilitatem acidorum massæ sanguineæ: jam quoniam flavum cum igneusve urinæ color intensiorem ejusdem acorem arguunt, qui sanè non nisi à summâ acidorum in sanguine extricatione ac divisione suboritur, planum est colores ejusmodi urinarum, acidorum quoque volatilitatem significare; deinde quoniam inediæ tolerantia difficilis supponit in benè habentibus summum sanguinis motum quo spiritus summè difflantur, obvium est ipsammet etiam vel inediam quam difficilè patiuntur sani æg

arguere in ægrotis motum ac volatilitatem nimiam principiorum adeóque et acidi volatilitatem. similiter quoniam externis partes marcescunt gracilesque fiunt, quoniam rapidiori suo motu sanguis magnam abripit excutitve succi nutritii partem, quod sine motu ac volatilitate acidorum præstari non potest, sequitur difficilem inediæ tolerantiam acidum plus æquo volatilisatum in morbis significare, neque minus arguitur acidi volatilitatis ex incremento corporis celeriter facto: liquet enim attendenti non posse extendi partes vel consequi solito citiùs destinatos magnitudinis terminos nisi vegetiori ac vividiori motu cieantur humores, quod nemo nisi in extricationem ac volatilitatem principiorum adeoque acidi sanguinei acceptum retulerit.

4º ac demùm significant acidi volatilitatem proclivitas in morbos ab acido volatili dependentes; ex eo namque quod quis frequenter in ejusmodi morbos incidit argumentum est præsentem affectum in præternaturalem acidi volatilitatem referendum esse. ac Porrò juvantia et lædentia tàm in statu morboso quàm in statu nāali: si enim tàm ægrotantes quàm sani juventur incrassantibus et nimiam acidi volatilitatem ac motum obtundentibus, cujusmodi sunt refrigerantia vulgaria, indicium est tàm in morbo quàm in statu naturali prædominium obtinere acidum volatile: contrà verò si quis lædatur spirituosis acido volatili turgentibus aut etiam alkalino volatilibus, ac porrò remediis vulgaribus calidis quæ principiorum sanguinis volatilitatem promovere possunt protinùs nimiam acidi sanguinis volatilitatem arguemus.

jam neque sufficit acidi volatilitatem nosse in massâ sanguineâ sed et ejus afficiendi modum statumque singularem apprimè tenere plurimi interest ne quis error in morborum curatione suboriatur: alio namque modo instituenda curatio ubi acidum volatile oleosum seu oleo volatili involutum est, alio ubi phlegmaticum seu quod idem est multò phlegmate dilutum. dignoscitur itaque acidum volatile oleosum ex signis jam propositis acidi volatilitatem

acidi monstrantibus: mox verò ex propriis signis inter quæ locum potissimum obtinent constitutio massæ sanguineæ pinguis et oleosa habitus quoque totius corporis pinguis præsertim verò si effervescentia præternaturalis sanguinis accesserit; neque enim acidum ejusmodi temperaturis evehi atque ad volatilitatem perduci potest, quin ob rapidum totius massæ sanguineæ motum extenuatas magis sulphureas partes adsciscat in societatem evadatque in acidum volatile oleosum. illam ipsam oleosam acidi volatilitatem indigitat pariter æstus totius corporis immodicus, calorque ut vocant siccus: neque enim nisi sulphurea pars summè evolvetur poterit acidum volatile concurrens cum aliis fermentationis principiis æstum intensiorem producere aliquamve siccitatem in toto corporis ambitu inferre; certum namque est acida cujuscumque generis dum fermentantur expedita esse ab omni consortio partium sulphurearum tametsi fervorem producunt, multò minorem tamen producere quàm illa ipsa dum implicata sunt partibus sulphureis; deinde compertum est experientiâ sulphura dum incalescunt multò intensiorem motum et calorem suscipere quàm salina aut aquea: unde non mirum si penè omnibus immersis aut admotis corporibus humore turgentibus ariditatem concilient, quod verò præstant aquea aut salina intensè calentia: cum enim majori motu sulphureæ partes arietent impetantque corpora humore aqueo turgentia, faciliùs eundem in motum concitant et excutiant, proindeque ariditatem et siccitatem accersunt corporibus: ac porrò sitis inexplebilis arguit acidi volatilis oleosi præsentiam in sanguine; cum enim sitis quantò major est tantò majorem supponat æstum in faucibus, ariditatem quoque majorem et acrimoniam salsi salivalis, nec æstus major, siccitas et acrimonia salsa in humore salivali produci queant nisi à motu vehementiori massæ sanguineæ, qui quidem soboles est acidi volatilis oleosi, sequitur et sitim inexhaustam acidum volatile oleosum significare.

Acidum verò phlegmaticum arguunt constitutio sanguinis totiusve corporis humida calidave, in primis verò calor mitis et vaporosus, qui adeò mollitiem et flexilitatem potiùs confert cutaneis partibus quàm

siccitatem: quod enim caro mollior est exudatque continuò serosus humor per cutis spiracula, signum est manifestum fermentationem sanguinis mitiorem proindeque acidum volatile nimio phlegmate dilutum esse quam ut intensum fervorem possit producere, atque id quidem tantò magis quod inter ipsum auctum sanguinis fervorem exudat ubertim humor serosus à toto corporis habitu, indicium sanè luxuriantis phlegmatis in sanguine. huc pertinet sitis vel nulla vel quæ facilè sedatur: quod enim febricitantes quorum acidum volatile factum est non sitiant vel sitiant moderatè, argumentum est neque æstum in sanguine summum esse, neque in eo phlegmaticas partes deficere nec salso-acres salivales partes posse molem naturali majorem acquirere, quæ omnia dilucidè monstrant acidum quo exagitatur sanguis phlegmate multo dilutum esse: atque hæc omnia acidi volatilis signa facilè traduci possunt ad significandam Alkalini sanguinis volatilitatem: nunquam enim acidum ad volatilitatem perducitur quin protinùs et alkali volatilitatem adipiscatur, unde frustrà tempus teramus in signorum volatilitatis partium alkalinarum enumeratione, quæ alioquin in fermentatione sanguinis passivè se habent, ut transeundum nobis sit ad signa præternaturalem acidorum fixitatem indigitantia.

Fixum itaque præternaturaliter acidum demonstrant inprimis causæ omnes quæ acidi fixioris proventum inducere possunt, cujusmodi sunt alimenta acida, fructus acidi, austeri, item dulcia, saccarata et mellea; crassa, itemque coctu difficilia alimenta; illa enim omnia suapte naturâ acidum illud fixum in corpore producunt, ut potè quæ vix atteri ita et subigi possunt à ventriculi fermento, quin ingenitum acorem fixum retineant, totique massæ cui affunduntur communicent. acidi pariter fixitatem significant animi Passiones vehementiora, præsertim illæ quæ consuetum inhibent spirituum influxum in partes, cujusmodi sunt moeror et tristitia, metus, et curæ, sollicitudines assiduæ, meditationes: cum enim in hisce omnibus animi motibus spiritus solito minori copiâ ferantur in

in partes, debilitari imminuique notabiliter sanguinis motum necesse est: unde cum per infirmatum fermentationis motum de more misceri non possint reliquis sanguinis principiis alkalia volatilia vel avolant magnam partem vel sulphureis partibus involvuntur; ac proinde feriari ac torpere acida volatilia defectu pugilis sociis accrescere particulis, atque in majorem molem facessere, seu quod idem est fixari omninò necesse est.
In hunc sensum referri possunt frigus preposterè susceptum quo sensibiliter imminuitur fermentationis humorum motus, ciborum quoque ingurgitatio, cujus ratione fit ut acidæ cruditates in primis viis generentur: ac demum quoque omnes procatarticæ causæ quas acidi siccitatem inferre diximus alibi. potiora in tamen signa acidum fixum significantia repetuntur ex variâ functionum læsione in primis verò ex pulsu parvo modò frequi, modò tardo, et respiratione tardâ rarâ et suspiriosâ: cum enim parvus esse non possit pulsus nisi quia parcè suppeditatur fluidum cordis motivum, nec suppeditari parcè dictum fluidum possit nisi defectu fermentativi motûs in sanguine, quod sanè præternaturaliter fixa aut involuta arguit sanguinis principia, planum ex tarditate pulsûs argui colligive posse sanguinis fixitatem: deinde verò quoniam celeritas respirationis non nisi à celeri et copioso fluxu spirituosarum partium in musculos respirationi dicatos ortum habet, sequitur hinc tardè spiritus et minori copiâ et minori motu derivari in dictos musculos, proindeque et fermentativum humorum motum imminutum esse, ac porrò acida ut et reliqua massæ principia ad fixitatis atque depressionis statum redacta significari; neque minus ejusdem respirationis raritas arguit acidorum fixitatem: hinc enim colligere est adeò lentè et pacatè sanguinis Massam per pulmones traduci, ut nullâ ratione vim inferat nervis pulmonaribus ex quorum divulsione stimulamur ad frequentiam respirationis:

cum autem ita languidè ac pacatè moveri non possit sanguis per pulmones nisi propter imminutum ejusdem motum, illudere licet vel ex raritate respirationis statum acidorum fixum dignosci posse.

2°. loco significant acidi fixitatem in sanguine variæ functionum animalium læsiones, in primis verò inertia ad motum, et à motu musculari vel levi defatigatio, morositas et ad meditandum assiduè proclivitas, quibus accenseri potest judicium à naturâ maturum, ingenium studiis capessendis tractandisque negotiis aptissimum, ac demum labilis ac parum firma memoria: primò quoniam inertia ad motum necessariò supponit penuriam spirituum in musculos influentium, defectus verò spirituum non nisi à defectu motûs fermentativi sanguinis ortum habet; ac demum imminui non potest motus fermentativus nisi imminuto motu principiorum activorum, planum est inertiam ad motum omnium principiorum proindeque et acidi fixitatem indigitare; atque illud quidem præsertim si absunt indicia phlegmatis redundantiam significantia: deinde verò quoniam defatigatio corporis à levi motu fieri non potest nisi stagnet hæreatque sanguis in interstitiis partium musculosarum, cum nec hærere queat sanguis in partibus musculosis doloremve gravativum producere, nisi propter contractam majorem consistentiam, colligere est vel ex eo etiam principiorum omnium adeoque acidi fixitatem, cujus ratione deficiente fluido spirituoso tam facilè uniantur susceptumve motum deponant; neque minùs acidi fixitatem significant Morositas et ad meditandum propensio; cum enim Morositas non nisi ex distinctâ rerum omnium cognitione procedat, quam quidem producit assidua meditatio, cum nec attentè liceat meditari nisi quibus spiritus animales vix sufficiunt ad musculares motus edendos, adeoque et in quibus pauci separantur in cerebro colligendum ob rationem jam dictam petitam ex minori motu

fermentativo sanguinis morositatem et ad meditandum propensionem significare fixitatis statum acidorum in sanguine. idemque dicendum de robore judicii et ingenii facilitate, quæ pariter requirunt mediocrem spirituum synceorum tamen et immixtorum copiam; obvium namque est attendenti sinceros nunquam posse spiritus suppeditari cerebro summè vigente fermentativo sanguinis motu quo singula principia sursùmque moventur, invicemque miscentur, unde quod pauci illique sinceri separentur spiritus in glandulis cerebri corticalibus argumentum erit dicendi sanguinem languidè fermentari, languidè ejusdem principia exagitari, ac porrò quum acida tum reliqua principia ad quendam fixitatis statum redacta. labilis demum ac parum firma memoria illam ipsam acidorum fixitatem satis demonstrat; cum enim cerebrum asservare quædam objectorum vestigia non possit, nisi quoniam nisu valido flectuntur aut quomodocumque excavantur ejusdem fibræ, rursùmque ob vegetum spirituum animalium motum pari modo flectuntur aut excavantur, quæ omnia, nisi turgeat cerebrum nervique omnes spirituoso fluido, vix perfici possunt, ex adverso memoriæ fluxilitatem repetendam esse ex minori inflexione fibrarum cerebri minorique adeò motu spirituosarum partium inflexas pridem fibras aut quomodo libet excavatas repetentium; unde minor copia motusve spirituum ãalium, colligere licet seriemque necessariâ totius sanguinis proindeque et acidi fixitatem.

his omnibus signis accenseri possunt taciturnitas, moeror, tristitia timiditas, constantiaque in propositis, quæ omnia ex dictis facilè illiguntur: taciturnitas enim ex attentione et meditatione assiduis, ut et moeror et tristitia constantiaque in propositis; assidua verò meditatio parvam spirituum copiam supponit, copia verò minor spirituum minorem motum in sanguine, minor motus crassitiem

et fixitatem principiorum, proindeque et acidorum: timor verò quoniam præviam virium diffidentiam arguit, viriumque diffidentiæ soboles sit imminuta spirituum copia quæ non sufficit validis membrorum contractionibus et principiorum adeoque et acidi fixitatem dare significat. quid quod et vigiliæ contumaces absente motu sanguinis quam pro naturâ majori satis indigitant acidorum fixitatem in sanguine; licet enim in hac sanguinis constitutione spiritus parvâ copiâ secernantur in cerebro, adeoque eam ob causam videatur advocari proclivitas ad somnum; quia tamen spiritus in Melancolicis seu in his quorum sanguis acorem fixum contraxit minus impenduntur ad motus Musculares ciendos quin potius in cerebro retinentur ad fovendam assiduam attentionem quam præbent illis objectis; non mirum si vigilias interveniant, atque ex acido illo fixa sanguinis constitutio significetur. 3º fixitas acidorum colligi potest abunde ex variis functionum læsionibus naturalium scilicet, præsertim verò ex voracitate nimiâ, ructibus acidis, sputatione perpetuâ ac sitis carentiâ: Enimverò quoniam voracitas necessariò præsupponit stimulum famis in ventriculo et faucibus vehementius agentem; nec agere vehementius possit famis stimulus, hoc est salsum salivale et stomachale nisi propter auctam molem singularum particularum salsarum; quæ sanè vix augeri potest nisi accrescant prædictis particulis spicula permulta acida quæ salsum acre in acidum salsum commutent, sequitur inde liquidiorem esse sanguinis motum imparemque impediendo molecularum salsarum incremento; ac porrò principia massæ sanguineæ depressa ac fixa reddita esse, proindeque voracitas nimia acidi sanguinis fixitatem significat: neque minus acidi Ructus indigitabunt acorem fixum in sanguine; cum enim illi arguant fermenti stomachalis debilitatem in solvendis alimentis quæ in acore et mole naturali majoribus consistit; cum item ructus arguant alimenta in acetosum

et crudiorem chilum conversa, qui postmodum sanguini miscendus est; planum est quoquo modo respiciamus ructus acidos seu ut effectus pravæ digestionis, seu ut causam, perinde significari cruditatem acidam, acidumve fixum in massâ Sanguineâ: deinde verò quoniam salivalis humoris profluvium et sputatio continua fieri non possunt nisi abscedant tenuiores lymphæ partes à crassioribus, quod sine quodam lymphæ crassioris coagulo præstari non potest, planum est ex eo etiam, acorem fixum significari in sanguine; neque enim coire limpha crassior sanguinis potest, vomeraque serosam illam limpham quæ per glandulas parotides excernitur, nisi sulphurea ejusdem pars quadantenus figatur ab acidis iisque fixioribus: jam cum in hac sanguinis constitutione perpetuò irrigentur fauces humore salivali, non mirum si nulla urgeat sitis, proindeque et sitis carentia acidorum fixitatem significet.

Eundem acidi statum significant quoque urina tenuis et copiosa, tarda venus, obstructiones partium solidarum, corporis maciliencia, color totius corporis fuscus, plumbeus; ac porrò difficilis tolerantia frigoris. ac 1°. quidem urina tenuis arguit acidorum fixitatem: cum enim eatenus tantum tenuis ac pellucida sit urina quatenus minorem tum salis tum sulphuris copiam secum adduxit è massâ sanguineâ, sequitur in illis quorum ita comparata est urina, massæ sanguineæ principia multum depressa esse atque intricata, ut defectu motus non patiantur elabi cum urinâ salinas ac sulphureas permultas partes: cum autem ita depressa principia depressum quoque acidum ac fixatum supponant, obvium est urinam tenuem acidum fixum significare; idemque dicendum de copiosâ urinâ si simul pellucida erit ac tenuis eâdem prorsus ratione quâ sputum copiosum diximus acidi fixitatem indigitare. 2°.

2º quoniam tarda venus arguit minorem motum in partibus seminis à quibus stimulus veneris repetendus est et fixitatem principiorum omnium sanguinis, adeóque et acidi necessariò significabit: neque enim aliam ob causam quiescunt seminis partes, ~~quanquam~~ quia sanguinis à quo ipsum profluit principia pariter torpent et fermentatione præter naturam imminutâ cientur. 3º. quoniam obstrui non possunt solidæ partes nisi quia vel sanguis totus, vel alterum ejusdem recrementum hæret in eorumdem poris ac figitur; cum nec figi possit sanguis aut ejusdem recrementa nisi deprimantur atque fixentur ejusdem principia, præsertim verò acida, sequitur obstructiones partium solidarum indicium esse acidi præter naturam fixati. 4º quoniam marcescere non possunt partes nisi quia vel non suppeditatur iis alimentum sufficiens, vel quoniam suppeditatum faciлè auferetur abripiturque, quod posterius sine motu sanguinis intentiori et acrimoniâ summâ præstari non potest, sequitur ubi deficient signa aucti motûs et acrimoniæ majoris sanguinis macilentiam acorem fixum denunciare: cum enim eatenùs alimento defraudentur solidæ partes, quatenùs non suppeditatur illud à massâ sanguineâ obvium est ex eo viscositatem et crassitudinem in sanguine significari: ac demum quoniam crassitudo illa sanguinis quâ nimium implicantur ac retinentur nutritiæ partes supponit statum fixum principiorum omnium præsertim verò acidi, colligendum à primò ad ultimum Macilentiam corporis acidi fixitatem significare. 5º quoniam foedus ac plumbeus corporis color supponit minorem motum ac viscositatem in toto sanguine, cujus ratione non possit distendere extrema arteriarum capillarium et poros varios in cute ad circulationis opus excavatos, unde floridus cutis color suboritur, sequitur ulterius colorem fuscum atque livescentem argumentum esse fixitatis acidorum, cum ex jamdudùm crassitudo sanguinis suboriatur ab acido fixo. 6º demum quoniam

difficilis tolerantia frigoris exiguum supponit motum in sanguine quo calent partes, seu quo si viget infringitur vis corporum frigidorum exterius appellentium; quoniam insuper minor sanguinis motus soboles est depressorum principiorum in primis verò acidorum sequitur et difficilem frigoris tolerantiam arguere acidorum fixitatem.

His omnibus addi poterunt signa quæ repetuntur à juvantibus et lædentibus: si quis enim ægrè ferat usum acidorum fixiorum austerorum vel pinguium, contrà verò delectetur acidis volatilibus aut acribus quæ motum indunt sanguinis principiis eademque fixata evehunt, argumentum erit dicendi acorem fixum in sanguine prædominari: nec contemnendum signum quod petitur ex ipso sanguine per venæ sectionem detracto: si enim ille paucam seri copiam elabi sinit et in coagulum firmum abeat, aut etiam extima ejusdem superficies albicet præcipitatis ad fundum vasis partibus globulosis, indicium erit illum scatere acidis fixioribus quibus præsertim debetur coagulatio et viscidiras sulphurearum sanguinis partium.

4° loco significant acido salsum volatile luxuriare in Massâ sanguineâ præter enumerata illa superius quæ volatilitatem acidi demonstrant, summa virium prostratio, sensuum hebetudo, pulsus parvus et frequens, sitis quandoque inexhausta, calor totius corporis acer et mordax, hæmorragiæ penè insanabiles, exanthemata varia et maculæ purpurescentes lividæ &c. ac porrò missi sanguinis ad concretionem repugnantia: et verò quoniam virium prostratio summam arguit imbecillitatem motûs spirituum in fluido spirituoso, imbecillitas verò motûs spirituum phlegmaticas permultas partes admixtas indigitet; cum nec misceri queant phlegmaticæ partes fluido spirituoso nisi et ipsæ separentur à reliquis massæ sanguineæ partibus, quod non nisi vel coagulatione ejusdem vel dissolutione perfici potest, planum

planum est vel hanc ipsam spirituum diathesim absentibus signis coagulationis et cruditatis acido exsolutas summum atq; divisas sulphureas sanguinis partes significare; cum autem exsolvi sulphureæ partes magis non possint quam ab acido salso volatili, sequitur à primo ad ultimum summam virium prostrationem acido-salsi sanguinis volatilitatem ostendere. deinde quoniam sensuum torpor arguit spirituum penuriam aut phlegmaticam eorundem constitutionem propter rationes jamjam allatas acido-salsum volatile pariter significabit. rursum quoniam pulsûs parvitas et frequentia supponunt expeditum summè fluidum cordis motivum, nec extricari illud possit nisi ad minima solvatur sanguinis compages, nec solvi sanguinis massa meliùs quam ab acido salso volatili, sequitur pulsûs frequentiam acido salsum volatile nunciare; cum autem parvitas pulsûs adjuncta frequentiæ arguat vel nimiam attritionem partium fluidum cordis motivum constituentium vel phlegmaticam ejusdem dispositionem, ratione aquæ nimium exsoluta salia ejusdem fluidi vix sufficiunt validæ cordis contractioni producendæ, nec attritio illa partium fluidi motivi aut constitutio phlegmatica repeti aliunde possit quam ex dissolutione sanguinis grassante præsertim calore in toto corpore, planum est parvitatem pulsûs frequentiæ adjunctam acido-salsi volatilis præsentiam indigitare: jam quoniam caloris acrimonia major supponit non modò motum majorem in sanguine, sed et salsi majorem transpirationem per poros cutis, nec citatiùs moveri sanguis valeat vomereque salsum volatile majori copiâ nisi acido salsum volatile dominetur in sanguine, sequitur majorem caloris acrimoniam arguere acido-salsorum volatilitatem in sanguine, deinque necessariâ sit in majorem et intensiorem, ut pote quæ soboles est caloris acrioris et salsedinis sitis in faucibus, eundem ipsum statum acido-salsi sanguinei demonstrabit. præterea

Præterea quoniam hinc tantum petitur difficultas sistendi sanguinem, vasa aperta conglutinandi, quia vix ullam habet sanguis consistentiam, imò totus quasi in serum resolutus ac cujus ope vix agglutinari queant latera vasi aperti, liquet ex eo etiam acido-salsum volatile sanguinis massam labefactare. idem arguunt exanthemata et maculæ purpurescentes quæ cutis superficiem infestant: cum enim maculæ vix ullum observabilem tumorem producant, liquet effusum sanguinem cui natales suos attestantur vix ac ne vix quidem turgere, et vel solo fluidi motu gaudere: cum autem solum illud repeti non possit nisi ex dissolutâ termè in totum ejus compage, nec dissolutio illa alteri causæ tribui possit quàm salso volatili, patet inde maculas proindeque alia exanthemata acido-salsum volatile in sanguine significare: neque dixeris coagulatum sanguinem excitandis eisdem maculis peræquè aptum esse; licet enim coagulatus sanguis non turgeat, habet tamen ratione majoris consistentiæ unde effusus aliquo loci partem magis attollat, ne quid dicam de resistentiâ pororum cutis qui cum excipiendæ lymphaticæ sanguinis parti dicati sint, vix possunt eò usque dilatari ut intromittant promiscuè sanguinis coagulati partes nisi forte ob insuperabiles obstructiones in cute excitatas viam ille sibi paret in ejusmodi poros, quod nusquam sine manifesto tumore futurum est. multò meliùs itaque dissolutus sanguis etiam parvis aut nullis obstructionibus positis in ambitu corporis subiturus est ipsos poros cutis quos in statu naturali sola lympha pervadit: cum enim ad fluiditatem penè æqualem lymphæ redacta sit massa sanguinea per eosdem ductus quos limpha percurrit viam sibi munit, unde quo tempore sistunt se oculis maculæ purpurescentes in toto ~~corporis~~ cutis ambitu, frequenter grassantur diarrhϾ eandem ob causam sanguinolentæ; urinæ etiam cruentæ redduntur, quod pariter certissimum est summæ dissolutionis

sanguinis indicium, proindeque et summæ volatilitatis acido salsarum ejusdem partium. porrò acidò-salsi volatilitatem demonstrat ipse sanguis missus, si nimirùm vix ac ne vix quidem concrescat, sed olei instar fluitet in vase: nihil enim magis arguit acido-salsam volatilem acrimoniam, ipsa illa sola est quæ sulphureas partes sanguinis carpit divellitq; à mutuo complexu. neque prætermittendum signum summæ dissolutionis quod petitur ex ipso sono quem edit sanguis dum mittitur: si enim acutus est sonus fluentis ejusdem dum contingit vasis latera et quasi aquæ ex alto fluentis, argumentum est sanguinem summè solutum esse atque adeò acido-salsum volatile in illo prædominari.

5°- significant acido-salsum fixum præter enumerata signa quæ acidum fixum in sanguine præpollere demonstrant salivalis humoris salsedo, gingivarum erosiones, inertia ad motum localem, pulsus parvus ac frequens, nec tamen febrilis, macies totius corporis, maculæ tybiarum præsertim livescentes, sanguis demum missus in serum penè resolutus: Enimverò quoniam salivalis humoris sapor salsus esse non potest quin protinus massa sanguinea salso luxuriet, nec salsedo in salivâ percipi quandiu salia ejusdem volatilia sunt, sequitur à sapore salso salivæ certò designari acido-salsum in sanguine. 2°- quoniam erodi vix possunt gingivæ nisi ab acido-salso, eoque fixo, planum est illam acido-salsum virosum arguere. 3°. quoniam pulsus parvus ac frequens supponit exiguam copiam fluidi cordis motivi aut phlegmaticam ejusdem dispositionem, planum est si absint indicia cruditatis acidæ necnon majoris consistentiæ sanguinis pulsum parvum ac frequentem acido-salsum fixum significare: a salso enim fixo est quod liquescat sanguis in serosam colluviem quâ inquinari possit fluidum cordis motivum obtundique in motu exercendo, atque illud quidem si calor febrilis corpus non affliget,

eundem acido-salsi statum arguet inertia ad motum quæ tamen minor est quàm illa quam infert acido-salsum volatile, quanquàm eâdem Mechanica repeti possit a salso fixo ac à salso volatili. 4º. acido-salsi fixi argumentum repeti potest ex macie totius corporis, absentibus præsertim obstructionum signis: hinc enim patet tùm succum nutritium fluidiorem esse quàm ut possit concrescere in poris partium solidarum quod ab acido salso solvente ortum habet; vel etiam solidas partes à præterfluente sanguine sensim abradi; quod non nisi in acido-salsam ejus constitutionem refundi potest. 5º. maculæ livescentes tybiarum acido-salsam arguunt sanguinis diathesim, nec dispari ratione quàm maculas purpurascentes ab acido salso volatili excitari jam diximus; unus color lividus et situs macularum declivis tùm et febris absentia statum salsi fixi distinguunt; livor enim macularum arguit multò minorem sanguinis dissolutionem; situs verò in loco declivi demonstrat effundi sanguinem in ductus lymphæ consuetos distensione potiùs vasorum quæ consequitur tarditatem motûs sanguinis à partibus internis ad cor refluentis. porrò missus sanguis si penè totus in serum diffluat, ~~nec concretus~~, nec nisi parvum õio prodat coagulum, dissolutionem summam arguit sanguinis, proindeque et acido-salsi prædominium in sanguine illudq; fixum quoties sanguinis fermentatio et caloris motus parùm augentur et à statu naturali recedunt: neque omittendum signum quod petitur ex ~~signis~~ vitiis cutis herpete prurà scabie aliisve id genus pustulis quæ corporis apu= habitum infestant atque deturpant: cum enim illi omnes affectus suboriantur à salso quod per glandulas cutaneas eliminatur è corpore, nec salsum ejusmodi unquam consimiles affectus

inducere queat nisi sistatur haereatque in propriis colatoriis quod statum ejusdem fixum significat, salsique fixi praedominium in sanguine sequitur et producta illa cutis vitia acido-salsum vitium indigitare.

caput 3um de signis vitiosae quantitatis phlegmaticae partis in sanguine

diximus Phlegmaticam sanguinis partem duplici modo posse officere functionum exercitio, nimirum si praeter modum augeatur in corpore, vel praeter naturam deficiat. quamobrem duplex signorum classis instituenda ad duplicem statum phlegmatis discernendum: alia namque signa regurgitare phlegma indicant, alia deficere; ac primò quidem quantitate adauctum phlegma demonstrant usus alimentorum crudorum et aqueorum, vita deses et sedentaria, somni diutiùs protracti, coelum pluvium ac nebulosum, solum verò humidum. Enimverò quoniam cruda alimenta in crudum acidulumque abeunt chylum, crudus verò chilus sulphureas sanguinis partes figit atque coagulat; coagulatae verò sanguinis sulphureae partes serosas ptes dimittunt planum est ex usu crudorum alimentorum redundantiam flegmatis argui posse: jam verò quoniam alimenta ipsa aquea plus aequo usurpata suppeditant sanguini aqueas permultas partes non secùs ac aer humidus et nebulosus, nihil obest etiam quominùs ex his auctam phlegmatis copiam repetamus. porrò quoniam in somno diutiùs protracto multò languidior est sanguinis motus, proindeque non nisi tardè languidèque fit secretio serosorum excrementorum in primis verò urinae ac sudoris retineri illa in vasis proindeque augeri phlegma praeternaturam necesse est: deinde verò arguunt praeternaturaliter auctum phlegma summa ad somnum propensio, somnique diutiùs protracti,

sensuum torpor tàm internorum quam externorum, inertia quoque ad motum localem exercendum: Etenim quoniam ad somnum propensio corporis callosi laxitatem supponere videtur, nec laxari queat corpus callosum cerebri nisi à constitutione phlegmaticâ spirituum, planum est propensionem ad somnum phlegma in sanguine præternaturaliter auctum significare; idemque dicendum si somni diu protrahantur, hinc enim laxatam magis ac magis cerebri compagem difficilemque phlegmatis effusi vaporationem ac proinde in toto sanguine laticis serosi redundantiam colligere licet: neque ratiocinandum aliter de sensuum tum internorum tum externorum hebetudine: cum enim vegetè exerceri sensus non possint nisi tendantur tùm nervi tùm cerebrum ipsum unde proficiscuntur, sequitur torporem eorumdem in solam laxitatem cerebri atq; nervorum retundendam esse; cum autem laxari cerebrum non possit nisi defectu spirituum, hoc est quantitate eorumdem imminutâ, vel propter phlegmaticam eorum constitutionem, planum est si abfuerint signa dissipationis partium spirituosarum in s̄guine laxitatem omnem cerebri atque nervorum quam sensuum hebetudo consequitur retundendam esse in phlegmaticam dispositionem spirituum, quæ cum phlegmaticam quoque sanguinis dispositionem supponat, certum præbet argumentum dicendi torporem sensuum arguere redundantiam phlegmatis in massâ sanguineâ prædominium phlegmaticæ partis similiter ostendit inertia ad motum localem et imbecillitas motûs Muscularis; cum enim eatenus validæ fiant musculorum contractiones quatenus vividè moventur spiritus à cerebro in Musculos, validamque in iis fermentationem producunt, patet si languidæ fiant musculorum contractiones, deficere spiritus et nimiâ phlegmatis copiâ onustos esse, unde absentibus signis imminutæ spirituum copiæ, ex imbecillitate motûs muscularis phlegmaticum

spirituum statum phlegmaticamque sanguinis dispositionem colligere licebit. deinde verò arguitur phlegmatica sanguinis dispositio ex pulsu parvo tardo ac molli; quod enim tardè ac molliter pulsus procedat argumentum est fluidum cordis motivum ad fermentaceas ejusdem partes nimium extenuatas esse, proindeque et impares validæ cordis contractioni excitandæ: cum autem extenuari fermentaceæ partes ejusmodi non possint nisi vel præviâ sanguinis fermentatione justò intensiori quæ cum phlegmaticâ sanguinis constitutione consistere vix potest, vel ob nimiam phlegmatis copiam quo plus æquo diluuntur, sequitur tarditatem pulsûs ejusque mollitiem arguere phlegmaticam fluidi cordis motivi dispositionem, proindeque et phlegmatis redundantiam in toto sanguine. idemque significat pulsûs parvitas tarditati et mollitiei adjuncta: si enim pulsus mollis est ac tardus, non parvus esse non poterit; eadem enim causa quæ pulsum mollem ac debilem infert, eadem et parvum inducit. præterea ex naturalibus functionibus desumuntur signa prædominantis in sanguine phlegmatis, nempe ex sitis et famis carentiâ, ex tarditate ad venerem, ex fæcibus albicantib. ac serosis, urinis pallidis ac tenuibus, ex habitu corporis molli laxi, ex colore albo: Enimverò quoniam sitis carentia arguit copiosum humorem salivalem quo præcavetur faucium ariditas æstusve, copiosus verò salivalis humor copiosum pariter in sanguine phlegma significat, perspicuum est sitis carentiâ phlegmatis redundantiam in sanguine demonstrari: quoniam verò ubi nulla sitis, humorve salivalis copiosus est atq; serosus, plus æquo diluuntur salinæ partes fermenti ventriculi ac proinde ineptæ fiunt mordendo ac vellicando ventriculum ad irritandum ciborum appetitum, nulla quandiu ~~aberit~~ aderit sitis, fames stimulabit, inappetentiaque eandem ob causam quâ sitis carentia phlegmaticum sanguinis statum ostendet: deinde verò

quoniam tarditas ad venerem nisi vel è seminis crassitudine vel è dilutioribus redditis spiritibus seminalibus à redundante cibo planum est si aberunt signa acoris fixi et consistentiæ majoris in sanguine tarditatem ad res venereas significare luxuriantes in sanguine seri partes. rursum quoniam albicantia excrementa imbecillum arguunt fermentum acoremve fixum cujus occasione evehi salia volatilia, sulphureæve partes dissolvi non possunt ad varios colores imbuendos, quoniam item àb chili acore luxuriante crudus evadit sanguis et crassus divortiumque patitur à suo sero, sequitur illud uberiori copiâ per glandulas intestinales profundendum et colluviem serosam modò viridam modò albicantem per interiora excernendam esse, proindeque serosa seu albicans constitutio constipationem serosam crudamve sanguinis diathesin demonstrabit, si nempe urinæ arguunt copiosæ, tenues pallidæ et pellucidæ, copiosum itaque lotium per renes excerni non potest quin protinus et copiosum regurgitet serum in sanguine, neque pelluciditas urinarum repeti aliunde potest quàm ex redundantibus aqueis partibus in sanguine, quarum ratione fit ut contenta salia urinarum proindeque et sulphureæ illarum partes adeò extenuentur ut viam præbeant facilem radiis luminis appellentibus nullâ inductâ refractione. jam verò quoniam Mollities externi habitûs necessariò supponit laxitatem ac flexilitatem carnosarum corporis partium, nec laxitas in partibus carnosis aliunde proficiscatur quàm ex denegato spirituum influxu aut serosâ parte in sanguine luxuriante, sequitur absentibus signis obstructionis aut laxitatis nervorum mollitiem et flexilitatem habitûs corporis significare phlegmaticæ partis in sanguine prædominium: rursùs quoniam eatenùs levis est cute habitus corporis quatenùs assurgentes ejusdem partes facili

tactui facilè cedunt, nec cedere facilè queant nisi mollitiem fuerint adepta, sequitur eâdem prorsùs ratione quâ mollitiem diximus superficiarias habitûs corporis partes si leves fuerint serosi humoris redundantiam indigitare. porrò quoniam albus color cutanearum partium nutritiam limpham supponit pellucidam, nullove extraneo colore inquinatam, quod nusquam evenit nisi ubi obtunditur sanguinis fermentatio pro copiâ phlegmatis activorum principiorum motum infringentis, colligendum quoque ex ipso colore albo cutanearum partium luxuriare phlegma in Massâ sanguineâ.

Potissimum tamen non ~~secus~~ ac in aliis constitutionibus sanguinis desumi signum potest à juvantibus et lædentibus: si ~~quidem~~ enim excitantia quæque serosi laticis proventum inhibent, profuerint; contrà verò humectantia, quæque aut fovent vel augent serum in corpore noxam inferant, argumentum est maximum statuendi in hac prævollere serosam colluviem.

Quod spectat ad serosi humoris defectum, illum arguunt inprimis alimenta quæque vulgò dicta calida et exsiccantia quæque serosi humoris dissipationem promovere solent. deinde verò inertia ad motum localem quandoque verò intensissimum robur in exercitio motûs muscularis: Enimverò quoniam ad motum inertia supponit imminutam spirituum copiam, copia verò spirituum imminuta strictiorem principiorum unionem in sanguine, quæ defectu aquei humoris salia dissolventis inducitur, liquet inertiam ad motum plerumque significare phlegmatis defectum in sanguine: deinde verò quoniam intensior motus musculorum arguit effoetam crassitudinem fluidorum quæ ad motus musculares concurrunt, nec crassitudinem adipisci queant fluida ejusmodi nisi protinùs crassus sit sit sanguis et parco phlegmate dilutus, sequitur muscularis motûs vehementiam quandoque ut in Maniacis serosæ partis defectum ostendere

ostendere; idem quoque sed obscurius nisi alia accesserint signa demonstrat pulsus quandoque parvus, quandoque rarus, quandoq; magnus, uterque tamen rarus eademque prorsus ratione quâ jamjam diximus debilitatem aut vehementiam motûs Muscularis significare phlegmatis copiam in sanguine deficientem. prætereà è nimiâ salivalis humoris viscididate, aut ex copiosâ sputitione urinâ copiosâ, alvi constipatione contumaci et excrementis induratis, ac denium quod primarium est signum ex Marcore et ariditate totius corporis significatur seri defectus in massâ sanguineâ: Enimverò visciditas salivalis humoris visciditatem quoque sanguinis patefacit, visciditas verò sanguinis decessum partium serosarum salinas partes diluentium, quarum salinarum scil. motui debetur sanguinis fluxilitas; assiduum verò sputum et urina copiosa in dies reddita, quoniam serum exhauriunt, ejusdem in sanguine defectum demonstrant. jam quoniam constipari alvus non potest nisi quoniam dilabuntur excrementa per ductum intestinalem nec difficultas illa ad motum quo laborant excrementa repeti aliunde possit quam ex visciditate aut ariditate eorumdem, quæ quidem defectum seri à sanguine actualiter per glandulas intestinales derivandi supponunt, sequitur et constipatum alvum et viscida aut indurata excrementa in sanguine phlegmatis copiam indigitare: sed quod jam dixi multò distinctius phlegmatis defectum significat marcor vel ariditas totius corporis: ut enim increscere et nutriri molles corporis partes non possunt nisi flexiles ipsæ sint faciliemve præbeant ingressum succo nutritio advenienti, quod totum acceptum referunt serosi sanguinis parti earumdem texturam benignè laxanti, sequitur ex marcore et ariditate carnosarum corporis partium, clarè seu perspicuè defectum phlegmatis designari. porrò juvantia aut lædentia haud parum conferunt ad dignoscendum hunc sanguinis statum;

si enim juvarint humectantia quæque seri proventum in corpore significare possunt, contrà verò exsiccantia et serum assumentia nocuerint, certum est argumentum statuendi sanguinem serosis suis partibus esse destitutum.

diligenter tamen advertendum phlegmaticam sanguinis partem tametsi in sanguine luxuriabit, diversos tamen ejusdem status supponere, qui cum diversam postulent curationem, idcircò causæ alii ab aliis distinguendi sunt ne quis error in praxi suboriatur. quoniam itaque modò phlegma regurgitat ob limphæ crassioris adauctam consistentiam et coagulum veluti quoddam quo serosæ partes ad ambitum exprimuntur, modò verò supponit illa phlegmatis redundantia laxatam penitùs ac solutam compagem crassioris limphæ massæ sanguineæ, idcircò prudenter observandum ubi se produnt signa seri prædominantis, an non ex consistentiâ adauctâ an verò ex nimiâ fluxilitate et dissolutione massæ sanguineæ vitiosum illud serum suboriatur; proindeque non modò attendendum ad phlegma regurgitans, sed ad causam ipsam seri proventum inducentem, quod ex propriis signis coagulationis et dissolutionis sanguinis inferiùs adducendis eruetur, aut etiam ex signis acorem in sanguine fixū aut volatilem, et sal acre salsum quibus coagulatio aut sanguinis dissolutio accepta refertur, deduci poterit.

ex quo intelligetis mirè perplexam esse diagnosim morbosarum sanguinis dispositionum, ut potè quæ à diversis omninò causis suboriantur, varièque invicem complicentur.

Caput 4um de signis vitiatæ partis sulphureæ in massâ sanguineâ

sulphurea sanguinis pars tametsi innumeris modis vitiari solet, nullam tamen functionum læsionem infert, quæ commodè referri non possit ad primaria quatuor ejusdem vitia, nimirum ad quantitatem ejusdem auctam et imminutam, atque ad consistentiam ejus majorem seu fixitatem, vel dissolutionem ac volatilitatem. commodè itaque signa vitiati sulphuris sanguinis referentur ad quatuor classes.

1o igitur auctam præternaturaliter sulphuream partem significant alimenta quæque pinguia et oleosa euchymave usurpata, utpote quæ chilum pinguiorem suppeditant, unde sulphuream partem augeri in sanguine et toto corpore necesse est, præsertim verò si vita otiosa curis ac sollicitudine vacua traducatur; cum enim eatenus etiam difflatur sulphurea pars sanguinis quatenus assiduo motu corporis et sanguinis evehuntur salia acria aut acida volatilia quibus corripitur ac dividitur compages staminum sulphureorum, atque ita excretioni quæ per cutis spiracula, renes aliave loca comparatur, patet in otiosis et lautè viventibus non posse quin præternaturalis sulphuris copia colligatur: cum enim lentè omninò in his fermentescat sanguis defectu exercitationis, ita manent involutæ salinæ partes quibus motus conciliari solet parti sulphureæ, ut parùm omninò illæ dividantur, proindeque hærere permistæ sanguini aut conclusæ in vesiculis adiposis necesse habent: cùmque in dies sensim congerantur nec ullam aut parvam sui jacturam patiantur, non augeri præternaturaliter non possunt.

auctam sulphurearum partium copiam significant pariter ac magis propriè habitus corporis crassus indeque orta difficultas

ad motus musculares exercendos, sensuum torpor, pulsus parvus, sitis ac famis carentia &c. Enimverò quoniam incrassari habitus corporis non potest et in majorem molem assurgere, nisi assurgant quoque turgeantque pingui et oleosâ parte vesiculæ adiposæ quæ cuti penè toti substratæ sunt, quamobrem habitus crassus qui et alio nomine pinguis dicitur sulphuream partem in sanguine luxuriantem demonstrabit; neque enim in vesiculis adiposis ad habitum pertinentibus colligi potest oleosa pars congerique quin protinus et redundet in ipso sanguine: jam verò quoniam difficultas contrahendi partes musculosas in iis qui crassiori habitu donati sunt repetitur ex compressione multiplici quam patiuntur musculi à superjectâ pinguedine, et illa quoque redundantem partem sulphuream demonstrabit similiter quoniam substrata pinguedo in obesis retundit motum corporum externorum tactûs præsertim organum ferientium, adeòque non potest ille tam facile transmitti per nervum ad cerebrum, non torpidus esse non potest sensus, unde sensuum torpor in habitu crassis sulphureæ partis prædominium indigitabit. verùm et alio quoque nomine quùm inertia ad motum tùm sensuum hebetudo arguunt sulphureæ partis abundantiam, ubi nempe concurrit hisce functionum læsionibus habitus crassus et pinguis: quod enim ægrè perficiatur motus muscularis torpeantque sensus tam externi quam interni argumentum est dicendi spiritus multò minori copiâ separari potiusve quam naturalis postulat status per nervos derivari in musculos et organa sensuum: quia verò minor illa spirituum copia arguit eorum particulas plurimum sanguini involutas, illæque involvi non possint in sanguine nisi à parte sulphureâ prædominanti in obesis præsertim, sequitur eâ etiam ratione motûs muscularis difficultatem et sensuum torporem sulphuris in sanguine redundantiam significare, nec dispari ratione pulsûs parvitas in obesis arguit pinguem et oleosam sanguinis

pinguem et oleosam sanguinis dispositionem, nempe parvitas pulsûs non nisi à debilitate contractionis cordis suboritur; illa verò non nisi ab imminutâ copiâ fluidi cordis motivi, quæ certè non nisi in partes sulphureas illud implicantes ac retinentes referri potest: porrò sitis ac famis carentia sulphurearum indigitant partium prædominium, si modò corporis habitûs obesitas accesserit: hinc enim colligere licet humores tam placidè moveri tamque languidum esse fermentativum sanguinis motum in pulmonibus, ut nullus calor immodicus excitari possit in faucibus ad incendendam salsam humoris salivalis acrimoniam, cui potissimùm debetur sensatio sitis. hinc etiam colligitur tam implicata esse salia cujuscumque generis in massâ sanguineâ, ut salsum salivale et stomachale vix exerere actionem suam possint in palatum et stomachum ad famis sensum inducendum: cum autem nec involvi salinæ partes in sanguine nec tardè fermentari sanguis possit nisi densiùs agglomerentur in vasis sulphureæ partes: liquet et famis et sitis carentiam quoquomodo in obesis oleosam et pinguem sanguinis crasim designare. à juvantibus demùm et lædentibus repeti possunt signa oleosæ et pinguis constitutionis massæ sanguineæ: si quis enim pinguium alimentorum usu læditur, macribus verò et parvi succi alimentis juvatur signum est oleosam partem in sanguine prædominari.

2°. verò imminutam sulphuris in sanguine copiam significant causæ omnes externæ quæ valent sulphureæ partis effluvium promovere, cujusmodi sunt exercitationes immodicæ, usus alimentorum acrium et salsorum, animi pathemata vehementiora; et verò quoniam inter varios corporis motus haud parùm intenditur motus tùm progressivus tùm fermentativus humorum, fieri non potest quin subindè quantoperè solvantur ac minuantur partes sulphureæ, adeòque et excretioni — disponantur ac porrò marcescant et sanguis et totum corpus.

rursum quoniam acria aut salsa alimenta pariter chilum suppeditant acrem et salsum, qui sanguini admistus partem ejusdem sulphuream carpere ac minuere aptus est, sequitur pariter et assiduum illorum usum sulphureæ p̄tis caventiam demonstrare. postremò animi pathemata violentiora quatenus intendunt motum sanguinis rationibus anteà allatis, quas repetere supervacaneum foret, sulphureæ partis caventiam indigitant.

significant quoque eundem sanguinis statum præ omnibus aliis marcor totius corporis, actionum animalium promtitudo pulsus celer ac vehemens, calor totius corporis acer et mordax sitis molesta et stimulus ad venerem frequens. Enimverò quoniam extenuari non possunt solidæ partes nisi auferatur oleosa pars quæ in vesiculis adiposis colligitur, nec auferri illa possit aut minui quin protinus minuatur atq; deficiat in massâ sanguineâ, sequitur marcorem totius corporis p̄tis sulphureæ defectum significare. deinde quoniam celeritas in functionum animalium exercitio petitur ex majori p̄tium spirituosarum extricatione, nec extricari illæ possint nisi summoperè dividantur aut deficiant sulphureæ partes quibus debetur spirituum implicatio, liquet ubi nullum prædominantis sulphuris indicium est vel ex ipsâ actionum animalium promtitudine colligi posse caventiam ejusdem in sanguine: jam verò quoniam vehementia ac celeritas pulsûs non nisi in copioso fluido cordis motivo celerique ejusdem fermentatione ortum habent, nihil vetat quominùs ex illâ pulsûs specie arguamus absentiam partis sulphureæ in sanguine, ut potè quæ sola retinere potest particulas motui cordis inservientes earumque motum retardare. his accedit calor totius corporis acer et mordax, caloris namque acrimonia multò acriorem designat materiam quæ per vias insensibilis transpirationis vi motûs fermentativi eliminatur è c̄pore:

cum autem acrior esse non possit insensilis transpiratio nisi salinæ partes evehantur magis in sanguine, quod quidem sine summâ partium sulphurearum dissolutione aut earumdem imminutione fieri non potest, planum est calorem acrem et mordacem sulphureæ partis carentiam significare: utcumque enim vehemens futurum est dominante sulphureâ parte in corpore calor, haud tamen acer evadet: cum enim solutæ et expeditæ partes sanguineæ quæ per cutis spiracula difflantur, quia tamen soluto sulphure nonnullas ejusdem partes secum abripiunt quibus tanquam superfuso tomento muniuntur, vix possunt ut ut vehementer impetant explorantis tactum acrimoniæ calidæ aut caloris acris sensum excitare. sitis quoque molesta sulphureæ partis carentiam denunciat. quod enim sitiant ægri non modò petitur ex calore intenso sed ex acrimoniâ salsi salivalis, cum autem acrimoniam majorem contrahere non possit salsum salivale nisi defectu staminum sulphureorum quibus spicula salina involvi solent atque obtundi, patet hoc nomine sitim sulphureæ partis carentiam significare. stimulus denum creber ad venerem nimis sulphureum ac pinguem sanguinem designat: cum enim eatenus oriatur rei venereæ desiderium quatenus seminale fluidum partibus suis salino = volatilibus vellicat irritatque propria conceptacula vesiculas nempe seminales et prostatas, liquet quanto frequentius recurret stimulus et irritatio partium hujusmodi, tanto magis expeditas fore salinas partes seminis quibus irritatio omnis debetur; cum autem expediri evolvique non possint salinæ partes nisi defectu partis sulphureæ involventis, sequitur stimulum frequentiorem ad rem veneream argumentum esse carentiæ partis sulphureæ tam in semine quam in sanguine ipso à quo semen ortum habet. porrò juvantia et lædentia macram significant dispositionem sanguinis, si enim pinguia proderunt salina verò macra ac terrea nocitura sunt, signum est abesse sulphur à massâ sanguineâ.

3.° adauctam praeternaturaliter sulphureae partis consistentiam significant praeter signa viscidiratis et consistentiae majoris totius massae sanguineae mox afferenda, usus alimentorum pinguium et crassorum, vita deses ac sedentaria, in primis verò habitus pinguis et crassus, torpor et inertia ad motum localem &c. Enimverò quæ à pinguibus et crassis non nisi pinguis et crassus chilus educi potest unde sulphurea pars sanguinis crassior quoque excitanda est. — deinde quoniam facit motus assiduus musculorum et exercitatio corporis ut exaltentur salinæ partes atque adeò exsolvantur sulphureæ et excretione supponuntur, sequitur motus in iis qui sedentariam vitam ducunt sulphureas partes ad quietem respectivam staminum staminum è quibus componuntur cogendas esse et ad majorem consistentiam perducendas: sed indigitat clariùs sulphureæ partis consistentiam habitus pinguis et crassus: hinc enim significatur fluxilitas minor principii sulphurei: neque enim illud facilè haerendum est in vesiculis adiposis nisi defectu motûs et propter auctam consistentiam. porrò torpor motûs muscularis in pinguibus arguit minorem spirituum copiam et quæ par esse non possit validè contrahendis partibus musculosis; imminuta verò spirituum copia implicatas magis earumdem particulas in sulphureâ parte significat, quod quidem nisi sulphur erit summè crassum vix evenire potest. neque contemnendum signum quod petitur ex frigore seu calore mitiori partium externarum in pinguibus. hinc enim colligi potest totam massam minori motu cieri, proindeque partem sulphuream viscidirate et consistentiâ suâ inhibere motum principiorum activorum.

4.° imminutam sulphureæ partis consistentiam praeter ea quæ totius massæ dissolutionem arguunt, significant sulphureorum volatilium aut acrium usus, exercitationes immodicæ, animi Pathemata vehementiora in primis verò iræ, ac porrò calor totius corporis intensus cum siti molestâ: Etenim quoniam sulphurea pars spirituosa sanguini immixta motum eidem majorem conciant

proindeque et parti sulphureæ cujus partes adeò dissociantur planum est ex usu spirituosorum sulphureorum colligi posse partis sulphureæ fluxilitatem divisionem in massâ sanguineâ quoniam similiter acria exagitant carpuntque pro minutis suis angulis tomentum partium sulphurearum inhibentque quominus stricte invicem complicentur ex eorundem usu præpostero exsolutio partis sulphureæ abundè colligi potest. 3º quoniam ex assiduo musculorum motu notabiliter intenditur motus ipsius sanguinis hoc est salinarum partium è quarum congressu fermentativus motus suboritur; perspicuum quoque ab exercitationibus immodicis fluxilitatem majorem sulphureo principio conciliandam, neque enim inclusa tomento sulphureo salia fermentativa in motum cieri possunt quin protinus circumfusas repellant dissocientque sulphurum partes iisdemque majorem ~~acquiram~~ aversant fluxilitatem; idemque sentiendum de animi Pathematis vehementioribus irâ præsertim ob rapidum motum quo spiritus feruntur in singulas partes ex æquo intenditur fermentativus sanguinis motus atque ab exercitationibus immoderatis; unde comminui solvique sulphuream ejusdem partem ... necesse est. 4º intensus totius corporis calor exsolutas etiam partes significat: tametsi enim calor corporis soboles sit fermentativi motus partium salinarum, quia tamen fermentari non possunt salinæ partes in sanguine quin simul circumjectas exagitent et divellant partes sulphureas vel ex calore ipso intensiori deduci potest sulphurearum partium dissolutio. demum quia sitis calorem supponit in corpore intensiorem et magis expeditas salinas partes humoris salivalis, quod quidem nisi solvatur principium sulphureum evenire non potest, sequitur et sitis quoque molestiam significare imminutam sulphureæ partis Consistentiam.

Caput 3

Caput 5um de signis terreæ partis in sanguine Prædominantis, aut deficientis. ∯

Superest ut ea recenseamus signa quæ vel luxuriantem sanguinis terream partem vel deficientem demonstrant. quod spectat ad jum significant terream partem in sanguine præpollere usus terrestrium alimentorum quæque exsucca dicuntur, nec nisi parvam admodum sulphureæ partis aut salinæ copiam suppeditant, animi Pathemata vehementiora assiduæ corporis defatigationes, spirituosorum usus immodicus febres contumaces, functionum animalium torpor ac demum totius corporis marcor: enimverò quoniam terrea alimenta chilum non nisi terrestrem elabi sinunt, sensim ac sine sensu totam massam mutari seu terrestrem et effoetam naturam induere omninò necesse est. deinde quoniam animi Pathemata vehementiora corporisque diuturnæ defatigationes spirituosum motivum quod ciendis motibus corporis inventum est absumunt, cum nec absumi queant spiritus nisi exhauriantur quoque sulphureæ salinæve partes quæ assiduo influxu spirituum in partes musculosas in motum naturali majorem excitantur fit ut demum nihil nisi limus velut ac faex sanguinis, seu quod idem est terrea pars activis principiis destituta reperiatur in vasis; rursum quoniam spirituosa summoperè incendunt motum fermentativum massæ sanguineæ, laxantque nativam texturam sulphurei principii, cujus in sinu salinæ partes oīs motûs auctores in sanguine reconduntur, non promovere non possunt tùm spirituum tùm sulphuris tum salinæ partis effluvium atque dissipationem, unde terrea sanguinis constitutio emersura est; idemque dicendum de febribus contumacibus in quibus

principia omnia sua deque moventur in sanguine; facit namq; assiduus et contumax particularum congressus fermentativarum, ut nempe exhauriantur atque dissolvantur activæ ferè omnes sanguinis partes manente terrâ inani, atque tametsi peræquè ac alia principia rapido fermentationis motu exagitetur atque comminuatur, vix tamen eam partium tenuitatem assequi potest, cujus ratione seu in conspicua corporis spiracula seu per manifestos ductus excretioni humorum destinatos eliminari valeat è corpore; torpor quoque functionum animalium si reliqua consentiant signa, terream atque effoetam demonstrat sanguinis constitutionem; inde enim mens torpet, languidèque perficiuntur motus musculares; quoniam non suppetunt spiritus animales qui et cerebri fibras tendere et musculosas carnes inflare ac decurtare valeant: defectus verò spirituum non nisi à phlegmaticâ sanguinis diathesi vel cruditate ac consistentiâ auctâ, vel demum terrestri conditione; quod si absunt signa alios massæ sanguineæ status indicantia, aliud nihil imbecillitate functionum animalium argui potest quàm effoeta ac terrea prorsùs ejusdem constitutio; marcor demum proximè indicat partis terreæ prædominium; neque enim aliam ob causam exarescunt partes nisi quatenùs deficit sulphurea pars in sanguine, cujus ope terminantur velut salinæ ac terreæ partes simul et accrescere partibus nutriendis aptæ fiunt; quia verò peræquè absumi non potest terrea pars sanguinis et salina fixior atque sulphurea, colligendum ex ipso marcore et carentiâ sulphureæ partis terreum principium in sanguine prædominari.

Quod ad secundum attinet terreæ partes carentiam seu statum sanguinis minus terreum significant usus euchymorum alimentorum, functionum animalium vigor ac robur, pulsus vegetus, calor totius corporis intensus, habitus pinguis &c. Enimverò quoniam alimenta euchyma pauciores obtinent terreas partes, plures verò sulphureas ac salinas, planum est ex usu optimorum alimentorum

terreæ partis carentiam in sanguine demonstrari: deinde quoniam robur functionum animalium à copiâ spirituosi fluidi ortum habet, nec copiosè illud generari possit quæ secerni nisi activa principia sanguinis et sulphureæ partes planè expeditæ sint à consortio partium terrearum, sequitur et vel ex eo etiam terreæ partis defectum significari. 3º quoniam pulsus vegetus arguit summè expeditas fluidi cordis motivi partes, nec facilè illæ extricari queant à sanguine crasso ac terreo, planum est vegetum pulsum arguere minorem sanguinis crassitudinem aut potiùs minorem copiam partis terreæ quæ crassitudinem imprimis sulphureo principio conciliat. 4º quoniam calor intensus habitus arguit intensiorem motum fermentativum in sanguine, intensior autem motus fermentativus arguat magis extricata principia, sequitur ob rationem jam dictam et inde etiam terreæ partis carentiam colligi posse. porrò habitus pinguis eundem sanguinis statum significat, nihil enim magis officit liberali ptium nutritioni quam terrea pars sulphurea, quatenùs illa implicat nimium sulphureas succi nutritii partes, nec possint illæ facilè subire poros ptium nutriendarum; proindeque habitus cporis pinguis aut mediocritatem obtinens absentiam terreæ partis significabit.

Caput sextum

de
signis vitiosi motûs in sanguine

diximus sanguinis motum dupliciter spectari posse; vel quatenùs omnes ejusdem partes simul ac semel motu totius feruntur à corde in partes, indeque reducuntur per venas ad cor qui motus alio nomine motus circulationis vel circulatio dicitur; vel quatenùs hæ tales sanguinis partes intestino vario atque perturbato motu cientur, qui motus fermentationis nomine solet insigniri: quomodocumque autem consideretur ille sanguinis motus,

seu secundùm totum seu secundùm partes, variis inordinationibus obnoxius est, quæ propriis signis investigandæ sunt. Etenim circulationis motus vel accelerari vel retardari potest, fermentativus verò intendi præter naturam aut remitti.

Jam verò acceleratum et citatiorem sanguinis circulantis seu circulationis motum indigitat sola pulsûs ratio; si namque pulsus frequens ac celer futurus est, signum est citatiùs moveri sanguinem in vasis: enimverò quoniam eatenùs solum pulsant arteriæ quatenùs admittunt sanguinem à corde propulsum, sequitur quantò frequentiùs illæ dilatabuntur ac celeriùs, tantò frequentiùs atque celeriùs sanguinem è corde pellendum atque trudendum; quia verò celeriter sanguis è corde pelli non potest nisi celeriter quoque ac frequenter è partibus ad quas amandatur recurrat, ad cor in expulsi locum successurus, patet manifestè ex celeritate et frequentiâ pulsus arteriarum citatiorem sanguinis motum indigitabit: arguunt contrà circulantis motûs tarditatem pulsus tardus ac rarus, atque id quidem consimili ratione; cum enim eatenùs tardè ac rarò dilatentur arteriæ, quia rarò ac tardè sanguis a corde exprimitur in canales arteriosos, nec rarò ac tardè expellatur nisi quia tardè recurrit ad cor, manifestum videtur ex tarditate atque raritate pulsûs colligi posse tarditatem circulationis motûs humorum; quod si sufflaminabitur motus circulationis ut in syncope facilè id dignoscimus vel in simplici arteriarum exploratione, si enim pulsum nullum edent, argumentum est cor non pulsare, adeoque nec dimittere sanguinem in arterias: non rarò autem inhibetur omninò vel retardatur admodum sanguinis motus in nonnullis partibus, tametsi liberè ac naturaliter fluat manis; quod quidem facilè monstrant oborti tumores in partibus, et pulsatio arteriarum eò spectantium solitò major; quod enim intumescant partes, argumentum est certum canales per quos sanguis ex arteriis migrat in venas obstructos; indeque cum non possit receptum ac consuetum

iter pergere, sanguis ob stagnationem ac remoram ejusdem cogit attolli partem assurgereque in tumorem preternaturalem, quod indicat vel inhiberi in totum circularem motum in parte vel notabiliter impediri; idemque testatur solito major arteria peculiari cuidam parti implantata, quo tempore reliquæ æquabiliter totius corporis ac naturaliter pulsant; quod enim vehementer dilatetur ille vel iste arteriæ ramus præ cæteris et preter morem, signum est non uberiorem quidem sanguinis copiam ad illum compelli, q̄doquidem ex æquo et pro ratione arteriarum diffunditur sanguis in totum corpus; quin potius inde colligendum hærere sanguinem in arteriâ, nec traduci in sociam venam: hinc enim fit ut susceptus oĩs motus sanguinis rectâ in venam progressuri reflectatur in ipsa arteriarũ latera, quæ proinde summoperè dilatari necesse est.

quod spectat ad depravatum fermentationis motum in s̄guine intensiorem præter naturam significant et calor inassuetus totius corporis, arteriarum dilatatio summa, cutis rubor et functionum omnium depravatio multiplex; Enimverò quoniam incalescere non possunt partes solidæ nisi à sanguine ipso quo irrigantur, sequitur si præter modum incaluerit, præter modum quoque calere humores quibus alluuntur; cum autem calor humorum in rapido ac perturbato motu positus sit, sequitur rursum aucto humorum calore et proximis adauctum fore motum rapidum ac perturbatum, quo eorumdem particulæ cientur; ac porrò quoniam perturbatus ille motus augeri non potest nisi perturbatè ac vehementer lucentur invicem ac fermententur salinæ sanguinis partes, planum est calorem totius corporis significare adauctum intestinum ac fermentatium s̄guinis motum: deinde verò quoniam arteriæ dilatari non possunt nisi vel à copioso sanguine immisso, vol ab eodem plus æquo rarefacto, liquet absentibus signis plethore summam arteriarum dilatationem, summam sanguinis rarefactionem, ac proinde et fermentationem majorem indigitare. rursum quoniam aucto motu fermentativo s̄guinis principia magis atteruntur vel invicem confunduntur, proindeque et nadam

mutant fluida omnia quæ ex massâ sanguineâ ad varios usus in colatoria derivantur, innumeræ suboriuntur functionum læsiones, quæ vel omnes præternaturaliter fermentativum ac intestinum sanguinis motum indigitabunt, postremò quoniam rubor partium cutanearum solito major à sanguine copiosiùs affluente ortum habet, vel turgescente, sequitur grassante calore et absentibus remotis signis plethoræ et vel ruborem etiam sanguinis rarefactionem solito majorem, adeòque et intensiorem factum fermentationis motum significare.

jam verò imminutum fermentativum motum significant frigus totius corporis aut potiùs calor solito mitior, pulsus parvus ac tardus, imbecillitas totius corporis, pallidus, plumbeus, sideritiusve corporis color, ut et obstructiones partium solidarum.

an Rachitidi ens veneris

Rachitis ne quid in præfatiunculis et affectûs Chronologiâ immoremur est strumosa totius corporis constitutio infantibus propria, inordinatis et inæqualibus viscerum ossiumque incrementis et figuris, magnitudine capitis majore quam pro ætate, præmaturo denium judicio præsertim se prodens. Ex quo intelligitur rachitidem ad strumosos affectus revocandam esse, eandemque proinde fore Rachitidis ac strumarum causam; cum autem videamus tumores strumosos et strumas esse de genere schirrosorum, nec generari queant schirri nisi à mâa crassâ viscidâ et concretioni aptâ, quæ ex alio nullo fonte suboriri valeat quàm a sanguine ipso quo partes jugiter perluuntur; sequitur immediatam strumarum ac proinde Rachitidis caam sanguinem esse lentum ac viscidum. rursùm quoniam expriâ compertum est glandulosas præ primis partes quæ lymphæ secretioni destinatæ sunt, strumosis præsertim tumoribus tentari; colligo ex variis sanguinis partibus lympham aut humores limphæ analogos potissimùm affectos, morbosumque illum sanguinis lentorem quo strumas accersere comparatus est in lympham humoresque illi analogos refundendum esse.

jam quid vitiosam illam limphæ viscidıtatem advocare possit non est quod anxiè disquiramus; nimirùm constat multiplici experientiâ præposterum usum alimentorum crassiorum coctuque difficiliorum, fructuum acidorum, austerorum eorumque omnium quæ facilè acescunt, cujusmodi sunt lac et lactinia omnia, condituræ &c. vitiosum massæ sanguineæ lentorem inducere; compertum similiter aëris frigidioris inclementiam fumumque carbonum fossilium

præternaturalem sanguini viscidit atem conciliare. demum constat affectus venereos ut pote ab acido corrosivo oriundos limphaticam sanguinis partem inficere, nativam ejusdem fluiditatem minuere, quæ causa licet posteriore loco citata, primas tamen obtinet in morbis strumosis: Ergo quæcumque ad strumarum generationem concurrunt, illa ipsa Rachitidem ingenerare apta nata sunt; verum quoniam ab ipso ortu se prodit hic affectus limphaticus, planum est hunc non tam natis supervenire, quam ab ipsis contractum generationis primordiis exerere se: quamobrem Rachitidis causæ ex alio fonte repetendæ non erunt quam ex ipso materno sanguine aut semine paterno inspirato, quæ si strumosam forte subiere labem, eandem proli communicatura fuerunt, proindeque Rachitis inter morbos hæreditarios erit annumerandus; qui autem strumosi parentes in prolem proprios traducant affectus examinare non libet, illud quippe examen longius nos abduceret. ad Rachitidis symptomata progrediamur.

Ac 1.º quidem observamus ossa præternaturaliter inflecti atque variis in locis præternaturaliter intumescere: cum autem inflecti ossa non valeant nisi vis inflectens applicetur eorum extremis, aut inequaliter eorum procedat nutritio, sequitur vel alterutro modo vel utroque ossa inflectenda esse: verum quoniam nulla suppetit vis in corpore quâ adduci possint ossium extrema ad sese invicem præter vim illam qua musculi trahunt partes, planum est siquidem musculi non colligent ossium extrema, non posse eorum vim ita applicari extremis ossium partibus ut illas ad sese adducant totumque proinde ossis corpus inflectant, atque ita se res habet in corpore; compertum quippe ex anatome musculos ossibus supertensos ab uno ossis extremo ad aliud non

pertingere, imò transgredi ad aliud ossis corpus quod adducendum est: Ergo nulla vis in corpore assignari potest quæ extremis ossium applicata eadem adducere possit; adeòque et vitiosam totius corporis inflexionem producere; ex quo intelligitur an benè an benè senserit Clarissimus Majou, dum statuit vel solo musculorum marcore et contractura, artium et trunci compagem inflecti posse; nimirum supponit ille musculos eidem ossi atque ab uno extremo ad aliud supertendi, quomodo unâ eâdemque cordâ ejusdem baculi duo extrema colligantur; quod præter omnem autopsiam anatomicam assertum videtur.

Superest igitur ut singulare phoenomenon ex inequali succi nutritij in variis ossium partibus distributione deducamus; enimverò si plures hinc quàm inde nutrimenti partes ossibus apponantur, extrà omnem proportionem quam requirunt adversæ ossium partes, patet ex Mechanicis quòd pars plures admittet partes, illam si plana erit attollendam esse adversamque excavandam, ac porrò totum ossis corpus flectendum esse; idem enim præstant nutritiæ partes suâ mole in osse recto, quod cunei multi baculo secundum alterum sui latus infixi; et sicut cunei ratione molis superadditæ uni lateri mole illud extendunt dum oppositum necessitate mechanicâ contrahitur et curvatur, similiter statuendum appositas sensim et sine sensu nutrimenti partes alteri ossium lateri illud ampliare sicque necessariâ oppositum ad angustias reducere, indeque adeò totum ossis corpus alioquin rectum aut recto accedens inflecti.

Quorsum autem unum ossis latus præ alio increscat an casu an verò necessitate mechanicâ non est quod diutiùs inquiramus; nimirum constans nonnullorum ossium inflectio in iis quicumque Rachitide laborant inhibet quominùs fortuitum dicamus ossium

in uno potius latere quàm in alio incrementum: cum enim videamus ossa tybiæ v.g., radii et cubiti quà naturaliter interius flectuntur in Rachitide extorsum inflecti; cum insuper autopsiâ planum sit internas prædictorum ossium partes densioris esse contexture quàm externas, ac proinde illas angustiorum pororum apparatu donatas esse, sequitur viscidum alioquin sanguinem in partibus ossium internis naturaliter flexis magis sistendum esse quàm in externis, quarum videlicet pori sunt paulò ampliores et admittendo remittendoque sanguini aptiores; unde cum sanguis in interioribus prædictorum ossium partibus hærens, serum suum cui intimè admixtum est elabi sinat, demissumque serum solidum ossis cui incumbit texturam relaxet, evenire aliter non potest quin protinùs interiores hujusmodi ossium partes molliores facta incrementum solito majus suscipiant, proindeque mole adaucta premant adversa latera atque ad vitiosam flectionem cogant. hinc est quòd acuminatum pectus fiat; cum enim densior sit facies costarum interior exteriori, indeque magis nutriri illis contingat in parte internâ quàm in externâ; dirigi illas ac proinde pectus acuminari necesse erit.

aliter tamen de spinæ vertebris, ossium apophisibus et Epiphisib. ratiocinandum est; neque enim hic densa compagis ossis contextura quidquam præstare potest, imò tota ratio cur tum vertebræ Epiphises et apophises vitiosè intumescant, repeti debet ex ipsâ texture raritate et pororum aut potiùs cellularum ossearum amplitudine: cum enim tùm vertebrarum tùm Epiphiseon et apophiseon substantia tota cavernosa sit et miris anfractibus pervia, sequitur sanguinem eò per angustissimos ductus illapsum ex amplis hisce conceptaculis in quibus susceptum motum

susceptamque determinationem amittit, non posse facilem sibi parare viam ad reduces venas, ibidemque factâ aliquâ morâ ulteriùs incrassari, demissoque sero conceptaculorum parietes relaxare ac demum laxatis alveolis nutrimentum solito majus suppeditare, unde præternaturales in articulis et totâ serie vertebrarum tumores atque exostoses hic atque illic visenda.

secundo loco sistunt se in Rachitide vitiosæ ac strumosæ glandulosarum penè omnium partium magnitudines puta hepatis, lienis, pulmonum et glandularum conglobatarum quæ plerumque etiam in schirros aut abscessus tophaceos degenerare solent, nempe cum strumosus Sanguis viscidus ac tartareus immaturus ut ita dicam et nondùm planè subacta sua recrementa dimittat in glandulas, ingurgitari illas obstruique præ nimiâ admissorum fluidorum viscicitate necesse est; unde nonnulla acidorum glandularum turgescentia primùm emerget: mox quoniam mole aucti acini glandulosi interjecta vasa comprimunt, inhibentque liberum sanguinis egressum, stagnationem ejusdem in totam glandularum substantiam diffusionem inducunt; cum autem serô impregnata glandularum compages laxior inde evadat ac proinde apta quæ tùm multò plures recrementorum aut limphæ nutritiæ partes admittat, fit ut sensim et sine sensu glandulæ omnes et præternos magnitudinis terminos excedant, et pro variâ conditione succorum quibus infarctæ sunt, modò in schirrum modò in abscessus multiformes tandem abeant.

atque ex auctâ illâ viscerum penè omnium Magnitudine et obstructione deducemus singularem illam capitis Magnitudinem; cum enim sanguis per aortam toti corpori diffundendus expeditos non habet canales suos in abdomine, iter deflectit ad superiorem

aortæ truncum, rectâque viâ per carotidas appellit ad caput, copiâq; tantò majori quanta est detractio quæ ejusdem fit in singulis abdominis partibus: cum autem sanguis non possit abertim capitis partibus affundi, quin simul pro ratione copiæ earumdem poros impensè dilatet, porique hinc inde patentiores facti nutrimentum majus suscipiant, sequitur et ob id mole augendum caput gracilescentibus membris; deinde verò quoniam nervi penè omnes qui ad ambientis capitis partes deveniunt nullam pressionem patiuntur, deducuntque adeò spiritus animales abertim appensos in capitis musculos tegumentaque communia involventia, sequitur et ob id quoque externas capitis partes molliores quæ ad sui nutrimentum continuum spirituum influxum expostulant, suis incrementis apprimè exæquandas esse incrementa compagis ossium cranij et cerebri, unico verbo totum caput licet habitâ ratione reliqui corporis difforme videatur, ad æquabilem tamen formam et venustatem seorsim et absolutè spectatum esse nondum compo

Tertio loco exhibet sese in Rachitide musculosarum partium squallidus marcor constansque ad motum inertia, quod sanè reperi non potest nisi ex nervorum pressione qui in musculosis artuum partibus distribuuntur: cum enim vertebræ spinales vitiosè increscant, variasquè hinc inde apophises aut exostoses potius emittant, evenire aliter non potest quin nervorum spinalium paria variè comprimant inhibeantque adeò liberum fluxum spirituum animalium ad destinatas partes musculosas; quia verò nec motus contractionis nec nutritio in musculis debitè perfici possunt nisi debitâ copiâ fluant spiritus tum ad fibrarum et pororum tensionem, tum succi nutritij ad partes musculosas delati rarefactionem, nihil mirum si ad extremum

mas corsu deducantur musculosæ artuum partes.

jam verò quoniam inhiberi spirituum fluxus non potest per nervos spinales compressos quin fluidum spirituosum quantum est quod fluere non potest retineatur in cerebro, retentumque tantò majorem medullaribus ejusdem fibris conterat tensionem, (quæ reliquis benè habentibus unica est dispositio ad liberum et facile functionum mentis exercitium) sequitur et ob id quoque Rachiticos ad omnia quæque mentis exercitia præ aliis magis comparatos fore quam coætaneos, imò multò magis quam infantilis ætas exigere videatur; quidquid in ampliori cerebro distinctiùs perceptorum objectorum vestigia imprimenda sunt, ex quo judicij et rationis exquisitum pendet exercitium.

quamob rem morbus iste præ nimiâ mutatione quam infert humoribus et partibus solidis plerumque lethalis est, ubi præsertim viscerum interiorum schirri abscessusque superveniunt; hinc enim pullulat ilias morborum incurabilium, cujusmodi sunt hidrops, phtisis, marasmus &c: cum enim ob tubercula in pulmonibus genita sanguis ægrè circuletur per pulmones, vel hæmoptisim parit unde ulcus, vel circà tubercula diffunditur eademque ad suppurationem perducit, unde vomica pulmonum; deinde quoniam similiter ob schirroden hepatis, lienis aut glandularum mesenterii dispositionem abscessus aut obstructiones, ægrè pariter sanguis cursum perficit in abdomine stagnatque in vasis; sequitur illum à sero suo secernendum esse, serumque secretum per laxatos vasorum parietes in abdomine diffundendum esse. porrò quoniam ex dictis tum ob crassam dispositionem sanguinis quæ non patitur elabi partes nutritias in partes musculosas, tum etiam ob adjunctam febrem lentam nec apponi partibus nutrimentum potest, nec appositum hærere, ita

sensim illas marcescere necesse est, ut ad marasmum tandem perducantur unde non datur regressus; si tamen viscerum infarctus levis sit, jamque obstruens mad in tophos non concreverit, exiguumque fuerit vertebrarum vitium, nec respiratio valdè coacta, salutis aliqua spes affulget.

quod spectat ad curationem, illa eò collimare debet nimirum ut sanguinis massa quæ crassa et præter naturam ad pristinam flexilitatem restituatur, indeque viscerum infarctus auferantur: illud autem duplici viâ consequi libebit 1°. quidem evacuantibus, deinde aperientibus et incidentibus. verum quia longa remediorum series tuto præscribi non potest nisi ex parte depleantur, licet manifesta non sit in hoc affectu plethora, tamen ad liberius remediorum exercitium mittere sanguinem convenit per initia antequam deveniatur ad purgans medicamentum à quo auxiliorum chorea ducenda est, tùm ut massa in decursu multifariam exagitanda superfluis suis excrementis expurgetur, tum etiam ut et purgantium vis major illâ quam exercent alterantia, nimirùm cohærentes sanguinis partes succussæ et à mutuo contactu paululùm remotæ facilius pateant actioni alterantium Medicamentorum; mox verò ad aperientia properandum inter quæ primas tenent chalibeata, ac demùm hisce omnibus laxatâ humorum texturâ contagiendum ad ens veneris Boylianum quod sic paratur.

℞ sal. armoniac. q. s. junge cum capite mortuo vitrioli veneris exactissimè edulcorato, aliàs medicamentum habet saporem vitriolicum sublima, solve et edulcora atque sic acquires flores colore rubro.

anodinum asserit Boylius diciturque quod sit antiquantum expertum. item in Rachitide certi affectus ultimamque curationi manum imponere præ reliquis aptum est, a venere quippe habet ut pondere suo facilius perstringat glutinosas lymphæ partes à sale volatili salis armoniaci ut acidorum spicula quibus ramosæ sulphurum partes figebantur, vel absorbeantur vel susceptâ fermentatione penitùs atterantur, adèo ut coagulum et viscidiratem sanguinis ulterius fieri non possint; unde concludimus Ergo Rachitidi ens Veneris.

deturne certum Morborum contagiosorum Prophilacticon ?

1.

contagium quod à contactu et antiquo verbo contago id est contingo dictum est, aliud nihil videtur esse quam Miasma seu seminium aut potiùs fermentum vitiosum ab ægro corpore dimissum, quod similem in alio quod subit corpore affectum inducere aptum natum est: Ex quo intelligitur ad contagium tria omninò concurrere, 1um quidem corpus contagiosum quod alia inficit; 2°. seminium ac fermentum quo aliud corpus inficitur; 3°. corpus ipsum quod inquinatur.

2

quod spectat ad primum, tametsi nonnulla corpora proprias affectiones in alia possint traducere, et calida aut frigida calorem aut frigus in aliis producere, non omnia tamen contagiosa sunt corpora nec consimilis affectionis productio protinùs contagii meretur appellationem, eo præsertim sensu quo medicis vox illa usurpatur; quippe illa solùm contagiosa corpora dicere amant quæ morbosa sunt aut saltem causam morbosam in se continent quam aliis communicare possint; Enimverò quippe accidit communicari labem ab uno corpore morbumque in alio produci, antequam eruperit ille in corpore contagioso; siquidem constat luem venoream posse ab impuro congressu contrahi, licet alioquin sana fuerit mulier, si modò paulò antè habuerit illa rem cum aliquo lue venereâ affecto.

3

secundo loco considerandum in contagio seminium ipsum morbosum cujus natura, genesis, communicationis et agendi modus nobis sigillatim explicanda sunt: ac 1°. quidem quoniam certum est

corpora mutuò alia in alia agere non posse nisi vel contactu immediato, vel contactu ut aiunt virtutis seu quod idem est per emissas sui partes; cum nec sufficiat ægrorum contactus immediatus ad consimilem mutationem in sanis producendam, sequitur seminium, seu quod idem est fermentum morbosum quo labes morbosa ab uno corpore in aliud diffunditur in emissis ab ægro corpore partibus tenuissimi cujusdam halitûs aut humoris etiam manifesti formâ repositum esse; quod autem hujusmodi seminium nunc halitûs nunc tenuissimi spiritûs formam quandoque suscipiat, quandoque verò humoris sensibilis, planum est ex propagatione morborum contagiosorum; nonnulli quippe ut sunt lues venerea, scabies, hidrophobia aliique forte sensibilis cujusdam fluidi ~~specie~~ specie, cujusmodi sunt corruptum semen, saliva aut purulenta materies, ab uno corpore in aliud traducuntur aliis clanculùm et per insidias hoc est in conspicui cujusdam halitûs missione grassantibus.

4

Ut Ut verò seminium se habeat morbosum quo communicantur morbi, et seu effluvii seu humoris formâ vires suas exerat, id habet singulare in primis ut validissimam obtineat constitutionem, ut dum è corpore contagioso exhalat, non facilè vel ambientis aëris vel aliarum causarum occursu vincatur, sed sese contrà omnis generis externas injurias tueri possit: deinde verò quod sub minimâ etiam mole agendi vim summam recondat. qui autem seminii particulæ indomitæ sint, semelque susceptam formam obstinatè retineant, qui minimâ mole energiam obtineant summam et portentosam, quandoque in sanis corporibus mutationes induant, ut indagine dignum, ita et explicatu arduum omninò videtur; tantò magis quod atomam illam seminii morbosi contactarum

non nisi ab effectibus et per varias conjecturas assequi licet: ne tamen nihil dixisse videamur, ut ut impar humeris negotium sit, tamen titubanter aggredimur problematum sanè difficiliorum resolutionem.

5

Circa primum, nimirùm unde formæ constantia in morbificis seminij partibus, patet non posse illud priùs resolvi quam innotuerit illa ipsa forma quâ instructæ sunt ejusmodi partes: cum autem dignosci illa nequeat nisi ab effectibus, quæ nimirum sensus elubit nostros, idcircò expendendum sedulò quid quantumve seminium morbosum præstare possit in variis corporib: ~~partibus quæ impetit:~~ quocirca observamus primò contagium modò partes solidas aggredi atque in iis hostiliter grassari; modò verò fluidas, quas variis modis invertere aptissimum natum est.

6.

Observamus 2º ~~illatum~~ malum partibus solidis ad rosionem perpetuò referri posse; vel enim à contagio exulcerantur partes, ut in scabie, phtisi, lue venereâ &c vel gangrenâ tentantur aut apostemate pernicioso ut in peste. Ex quo intelligitur in prædictis morbis seminium morbosum corrosivum esse; cum autem nullum in totâ naturâ corpus occurrat rosioni comparatum nisi quod salinum est, sequitur contagiosum seminium in prædictis saltem morbis salinum esse: quoniam vero non quæcumque salis species rodendis indiscriminatim corporibus apta est, acidumve simpliciter aut alkali sincera solidas nostri corporis partes parùm aut nihil attingunt labefactantve, ac porrò aliud nullum quàm quod salsum est, hoc est ex acido et alkali natum, sal rodendis ac solvendis corporis nostri partibus aptum est, colligendum seminium contagiosum quod ex æquo corpus rodat ad salium salsorum genus referendum esse; demum quoniam salsum ad summam volatilitatem perductum facilè pervadit vel angustiores corporum meatus, adeòque

vim magnam inferre non potest quae disjicere valeat et disturbare compagem solidorum quae subintrant, sequitur salsum ejusmodi contagiorum aut fixum esse aut volatile; saltem volatile inter et fixum ambigere.

7.

Observamus 3.° in contagiosis morbis seu adfuerint partium solidarum rosiones seu non, sanguinem plus aequo liquari ac dissolvi aut praeter naturam spissari, concrescere, atque coagulari; Ex quo sequitur contagii proprium illud esse continuò ut vel sanguinem solvat vel coagulet: jam verò quoniam novimus nil nisi salia alkalina aut acria salsa vel etiam terrea sanguinis dissolutionem moliri, sequitur in contagiosis morbis a dissolutione contagii p̄ticulas ad aliquam enumeratorum corporum speciem referendas esse: sed obest indoles terrea quominùs illud effluvii in modum mittatur ex aegro corpore, missumque pergat diu in motu suscepto, ac tandem facilè intromittatur per solidas partes in massam s̄guineam: obest quoque formae constantia in contagio quominùs illud inter alkalia referamus, quae nimirùm facilè tum sulphureas tum acidas quae in aëre volitant partes abripiunt: Ergo nec acre solum contagium in sanguinis dissolutione esse potest; similiter quoniam sanguis non nisi ab acidis aut acido-salsis, terreis ac pinguibus spissari et coagulari, nec quod terreum est ut pote quod ad motum iners contagii possit naturam inducere, neque quod sulphureum ob ramosam contexturam angustissimos quos contagium subit poros pervadere possit, superest ut statuamus in morbis contagiosis à coagulatione contagium vel acidum esse simpliciter, vel acido-salsum: atqui repugnat constantia formae in contagio quominùs acidum illud simpliciter habeamus, cum facilè illud infringi vel absorberi possit ab innumeris occurrentibus moleculis quibus tota atmosphaera turgida est: Ergo seminium contagiosum sanguinis coagulationem inducens acido-salsum esse oportet; proindeq eadem contagii forma futura est qua reliquarum salsi specierum;

ut verò disparatos producit effectus et modò quidem dissolutionem sanguinis, modò coagulationem, qui quidem ab unâ eademque salsi specie manare non possunt; duplicem salsi hujus contagiosi speciem admittere placet, ut unum acre salsum sit et ad alkali vergens quod sanguinis dissolutioni, alterum acido-salsum quod coagulationi destinetur.

8.

jam quoniam experientiâ comprobatum est ægrè omnino salsa deponere formam ut patet in sale marino, gemmeo, armoniaco, quæ formam ad multos annos intemeratam tuentur, utcumque solvantur aqueis pateantque incumbentis aëris injuriis, imò tametsi etiam igni exponantur intentissimo; sequitur a primo ad ultimum formæ constantiam quam demiramur in contagii partibus ex ipsâ salsi naturâ repetendam esse; cum enim acidæ partes atque fragmenta alkalina in ipso concursu accuratè invicem et per lævigatas summè superficies sese contingant, non mirum si tam difficulter separentur tamque ægrè divortium patiantur.

9

Paulò majorem difficultatem præ se fert propositum aliud problema, qui nempe modicâ omninò quantitate inspiratum fermentum contagiosum consimilem morbum in sano corpore producere valeat: quocirca in primis supponendum utcumque mole exiguum videatur fermentum morbosum, innumeram tamen complecti particularum ejusdem generis sobolem, quod præsertim elucescit in nonnullis corporibus ut sunt suffimenta quæque; videmus namque vel unum thuris granum accensis carbonibus impositum totam quàm latè patet aulam odore suo implere; videmus quoque grana duo aut quinque ligni Brasiliani vel sexaginta aquæ libras rubicundo colore inficere; idemque dicendum de innumeris aliis aliis corporibus quæ licet mole exigua in immensam tamen extensionem ducuntur, quod idem de auro norunt artifices.

10.

quo posito agite supponamus fermentum contagiosum acido-salsum esse, morbumque inducendum in vitiosâ sanguinis fluiditate motuque

intestino; unico verbo in ejusdem coagulatione consistere; certè quoniam novimus experientiâ multiplici acida spicula ferè omnia apta esse quæ figant partes sulphureas motumque earum intestinum sufflaminent, facilè intelligemus ab inspiratis per contagium acido-salsis fermentis coagulationem in sanguine produci posse atque adeò et ejusdem speciei morbum atque ille qui fermento contagioso natales præbuit; id unum est quod negotium possit facessere, quod nempe fermentum acido-salsum ut figat partes sulphureas sanguinis infigetur hæreatque statim sulphureis partibus quibus primùm occurrit, unde cum exiguâ mole traducatur ab ægro corpore, difficilè intelligetur quomodo totam massam inficere possit totiusque coagulationem accersere. fateor equidem non contemnendum hoc esse argumentum; si tamen advertamus quantam vel una acidi guttula mutationem inducat in toto corpore lacte cui immiscetur, quàm latè diffundant acida spicula, non mirabimur tantillum fermentum acido-salsum sanguini inspiratum posse tam latè sese spargere suasque vires exercere: Enimverò cum contagiosus vapor acido-salsus aut potius cum spicula acido-salsa contagium componentia non contingant partes sulphureas, sed nonnulla innatare cogantur sero quod se habet instar vehiculi respectu massæ sanguineæ, sequitur ejusdem adminiculo posse illa diffundi latiùs quam primò videtur, nempe ubi vapor contagiosus partem illam sanguinis impetit quæ per pulmones circulationem exercet, quæ certè institutâ ad reliquas sanguinis partes comparatione forte decima est: quarè si supponatur spicula acido-salsa contagiosa tempore unius inspirationis attigisse partes sulphureas sanguinis per id tempus vasa pulmonaria decurrentis, ita ut nonnulla adhuc sero confusa circulationis motum sequi cogantur, certè quoniam sanguis emensis pulmonibus, rursùm ad ventriculum cordis sinistrum appellit, indeque per arterias in totum corpus dimittitur; imò et in decursu reliquis sanguinis adhuc sani partibus commiscetur, iisdem et

assumtam labem sensim et sine sensu communicabit transmissis videlicet spiculis acido-salsis sero innatantibus in partes sulphureas, ac proinde brevi fiet totius sanguinis corruptela, aut ut clarius dicam coagulatio; atque illud quidem in venena quæque animantium quæ non effluviis sed saevo quodam morsu communicato transferri poterit, seu activa illa salsa sint et solventia, seu acido salsa et coagulantia.

11

adverrendum tamen propagationem illam contagiosi acido-salsi quæ per inspirationem fit non adeò difficulter perfici ac quis re minus perpensâ existimat; etsi quippe non unâ inspiratione plerumque contagium suscipitur, quæ via communis est contagii admittendi sed pluribus, unde licet forte infecta illa sanguinis pars quæ inter inspirandum semel inficitur impar sit reliquæ massæ cui admiscenda est pervertendæ; quia tamen iteratis vicibus respirando ducitur contagium in pulmonum cavitatem fit ut quæ labes unâ vice non potuit iteratis tandem vicibus communicetur singulis videlicet circulantibus sanguinis partibus successivè per pulmones trajicientibus contagiosi virus afflatum patientibus.

12.

sed rem ulterius urgere placet, videndum num vel suppositâ una tantum parte sanguinis infectâ ut quidem unâ tantum inspiratione vel uno rabidi animalis morsu vitiari potest, etiam forte corpuscula contagiosa singula cum semel admissa sunt, implicentur hæreantque si placet ramosis humorum partibus, nihilominus tamen explicari possit labis propagatio in sanguine consimilisque morbi productio in corpore. quocircà videtur rem verosimiliter duplici modo explicari posse; 1º. quidem si intelligamus fermentum contagiosum ejus esse conditionis et figuræ ut non possit nisi determinati cujusdam humoris partibus implicari puta salivæ, quod forte in rabie caninâ contingit, bili, fermento stomachali, urinæ aliisque tam excrementis quàm recrementis massæ sanguineæ; unde quoniam prædicti humores se habent naturaliter

velut decima, duodecima aut vigesima pars respectu totius massa sanguineæ, non erit cur miremur tantillam molem fermenti contagiosi determinato tantum humori adhaerere aptam, ejusdem massam (quæ sanè toti sanguini æquiparata parvi momenti est) inficere posse consimilemque affectum producere: si enim eatenùs morbus contagiosus quicumque est officiat functionibus naturalibus in uno corpore quatenùs is vel ille humor à statu naturali deflectit ratione determinati principii salini quod obstat quominùs propter contagium consimile vitium in altero corpore inducatur, atque is vel ille humor pariter à fermenti particulis accipiat labem, ejusdemque demum naturæ morbus emergat.

13

Secundo fingamus si libet inspirando tractum intrà pulmones contagium ita vel unà illud inspiratione fiat, fingamus rursùm contagium coagulando vim suam exerere, certè cardo rei in hoc positus est ut demonstremus licet fermentum contagiosum totum haeserit in sanguine, cui cùm primùm occurrit in pulmonibus, sic ut non possit deinde reliquis massæ sanguineæ partibus admisceri parilemque iisdem consistentiam et coagulationem conciliare, nihilominùs tamen ex semel coagulatâ parte unâ sanguinis à contagioso suscepto fermento, sequatur et reliquarum quas fermentum non contigit coagulatio. quod ut resolvatur recolendum ex Phisicis corpora quæ a statu fluiditatis summæ ducuntur ad statum duritiei vel mollitiei de motu intestino partium suarum remittere et ad respectivam velut quandam quietem particularum componentium cogi. supponendum 2°. homogenea quæque corpora fluida quorum partes aliquæ concrevere ad concretionem summè disponi; ita videmus in salium dissolutionibus cum semel cristallus aliqua emergere coepit in fluido, protinùs eidem accrescere multò plures alias salis dissoluti partes, ac cristallum primam à parvis initiis in molem satis insignem assurgere. patet illud quidem in nitri salis, marini, vitriolici aliisque hujusmodi cristallisationibus quæ in Chymicorum officinis quotidiè perficiuntur; unde sic arguo:

quoniam coagulatæ sanguinis partes à fermento contagioso homogeneæ sunt cum reliquis quas contingunt quibusve admiscendæ sunt in circulationis decursu; item quoniam coagulatæ eædem partes a statu fluiditatis et motûs intestini ad statum mollitiei et velut respectivæ partium suarum quietis perductæ sunt, sequitur non posse illas motum majorem conciliare vicinis partibus fluiditatem adhuc servantibus; imò et iisdem ut poté quiescentibus mollibus tamen nonnullam motûs circumfusarum partem communicandam esse: Ex quo ulteriùs sequitur vicinas deperditâ aliquantâ sui motûs parte minùs fluxiles esse reddendas et ad mollitiem acquirendam disponendas: jam verò quoniam ex dictis Constat homogenea corpora fluida aliquâ sui parte concreta facilé ad concretionem suarum omnium partium disponi, superest ut concludamus et vicinas quoque concretis sanguinis partibus utcunque fluidæ sint, et ipsas quoque coagulandas esse atque figendas, præsertim cum et ipsæ de suo motu remiserint, atq; adeò hinc subsidere, uniri aliisve adversiri aptiores evaserint.

14.

Neque obstat fluxilitas motusque intestinus superstes in iis partibus quæ concretis vicinæ sunt, sufficit si homogeneæ sint aptæq; invicem implicari, imò et fluidi ætherei motus quo cientur fluida concretionem unionemque earundem cum concretis promoturus est; quantò enim majori motu feruntur puta sulphureæ partes adhuc fluidæ in sulphureas jam concretas, tantò faciliùs et ipsæ uniendæ erunt; cum enim vibratæ fluidæ partes quo majori motu duo, tantò magis ad contactum strictiorem intimioremque concretarum cogantur, atque adeò eatenùs interjecta quæque corpora nexum et unionem impedientia removeantur, fiet ut vel ipse fluidi motus partium adhuc fluidarum dum concretis occurrent, earundem concretionem promoveat; atque adeò idem aliquo sensu dicendum erit de fluidis partibus sanguinis dum occurrent concretis iisdemq; adversunt; quod de assulis duabus summé lævigatis, quas quantò majori vi ad mutuum contactum coegeris, tantò difficiliùs a sese invicem separaveris.

15

jam si quis acido-salsi contagiosi parvâ quantitate inspirati vim aliter explicare contendat, dicatque coagulatas partes non aliis quidem ac fluidis ut diximus coagulationem inferre, contendatq. è contrà fluidas partes dum ~~occurrunt~~ concretis, quoniam majori motu cientur easdem exsolvere secumque in crassiusculas moleculas resolutas advehere, quomodo videmus spiritum vini resinosa quæque corpora dissolvere, facessereque in fluidum multò crassius quam ipsum sit, non habebit me repugnantem; facilè namque intelligitur, si quidem ita fiat dissolutio sanguinis concreti a fluidâ parte superveniente, non posse quin ex utrisque combinatis concretâ videlicet et fluidâ solvente emergat fluidum mediæ consistentiæ, atque adeò et multò majoris quam sanguis naturaliter postulat ad liberum functionum exercitium; atque hoc tantò probabilius videtur, quod coagulatus sanguis ab inspirato contagioso acido-salso non possit utcumque solvatur ab alio sanguine ad pristinam tamen fluiditatem redire. hæc de contagio coagulante dicta sufficiant.

16.

Multò minor longè difficultas est in propagatione actionis salsorum aerium contagiosorum: cum enim illa paulo sint volatiliora acido-salsis, facilè intimos quosque sulphurearum partium recessus pervadunt, asperâque et echinatâ superficie carpunt discerpuntque filamenta sulphurea, quorum strictiori nexui massæ sanguineæ consistentia præcipuè debetur. jam verò quoniam exsolvi non potest pars sulphurea altera ab inspirato contagio salso, quin protinùs involuta principia fermentativa excitentur, invicemque concurrant; non sine notabili motûs

incremento fit ut quæ soluta est sanguinis pars, facilè susceptum motum ad vicinas traducat, earumdemque salia evolvantur et fermentationem solito majorem concipiant; ac demùm serie necessariâ dissolutio in omnes ac singulas sanguinis partes propagetur, priori nimirùm parte sanguinis à salso contagioso solutâ menstrui vices gerente respectu aliarum.

17

quoad causas contagii quandoquidem statuimus illud de genere salium salsorum esse, quæ non nisi ex concursu acidi cum alkali generari possunt, idque non sine fermentatione, planum est humorum fermentationem veram esse causam contagii morbosi, contagiumque ipsum reipsâ fermentum esse; consentiunt nempe omnia ut contagium inter fermenta numeremus, ut quod brevi spatio alia corpora in sibi similem naturam commutet, quod proprium est fermentationum. porrò non uno modo ac viâ è corporibus infectis prodit fermentum contagiosum; aliquando enim per respirationem et halitum, aliquando per poros cutis exhalat, quandoque per sudores sordesque cuti adhærentes, per pus et saniem à bubonibus et carbunculis effluentem pannis aliisque vestimentis communicatur, quibus mediantibus alia postmodum corpora inficiuntur.

18.

neque tamen ut ad tertiam veniamus considerationem ex æquo singula corpora disposita sunt ad contagium suscipiendum, sed alia aliis magis accommodata sunt; quippe contagiosa pestis (namque pestem omnem contagiosam esse non dixerim) non modò non in omnes incolas unius regionis grassatur, licet omnes totum contagium admittant, sed nec quoque in bruta, quod totum refundi non potest nisi in omninò disparatam conditionem tum humorum tum etiam partium solidarum per quas fermentum contagiosum

humoribus inspiratur; et verò si solidæ partes nonnullorum strictiorem nactæ fuerint contexturam, quàm ut seminij morbosi partes intrà poros admittant, si vel admissæ acido-salsæ putà occurrant sanguini valdè fluido et sale volatili turgido, inferre coagulationem nullatenùs poterunt, proindeque nec consimilem morbum inducent; idemque dicendum erit si salso-acres contagii partes occurrant sanguini crasso spiculisque acidis referto, atq; adeò ex eo non erit quod miremur contagium ex equo in omnes non grassari, atque ab homine in bruta non traduci.

19.

His ita præmissis quoniam novimus seminium Contagiosum salsum esse quandoque ad acidum vergens, quandoque ad alcali ac modò sanguinis coagulationem modò dissolutionem accersere nihil vetat quominùs lethiferi ejusdem effectus præcaveri possint, si modò semel innotuerit salsi species quâ contagium vires suas exerit; cum enim terrea, absorbentia, alkalia item et quæcumque alkali vires exercent in sanguine fluiditatem ejusdem adaugeant demersaque salia evolvant, atque adeò hinc acido-salsi contagiosi vis aut eludi aut infringi possit; cum insuper acidorum usus coagulationem humorum inducat, sic ut ægrè omninò salsum acre contagiosum strictè unitas ejusdem partes divellere valeat; valdè probabiliter concludi potest

Ergo certa dari possunt contagii
Morbosi Prophilactica. &

an
febri lacteæ venæ sectio.

de febre lacteâ dicturi quæ a lacte a quo nomen oritur originem accipit, haud alienum ab instituto fore existimamus si pauca circà lactis generationem præmittamus; idcircò tametsi causa generationis lactis obstrusa primâ fronte videatur, nec nisi difficulter assequi liceat rationem stupendæ mutationis quæ mammas alioquin feriantes lactis secretioni disponit; sedula tamen factâ earum indagine quæ in gravidatione superveniunt, confidenter affirmare licet generationem lactis sobolem esse spiritûs seminalis à viro per uterum in fœminarum sanguinem traducti; cum enim aliunde aliud nihil superveniat fœminarum corpori quàm semen ipsum virile, quod placidè excipiunt uteri claustra si quid postmodum supervenerit, si quam mutationem patiuntur mulieres, illam totam referre libet in hoc semen admissum: verum quoniam non contactu simplici affrictuve seminis in uteri cavitatem illapsi vix aliqua præter titillationem mutatio inferri potest, quæ sanè impar est interturbandæ toti muliebris corporis Machinæ, ovis ex ovario educendis et excutiendis, inducendæque symptomatum choreæ quam certò graviditas invehit, sequitur semen nonnullis suis partibus iisque tenuioribus per rarefactam uteri contexturam iter sibi parare in sanguinem eò circulantem, inspiratumque velut energiæ summæ fermentum nativam humorum fermentationem modumque consistentiæ insigniter immutare.

jam verò quia mox à gravidatione febris abest, calorque partium insuetus imò Membrorum torpor, gravativus artuum et capitis dolor, mensium suppressio, horror, inappetentia, vomitus crudorum et viscidorum humorum gravidas afficiunt, conjicere licet auram seminalem sanguini inspiratam adeò non exagitasse ejusdem principia ut eadem potius ad respectivam quandam quietem coëgerit, ac porrò

toti massæ consistentiam atque lentorem conciliarit, ut statuere liceat gravidarum sanguinem seminis affluxu nativam amissam fluiditatem.

Nunc verò quoniam præ reliquis totius corporis glandulis observamus mammas vel ab initio graviditatis mutari penès colorem, sensim intumescere ac tandem mox à partu lactis copiam profundere, liquet inde tametsi spiritus seminalis massæ sanguinis inspiratus illam omnem quanta est inquinarit, præ cæteris tamen ejusdem recrementis afficere magis eam lymphæ partem quæ in mammis percolatur, eandemque protinùs coagulare, quod ex obortâ mammarum tensione ac duritie satis innotescit.

Cum autem ita inspissata mammarum lympha congeritur in dies nec vesicularum modò cavitatem extendat atque dilatet, sed et poros ipsos per quos aditum sibi parat limpha in mammas, sequitur tandem potissimùm verò sub finem gestationis per ampliatos ductus mammarum cum lymphâ permultas etiam chili partes intromittendas in mammarum cancellos lactis spēē mox a partu per papillam profundendas.

Verum quoniam ita congestus limphatico-chilosus humor in mammis diutinâ morâ ac digestione imprimis verò propter volatilium partium evaporationem fermenti naturam inducit acoremve contrahit salsum, fit ut demum vel prioribus à partu diebus sanguini inspiratus eum in motum præternaturalem concitet, febremque adeò quæ lactea vulgò dicitur producat; de qua nobis agendum incumbit.

Est itaque febris lactea quam inter Ephemeras recensemus, præternāalis sanguinis effervescentia circà tertium aut quartum à partu diem superveniens à fermentaceis lacteis rudimentis producta. diximus à fermentaceis lacteis rudimentis; neque enim alia subest causa communis puerperis omnibus unde præternāalis illa sgüinis fermtatio reperi possit. scio equidem puerperas omnes varias ob causas in febres acutas incidere posse, nimirum à frigore præpostere suscepto, lochiorum suppressione, ciborum ingurgitatione aliisque id genus, hæc inquam scio; neque animus est hic de febribus ejusmodi sermonem

instituere; illam tantum persequor quæ puerperas alioquin bene habentes nullo commisso errore naturali velut quadam necessitate invadit, causamque ejusdem liber in fermentacea lactis rudimenta tanquàm in causam omnibus communem refundere; nimirùm quoniam ut superiùs dictum tùm lymphæ tùm chili aliquantula pars toto gestationis tempore stagnavit in mammis, acoremve salsum pro more stagnantium humorum contraxere, fit ut dum sanguis cùm dolore tùm conatibus puerperii contractam viscidit atem quadantenùs ponit, pristinam fluiditatem ex parte recuperat in mammis promiscuè cum chilosis partibus limpham tenuiorem ac volatiliorem succendiculi febrilis loco mox futuram deponat: et verò quia lympha ita comparata semel mammas ingressa præmissâ duorum triumve dierum digestione salso-acris salis quod gremio suo fover-catricaonem patitur molitur que adeò fermentationum cum acidis lactis rudimentis, excitari quandam in pridem congestis lactis rudimentis adeòque etiam totâ mammarum peripheriâ turgescentiam necesse est. rursùm quoniam lactantes ejusmodi partes in sinubus mammarum pro natâ fermentantium corporum quaquaversum expanduntur, quærunt que facilem locum quem præbere non possunt distentæ mammarum vesicæ, viam muniunt, non quidem per papillas quarum ductus ante suctionem paulò strictiores sunt, sed per hiantia vasa limphatica à quibus mox deferuntur in subclavias: ac porrò quoniam nondum omnis subactus est obtususque acor fermentacei hujus humoris à mammis per limphatica in sanguinem derivati, acidaque spicula sanguini confusa ejusdem motum sistunt, vellicantque hæc eadem spicula fero vecta sensiles omnes partes ad quas lege circulationis feruntur, sequitur frigus horroremque statim in toto corpore producendum esse, quomodo observare solemus in febribus intermittentibus dona iteratis circulationibus acida intimiùs principiis sanguinis admista salibus volatilibus occurrentia immodicam et ~~præternaturalem~~ effervesciam concipiant, ac proinùs quia plus æquo turgescens sanguis vehementiùs fertur ad caput distenditque plus æquo cerebri membranas, capitis dolores

supervenire necesse est. similiter quoniam uberius et rapidiori motu fertur ad mammas alioquin distentas et majorem tensionem, proindeq; et dolorem illarum tensivum illaturus erit, ut si forte summa tensio mammarum futura est, dolor ad scapulas usque diffundatur; cum enim mammarum involucrum membranosum commune sit partibus singulis adjacentibus, si quidem illud anterius circà mammas plus aequo distenderetur et distendi pariter ac distrahi in totâ latè viciniâ adéoque et circà scapulas dorsumque tensivum earum partium dolorem inferre necesse erit.

dignoscitur febris lactea primaria vel ipso invadendi tempore mammarum intumescentiâ et dolore, scapularum ac dorsi gravitate, in primis verò si lochia alioquin rectè se habeant nec partus laboriosus processerit; nec suspicio ulla vitiosi humoris apparatûs

periculo vacat hac febris, et sponte quidem post quartum diem oborto sudore plerumque sedatur nisi morbosam aliam ob causam foveatur; diutius verò protrahi solet vitio sedimentorum lactis ubi saepe in grumulos difficiles solutu coierunt, vel ut dicam ubi non exsugitur lac, non rarò enim mammarum inflammationes abscessusque afferunt.

tametsi febris hujus curatio tota naturae committi debeat lochiis fluentibus neque medici curam expostulât; quoniam tamen ex malâ institutâ victûs ratione quandoque vires acquirit atque in febrem continuam commutatur immineteque ob febris vehementiam periculum inflammationis Mammarum aliarumque partium internarum, ideircò non penitus contemnendum est malum lacteae febris; imperandus itaq; victus tenuis vel primis puerperii diebus potissimum verò subortâ febre lacteâ, enemataque identidem injicienda ne novum aliquod fermentum à primis viis sanguini suppeditetur, vitanda in primis acida frigidaque ac demum si forte urgebit dolor capitis difficilisque futura est respiratio ad venae sectionem confugiendum erit tanquam praesentaneum tutissimumque remedium: cum enim venae sectione malleoli praesertim non modo vasa plus aequo distenta depleantur, sed et febrili fermento patentior locus fermentationi praebeatur et ruptioni vasorum et sanguinis extravasationi occurritur, imò quod palmarium est integra fermentorum attritio et defervescentia sanguinis promovetur, unde jure concludo febri lactea

(venae sectio.





